Donatus, Aelius

AELI DONATI

QVOD FERTVR

COMMENTVM TERENTI

ACCEDVNT

EVGRAPHI COMMENTVM

ET

SCHOLIA BEMBINA

RECENSVIT

PAVLVS WESSNER

VOLVMINIS III

PARS PRIOR EVGRAPHI COMMENTVM CONTINENS

MCMVIII
LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

LIPSIAE: TYPIS B. G TEVBNERI.

PRAEFATIO.

In hac quoque editione, sicut in ea factum est quae antecessit, a Schopeni studiis initium fieri aequum esse mihi videtur. Etenim vir ille doctissimus cum consilium cepisset Eugraphi commentum una cum Donati aliorumque scholiis Terentianis edere (cf. vol. I p. III), primum ea qua insignis erat diligentia subsidia manuscripta sibi comparare instituit. Itaque a. 1851 cum Lutetiam Parisiorum se contulisset ad excutiendos Donatei commenti libros manuscriptos, occasione data collationem confecit duorum Eugraphi codicum, qui in bibliotheca Parisina adservantur: de quibus rettulit in programmate gymnasii Bonnensis a. 1852 ('Über die Pariser Handschriften des Eugraphius'), ubi etiam aliquot commenti locos ad Adelphos et Hecyram pertinentes emendavit. Sequenti anno libros Leidenses contulit, post hos a. 1855—56 codicem Sangallensem, quo Eugraphi commentum contineri iam a. 1851 cognoverat. Denique ne illud quidem Schopenum fugit codicem Laudunensem ad Eugraphianorum librorum numerum accedere, sed ut ipsum conferret, ei non contigit. Pars schedarum Schopeni, ex quibus hic illic coniecturam vel emendationem deprompsi, quam in programmate supra commemorato frustra requiras, iam ante hos decem annos eadem via in manus meas pervenerunt, qua eiusdem v. d. collationes codicum Donateorum (cf. vol. I p. XLIX); reliquas tum demum accepi, cum ipse quae in illis desiderabam mihi comparaveram.

Post Schopenum optime de Eugraphio nec non de nova hac editione meritus est H. Gerstenberg doctissima illa dissertatione, quam scripsit De Eugraphio Terentii interprete (Jenae 1886): qui etsi in nonnullis rebus mea quidem sententia erravit, tamen quaestionibus, quas instituit de Eugraphi aetate, de commenti libris manuscriptis, editioni-

bus, recensionibus, fontibus, tam bene editori viam praemunivit, ut plurimum ei me debere libenter profitear.

Nuperrime H. T. Karsten, cum de rhetoricis scholiis commenti Donatei ageret (Mnemos. XXXII 125 sqq.), de Eugraphio quoque multa disseruit, quae inprimis pertinent ad fontes commenti Eugraphiani et ad eam quae inter hoc et Donati scholia intercedere videtur rationem.

Denique ipse uberius disputavi de Eugraphio eiusque commento in Mus. Rhen. vol. LXII p. 203—228 et p. 339—365 ('Der Terenzkommentar des Eugraphius'), quam disputatiunculam in sequentibus paragraphis saepius allatam invenies. Praeterea egi de Eugraphio in commentationis gratulatoriae, quae inscribitur 'Untersuchungen zur lateinischen Scholienlitteratur' (Ad Bremae portum 1899) capite III p. 28—31 ('Zur Textgeschichte des Eugraphiuskommentars'); in Annal. Bursian. vol. CXIII p. 185 sqq., ubi inter alia de Dziatzkonis et Sabbadinii studiis Eugraphianis rettuli; in libello quem conscripsi de Aemilio Aspro (programm. scholae Latinae Halensis a. 1905) p. 31 sq.; cui libello apte adiungam Dornii dissertationem 'De veteribus grammaticis artis Terentianae iudicibus' (Halis Sax. 1906); nam hic v. d. accurate persecutus est quae ipse leviter attingere coactus eram.

§ 1.
De Eugraphio.

De Eugraphio eiusque commento Terentiano quae nuper in Mus. Rhen. pluribus exposui, hic paucis comprehendere in animo est. Ac primum quidem de persona auctoris nihil omnino constat, cum nusquam aut de ipso verba fiant aut commentum eius laudetur. De nomine hoc unum monendum videtur in exemplari archetypo, id quod ex optimorum codicum titulis vel subscriptionibus colligitur, auctorem commenti audisse Eografium, sed num haec vera nominis forma fuerit, admodum mihi videtur dubium. Qui in codice Leidensi 34 exstat titulus 'Incipit liber Eugrafii argumentatorii', is inde ortus esse

potest, quod Eugraphius argumentum singularum scaenarum saepenumero ad primum scaenae versum indicavit, sicut etiam in recentioribus commentis ad primum uniuscuiusque scaenae versum argumentum prosaicum sive explanationem praeambulam invenimus (cf. Schlee, Schol. Ter. 43; 48 sq.). Qua aetate vixerit Eugraphius, nisi coniecturis assequi non possumus. Videtur autem Donati commento usus esse in eis certe partibus, quae non ad rhetoricam fabularum expositionem, sed ad interpretationem verborum ac sententiarum pertinent (cf. Gerstenb. 33; 46—56; Karsten 133—138; Dorn 21; 33; 39; 40 adn. 1; al.; Wessn. Asp. 31; Mus. Rh. 224). Praeterea inter Eugraphium et Servium aliquot locis tanta similitudo cognoscitur, ut iam Gerstenberg (36 sqq.) statuerit ab illo commentum aliquod Vergilianum adhibitum esse, sive id Servii fuerit sive Donati, qui quin inter primarios Servii fontes fuerit dubium esse non potest. Ad eundem fere finem pervenit Karsten (133—138), qui Gerstenbergii dubitationem ita submovet, ut contendat Eugraphium Servii vestigiis institisse, qui et ipse Donati in Vergilium commentum secutus sit. Sed mihi etiam post Karsteni disputationem res admodum incerta videtur; nam neque Donati commentum Vergilianum servatum est et eiusdem commentum Terentianum num plenum atque integrum nobis praesto sit, etiamnunc habeo quod vehementer dubitem. Utut igitur est, hoc negari non posse puto Eugraphium aliqua ex parte pendere a Donati commentariis Terentianis, unde efficitur illum post hunc, id est post medium saeculum quartum vixisse. Ab altera parte ut terminum aetatis statuamus, ansam nobis praebent glossae quaedam (v. Mus. Rhen. 225 sqq.), quae ita cum Eugraphii adnotationibus consentiunt, ut ex illius commento excerptas facile tibi persuadeas; quamquam veri simile non est eas recta via e commento in glossaria illa (AA et Abauus minor) transmigrasse. Atque cum alterum glossarium, quod Abauus dicitur, Loewe (Prodr. gloss. 96 sq.) Prisciani fere temporibus confectum esse coniectura satis probabili statuerit, sequitur ut Eugraphium aliquantum ante septimum saeculum

scripsisse sumamus. Non igitur temere facere nobis videmur exeunti quinto vel ineunti sexto saeculo auctorem commenti adscribentes, id quod suadent et sermo Eugraphii et omnis operis indoles atque natura (cf. Mus. Rhen. 224 sqq., praec. 228 et 365).

§ 2.

De libris manuscriptis.

β I. Libri meliores (recensio *β*).

L 1. Codex Leidensis Voss. lat. Q. 34 s. X membranaceus continet fol. 1—28 Eugraphium, quem secuntur postea demum adiuncti Terentius et Priscianus de metris Terentii. Fol. 8^{v} legitur 'Scĩ petri beluacensis'; eadem verba in fronte libri olim scripta nunc erasa sunt, ubi restat sola adnotatio 'xxı $\overset{u}{\mathrm{q}}$τ̃η̃'. Apparet igitur librum oriundum esse ex bibliotheca ecclesiae Sancti Petri, quae erat in urbe, cui nostra aetate nomen est Beauvais. Eadem in urbe natus est a. 1536 Antonius Loisellius, in cuius manus codex *L* transiit, id quod declarat illud 'Ant. L'oisel' fol. 29^{r} adscriptum. Post mortem Loisellii, qui a. 1617 Parisiis vita decessit, codex nescio qua via ad Isaacum Vossium pervenit, qui cum a. 1641—44 in Francogallia versaretur, librum sibi comparasse videtur. Ad postremum codex cum Vossii bibliotheca, ubi numerum accepit 189, in bibliothecam universitatis Leidensis translatus est. Cf. Catal. codd. Leidens. p. 380. — Eugraphii commentum ab eodem librario totum binis columnis scriptum integrum non est: exstant enim tantummodo commentum Andriae (f. 1^{u}—12^{r}), comm. Eunuchi usque ad V 6, 20 *cui hoc est indicante* (f. 12^{r}—20^{u}, ubi adnotatum est 'desunt quattuor folia'), comm. Heautont. inde ab III 2, 13 *pauperem nunc uero* (f. 21^{r}—24^{u}), comm. Phormionis usque ad IV 3, 1 *accipiat dotem hoc autem* (f. 24^{u}—28^{u}). Codicem integrum commentum olim continuisse ueri est simillimum; quattuor illa folia s. XVII in. iam defuisse inde apparet, quod Lindenbrog, qui hunc librum adhibuit, ea quae inde ab Eun. V 6, 21 usque ad Heaut. III 2, 13 exhibet, ex alio codice desumpsit

(v. infra). Idem vir doctus post Phorm. IV 3, 1 laceras commenti partes edidit (IV 3, 10—35; V 1, 3—38; V 2, 1—15; V 3, 1; V 7, 2; V 8, 1—18, 29—44), quae, cum et contextus ad eandem recensionem *β* pertineat et alter quo Lindenbrog usus est codex Phormionis commento omnino careat, quin ex foliis codicis *L* nunc deperditis descriptae sint, dubitari vix potest. Sed cum editor ille traditam scripturam saepius mutavisset, ea quae ex editione eius adnotavi ab iis quae ex ipso libro deprompsi proprio siglo distinguenda *l* putavi. Habitum codicis Vossiani Gerstenberg (p. 5) recte descripsit his verbis 'folia singula superiore parte resecta sunt, ut columnarum primi versus modo ex parte modo plane desint; praeterea priorum minus quam posteriorum foliorum margines adeo lacerati sunt, ut non solum scriptura saepe vitiata sit, sed etiam fol. 26—28 dimidium fere columnarum exteriorum exciderit.' Iam si addes scripturam haud raro ita detritam esse, ut legi omnino non possit, condicionem libri miserrimam tibi animo fingere potes.

Usi sunt codice *L* Lindenbrog, Petavius, Westerhov, Gerstenberg; excussit eum a. 1853 Schopen, iterum ipse contuli a. 1898.

2. Codex Ambrosianus H. 75 inf. membranaceus. *A*
De hoc Terenti libro Umpfenbach (ed. Ter. praef. p. XXXI) ita rettulit: 'membranaceus est saeculi decimi, picturis . . ornatus, fasciculorum nunc quattuordecim . .: binae membranae post argumentum Heaut. et post prologum Phorm. insertae sunt, in quibus Eugraphii notae in prologos earum fabularum saeculo undecimo scriptae sunt: eiusdem notae in prologos Ad. et Hec. in margine adiectae sunt.' Idem v. d. Schopeno collationem a se factam a. 1866 misit, quam in eius schedis repperi, postquam per Dominicum Bonomini Mediolanensem a. 1898 ipse mihi collationem libri Ambrosiani comparavi. Nunc utraque carere possumus, cum codex *A*, qui in Umpfenbachii editione littera *F* signatus est, a Batavis photographica arte depictus sit.

3. Codex Laudunensis 467 (olim XV. O. et 355) *F*
s. XV chartaceus foliorum 254; cf. Catal. génér. des manuscr.

des biblioth. publ. des départ. I p. 249. Hic liber iam Schopeno notus erat, sicut ex ipsius schedis nuper a Wissowa benigne mihi concessis intellexi; sed gravi morbo quo iam a. 1855 laborabat ille v. d. impeditus esse videtur, quominus librum conferret. Continet autem codex *F* comoedias Terenti hoc ordine: Andriam (f. 1^r—45^r), Eunuchum (f. 45^u—101^r), Heautont. (f. 101^r—142^r; f. 142^u scriptura vacat), Adelphos (f. 143^r—176^u), Hecyram (f. 178^r—212^u), Phormionem (f. 214^u—254^r). Cum his Eugraphi commentum ita coniunctum est, ut huius contextus singulas fabularum scaenas antecedat. Neque tamen integrum commentum in hoc libro servatum est; nam librarius f. 141^r adnotavit 'Incipit adelphe: Cuius cōmētum proth dolor non reperi propter quod a me hic omissum. Valeat qui huic operi in fine libri inserere voluerit'; idem f. 225^u, ubi Eugraphius ad Phorm. II 1, 59 his verbis desinit *neque libertas ulla*, in margine addidit 'hic cōmētum eografii deficit proth dolor cuius si quis alicubi diligens Inventor extiterit ac huius operis Incompleti prospector fuerit apponat quod deficit.' Desunt igitur commentum Adelphorum totum et Phormionis ab II 1, 59 usque ad finem. Continet codex praeterea in marginibus satis multa argumenta et scholia, quae, etsi saepenumero in calce habent notam 'Eo.' (quater tantum legitur 'Eographius') tamen ab Eugraphi commento toto genere aliena sunt et potius ad 'Expositionem textualem' recentissimae originis pertinent (cf. Mus. Rhen. 223 sq.). Ab eadem manu etiam glossae inter lineas verbis Terenti additae sunt. Hae adnotationes quoniam una cum commento Eugraphiano desinunt, ex eodem exemplari transcriptae esse videntur, ex quo Eugraphium petivit librarius. Qui quis fuerit, docet subscriptio haec f. 254^r: 'Scriptus et completus [hoc ad scholia pertinet] ꝑ me Iohēm Vilardi canonicū Lauduñ [Laon] et curatū de bappalmis [Bapaume] In attrebatensi dyocesi'. Nomen possessoris latere videtur in iis quae huic subscriptioni utrimque adiecta sunt 'asses' . . 'dauril [i. e. D'Avril]'.

Codicem Laudunensem contuli a. 1900.

4. Codex Sangallensis 860 s. XV chartaceus foliorum 88; cf. Haenel, Catal. p. 74. Continet Eugraphi commentum integrum hoc ordine: Andriam (p. 3—41), Hecyram (p. 41—61), Eunuchum (p. 61—96), Heautont. (p. 96—129), Phormionem (p. 129—155), Adelphos (p. 155—177). In ultimo folio subscriptio legitur haec: 'Et sic est finis huius operis p̷ me Iohannē merwart d' wę.' *G*

Codicem post Schopenum, qui eum a. 1855—56 excussit, ipse iterum a. 1898 contuli totum.

II. Libri deteriores (recensio *α*) *α*

5. Codex Vaticanus Basilic. 19 H. s. X membranaceus. De hoc codice Terentiano apud Umpfenbachium (edit. Ter. praef. p. XXVIII) haec invenimus relata: 'Praefixus est quaternio continens in binis columnis scriptam a manu *B* eiusdem aetatis partem Commenti Eugraphiani, prorectam illam usque in primam paginam codicis Terentiani vacuam ab eius librario relictam: sunt uero commentarii in prologos inc. ab Andr. 26 *quas faciet de integro comoedias*: post Phormionis prologum subscriptio est EXPLICIVNT EXPLANATIONES PROLOGORV̄ INCIPIT COM̄TV̄ EOGRAFII IN ANDRIA: quod commentum exscriptum est usque ad actus tertii finem, ubi post uersum Vergilianum haec addita sunt [Andr. III 5, 18] *& dicimus ulciscor aduersarium ·i· ultionem capio* [immo *accipio*] *de aduersario*' et (p. XXX) 'Scholiorum genus duplex est. Nam et per totum codicem glossae interlineares et breves adnotationes, quae magnam partem cum trivialibus [sc. qualia ediderunt Bruns, Mai, Schlee, Warren] consentiunt, dispersae sunt, et ex Eugraphii Commento excerpta *B'* usque ad f. 55^b (Heaut. III 1 fin. [rectius ad III 1, 77]) ab initio rara, tum densiora in margine ascripta sunt, ne eis quidem, quae in quaternione praefixo paulo largiora exarata sunt, exceptis'. His addendum est posterioris commenti initium factum ab Andr. prol. 27 et una cum schedis antiquis interisse Eugraphi adnotationes ad Eun. V 4, 21—Heaut. II 1 fin. Quod Umpfenbach (Herm. II 337 adn.) dicit ex quaternione praefixo desumpta esse ea, quae P. Victo-

rius in appendice editionis Faernianae imprimi iussit, hoc quidem recte se habet, sed etiam marginalia scholia a Faerno in usum esse vocata docent quae in emendationibus protulit Eugraphiana ad Andr. act. IV et V, Eun. act. II, Heautont. act. II. — Prius commentum continuum usque ad Andr. III 3, 47 contulit H. Graeven, cuius collationis copiam liberalissime mihi fecit Wissowa; reliqua A. Mau et B. Nogara benigne intercedentibus photographica arte meum in usum depicta sunt.

V 6. Codex Leidensis Voss. lat. Q. 36 s. X membranaceus foliorum olim 40, nunc 41; nam praeter fol. 1 et 8 chartacea, quae in locum membranarum deperditarum substituta sunt, accessit charta dimidiata nunc numero 9 insignita. Fol. 1 haec leguntur 'A. Petavii n⁰ 711'; 'Rufinus In Commentario de Metris Euanthiū Sacerdotem in Terentiū citat' [Gr. L. VI 565, 5]; 'Abbo Floriac. abbas In Eplis meminit Eugrafii' [error Petavii, nam non Abbo Floriacensis, sed Gerbertus Remensis Eugraphii meminit, v. Gerstenb. p. 104 adn. 1]; 'οἷς ἀτυχῶ. A λίαν ἐντυχῶ PPetavi9'. Videtur igitur codex Leidensis non ad Dionysii, sicut putabant Westerhov (praef. p. X) et Gerstenberg (p. 5), sed ad Pauli Petavii olim pertinuisse bibliothecam. Is vir iuris consultus, qui a. 1614 Parísiis diem supremum obiit (J. Jöcher, Lex. vir. doct. II p. 516), non solum adnotationes de Rufino et Abbone scripsit, sed etiam eam quae interierat commenti partem supplevit auxilio codicis cuiusdam, qui olim erat Antonii Loiselli, h. e. codicis Leidensis Voss. 34 *L*. Hoc cognoscitur cum ex summo consensu, qui est inter codicem *L* et codicis *V* partes suppletas, tum ex eis, quae ipse Petavius ad Eunuchi initium fol. 18ᵘ adscripsit 'Integra haec columna abest a codice Oiselli' (cf. Gerstenb. p. 6; 18). Inter Vossianos libros, quibus ni fallor eodem fere tempore accessit quo Leidensis *L*, codex *V* numerum obtinuit 160; cf. Catal. codd. Leidens. p. 380. — Scriptus est binis columnis quinquaginta fere versuum a duobus librariis; praeterea tertia manus (nisi forte eadem est atque man. 1) eis, quae pertinent ad Eun. II 2, 5 — V 2, 57, satis multas intulit correcturas. Con-

tinet autem codex *V* haec: Quat. I f. 1 suppl. ex cod. *L*: Andria — I 1 *senis mortem erat*; f. 2—7 (*m. 1*) Andr. I 1 *dominus futurus* — IV 4, 1 *filiam suam ei committat*; f. 8—9 suppl. ex *L*: IV 4,3 *Vbi illic est* — V 4, 18 *neque alteri maledicere*; Quat. II f. 10^r—12^u (*m. 1*) Andr. V 4, 16 *siquidem ex tempore* — Eun. II 2, 5 *uerbi ipsius efficitur*; f. 12^u—17^u (*m. 2, corr. m. 3*) II 2, 5 *pannis obsitum* — V 2, 57 *ui ingredi* (*domum* in ras. add. m. 3; duo ultimi columnae ultimae uersus uacui sunt relicti); Quat. III f. 18^r—25^r (*m. 1*) Eun. V 2, 57 *denique hoc intellexit pithias* — Heaut. IV 1, 1 *puellam si peperisset*; f. 25^r—25^u (*m. 2*) IV 1, 1 *extingueret* — IV 1, 19 *a summo ad imum dicuntur* (dimidia columnae A pars et integra columna B scriptura uacant); Quat. IV f. 26^r—33^u (*m. 1*) Heaut. IV 1, 19 *Tot peccata* — Phormio (inc. f. 30^u, expl. f. 33^r) — Adelphoe I 1, 44 *multam referre gratiam*; Quat. V f. 34^r—36^u B l. 17 (*m. 1*) Ad. I 1, 44 *hoc ergo ad patres* — V 2, 8 *praeseram ctesiphoni* (inter columnas legitur QVE SECVNT^2 REQVIRE IN FINE HVIVS FABVLE ϛ *m. 1*); f. 36^u B l. 17—38^r A (*m. 1*) Hecyra III 5, 1 *illam dixisse exspectare filium* — fin. (f. 37^r in mg. sup. *m. 1* adscripsit 'hic Dest IIII^{or} scaenae'); f. 38^r A l. 11—39^r B l. 11 (*m. 1*) Ad. V 2, 8 ϛ *comesatores dicuntur* — fin. (*m. 1* adscr. NON RECTE); f. 39^r B l. 10—39^u B l. 24 (*m. 1*) Hec. III 2, 1 *iamdudum audio hic tumultuari* — III 5, 1 *dixisti dudum*; f. 39^u B — 41^u (*m. 1*) Hec. init. — III 1, 39 *ergo interrogat Nescio quid.*

De ea quae in ultimo quaternione conspicitur perturbatione infra erit disputandum.

Codicem *V* adhibuit Westerhov, contulit a. 1853 Schopen, inspexit Gerstenberg; totum iterum excussi a. 1898.

7. Codex Parisinus lat. 16235 (olim Sorbon. 507) *S*
s. X (ex. vel XI sec. Schopenum) membranaceus foliorum 129. Continet Terenti comoedias (cf. Ter. Phormio ed. Dziatzko-Hauler p. 189 adn. 3) et partem commenti Eugraphiani, quod occupavit spatium per totum codicem inter singulas scaenas vacuum relictum usque ad fol. 78, ubi inter Ter. Ad. act. V sc. 7 et 8 leguntur ultima commenti verba ad Ad. III 5, 4 pertinentia, unde apparet non ex eodem exem-

plari esse transcripta commentum Eugraphi et Terenti fabulas. Fol. 2ᵘ post INCIPIT COMMENTVM EVGRAFII IN TERENCII COMEDIIS legitur uita poetae (*P.*) *Terentius comicus genere quidem extitit afer* etc., quam sequitur tractatus, qui desinit in verba *humilis seruatur in comoediis.* Fol. 3ᵘ incipit Eugraphi commentum, quod hoc ordine procedit: Andria Eunuchus Heautont. Adelphoe; ultima uerba commenti sunt Ad. III 5, 4 *officium suum est facturus officium* (fol. 78). Permultis locis scriptura adeo detrita est, ut quid scriptum fuerit non possit dispici. Post Andr. I 1, 102 *accusator* inserta sunt haec GLOSE scdm DONATVM *auferimus ea — desideraret* = Donat. Andr. I 1, 1^4—7^4. — Usus est hoc codice, qui olim ad Franciscum Olivarium (mort. Parisiis a. 1560) pertinebat, Lindenbrog; contulit eum a. 1851 Schopen, magnam partem meum in usum iterum excussit Carolus Walter; cum Gerstenbergio nonnulla communicavit Gundermann.

P 8. Codex Parisinus lat. 7520 (olim Colbertinus 3635, Regius 5491, 5) miscellaneus; cf. Catal. codd. msc. Bibl. Reg. IV p. 369. Fol. 108—124 continet fragmenta Eugraphiani commenti a duobus librariis alternantibus s. XI scripta binis columnis, quarum una quaeque constat versibus 51—53. Tertia deinde manus, quae a prima discerni vix potest, saepenumero correcturas vel supra versum vel in margine addidit. Fol 108ʳ in marg. inf. man. rec. adnotavit 'Eugraphii Haec In alio quoque Exēplari extat Ex quo etiā descripta Vidtes'. Commenti partes, quas *P* exhibet, hae sunt: f. 108ʳ A—110ʳ B (*m. 1*) Eun. V 5, 9 *quod factum sit* — fin.; Heaut. init. — I 1, 1 *calamitatibus pressum*; f. 110ʳ B—115ʳ B (*m. 2*) Heaut. I 1, 1 *allocucionem edat* — IV 1, 19 *a summo ad imum dicuntur* (l. 5: reliqua pars columnae vacua est); f. 115ᵘ (*m. 1*) Eun. V 2,57 *Denique hoc intellexit pithias* — V 5, 9 *ideo senex interrogat* (col. A lineae septem priores, col. B septem lineae ultimae scriptura vacant, nisi quod in fine paginae legitur 'DCOMIC' TERENTIȜ'); f. 116ʳ—116ᵘ (*m. 1*) Ad. I 1,44 *hoc ergo ad patres* — III 2, 39 *primum ęschinum constat*; f. 117ʳ—119ᵘ (*m. 2*) Ad. III 2, 39

alienum habere — V 9, 1 *aliud pręstaturus munus par* (inter fol. 119 et 120 unius folii recisi exstant reliquiae, in quibus nulla scripturae vestigia reperiuntur); f. 120r—120u A (*m. 1*) Hec. IV 2, 3 *8 Qualitatis autem negotialis* — fin. (post rasuram, ubi man. rec. deletam subscriptionem sic restituere conata est 'Explicit Comment In Hecy', restant versus tredecim sine scriptura); f. 120u B (*m. 1*) Hec. II 2, 16 ç *nam dixit* — III 1, 39 *interrogat nescio quid*; f. 121r A—B l. 22 (*m. 2*) Ad. V 9, 1 *menonis seruo implentur* — fin.; f. 121r B l. 26—122r B (*m. 2*) Hec. III 1, 52 *Fingent mendacium me aliquid* — IV 2, 3 *Qualitas autem* (littera F initialis satis magna et ornata est; post *autem* sequitur lacuna dimidii versus; in marg. legitur 'Reqr in pori fo(lio) h signo 8'); f. 122r B—124u B (*m. 2*) Hec. in. — II 2, 16 *nurui sustineri non possit* (adnotatur a m. 1 'Quę secuntur qre In medi(o) hui9 quatnionis h signo ç'). Debent autem ea quae f. 115u leguntur reponi ante ea quae f. 108r nunc initium faciunt, ut iustus ordo efficiatur hic: Eun. V 2, 57 — Heaut. I 1, 1 (*m. 1*), — IV 1, 19 (*m. 2*); item f. 120 falso loco insertum si post f. 124 collocatur, alterius partis haec prodit species: Ad. I 1, 44 — III 2, 39 (*m. 1*); — fin., Hec. III 1, 52 — IV 2, 3, init. — II 2, 16 (*m. 2*); Hec. IV 2, 3 — fin., II 2, 16 — III 1, 39 (*m. 1*). Habemus igitur duos quaterniones (f. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115 et 116. 117. 118. 119. 121. 122. 123. 124) uno folio (120) auctos. De perturbatione in altera parte conspicua infra erit disputandum, ubi quae inter singulos codices intercedat ratio enucleare studebimus.

Codicem a. 1851 contulit Schopen, Gerstenbergii in usum inspexit Gundermann; ipse iterum contuli a. 1898.

De codicibus Britannicis Gerstenberg (p. 8) haec se Dziatzkoni debere refert:

'Cod. Oxoniensis bibl. Bodl. Auct. F. VI 27 membr. 3 s. X—XI. Hoc in libro Terentii fabulae insunt permultis scholiis additis, quae ad duas manus redeunt: manus clarior

commentum Eugraphianum vel ex eo excerpta, inter quae etiam alia atque quae in editionibus sunt leguntur, fuscior scholia nec Donatiana neque Eugraphiana adscripsit.

Cod. Oxoniensis Colleg. Brasenos. (Aenei Nasi) XVIII s. XII (vel XI). Hoc quoque in libro ad Terentii fabulas scholia ex Eugraphio excerpta inveniuntur addita.'

At W. M. Lindsay quem adii benigne certiorem me fecit in utroque libro s. XI paucissima tantum exstare scholia, quae ad Eugraphi commentum pertinerent (ex cod. Bodl. mihi exscripsit scholia maximam partem misere mutilata atque detrita ad Andr. prol. 1 sq., 18, 22; I 1, 1; 22; 28; 42; 50; 66; 102 sq., I 2, 14; I 3, 1; I 4, 1; I 5, 27; ex cod. coll. Brasen. scholia enotavit ad Heaut. prol. 11; 26; 31; 36, quorum ultimum hic apponam *Statariam secundum quosdam stationem* [cf. comm. recent. Bruns. ad. h. l.], *secundum eugraphium stabilem*), neque ea ullius omnino esse momenti ad constituendum commenti contextum. Qua de causa libros Oxonienses prorsus neglegendos esse iudicavi.*)

Nonnullorum Eugraphi codicum in antiquis bibliothecarum catalogis mentionem fieri post Beckerum (Catal. bibl. ant. p. 147; 188; 192; 232) docuit Manitius in Mus. Rhen. vol. XLVII suppl. p. 138 sq.: 1) Bibl. incogn. s. XI n. 31 'Commentum Eugraphii super Terentium'; 2) Bibl. Bamberg. ('Michelsberg') c. a. 1120 n. 18 'Euagrii commentum super Terentium'; 3) Bibl. S. Amandi s. XII n. 27 'Eographius super Terentium'; 4) Bibl. Corbeiensis s. XII n. 137 'Eographi liber in commentum Andriae'; 5) Bibl. Bamberg. ('Dom') s. XIII 'Eugrafius in Terentium'.

His fortasse addendus est codex ille, cuius meminit Gerbertus Remensis, cf. Gerstenb. p. 104 adn. 1 (Becker p. 77).

Postremo loco addendum est Eugraphi nomen in nonnullis codicibus inscriptum esse commentariis Terentianis, qui nimium quantum ab ipsius commento diversi sunt.

*) Similiter res se habet in cod. Vatic. 3868 *C* et cod. Hal., quem Bruns totum typis exprimendum curavit: in utroque nonnulla scholia Eugraphiana reperiuntur, qua de re v. Mus. Rhen. 220.

Velut in cod. Paris. 7917 (f. 128r) et 7917 A (f. 85r) haec reperimus *Eugrafius super Terencium. Andria. enucus. eantontimorumenos. adelphe. eschira. phormio. Legitur actor iste affricanus genere qui deuicta cartagine ab affricano scipione cum aliis captiuis romam ductus est* etc.; subscriptio in utroque codice (f. 185r et 116r) haec legitur *Explicit expositio textualis super terencium.* Huic expositioni nihil esse cum Eugraphio iam Lindenbrog intellexerat (cf. eius praef.) et Schopen (Progr. Bonn. 1852 p. 3 sq.) satis superque demonstravit; cf. etiam Mus. Rhen. 223.

§ 3.

De codicum inter se rationibus deque duabus commenti recensionibus.

Codicum Eugraphianorum etsi numerus sat exiguus est, tamen quo necessitudinis vinculo singuli inter se coniuncti sint si volumus explorare, non desunt difficultates hinc potissimum repetendae, quod duobus libris, *V* et *G*, exceptis reliqui omnes plus minus mutili sunt. Deinde codices, id quod Gerstenberg primus intellexit, in duas familias vel recensiones discedunt ita, ut utrique quaterni libri sint adscribendi. Atque de his duabus recensionibus infra dicam; hic paucis comprehendam, quae de utriusque familiae codicibus diligenti comparatione instituta comperta habeo.

Recensionis β libri manuscripti partim decimo, partim quinto decimo saeculo confecti sunt, neque tamen, sicut exspectaveris, per se stant vetustiores, per se recentiores, sed ita res se habet, ut cod. *F* s. XV in universum quam proxime accedat ad cod. *L* s. X, contra cod. *A* s. X et cod. *G* s. XV artiore vinculo coniungantur, id quod paucis exemplis e Phorm. prol. petitis illustrare mihi liceat: *utantur L F, utuntur A G; enim Terentius L F, om. A G; Terentius fecerit L F, fec- Ter- A G; ista fecisse L F, iste fecisset A G; orare L F*, *et orare A G; enim L F*, *est enim A G; a comoediis longe videtur alienus L F, longe a com- videtur al- A G; quod deinde quod L F*, *deinde quod A G; magis L F*, *et magis A G*; *causa ea L*, *cause a F, causa hac A G; pote-*

statem L F, potest esse A G: sed haec sufficiant. Ne tamen putemus *F* ex *L* aut *G* ex *A* derivatum esse, eo impedimur, quod libri vetustiores a recentioribus amplitudine superantur. Si vero quis dixerit codicem *L* olim integrum fuisse, ut *F* aliquo modo ad eum redire posset, hoc per se quidem rectum est, at obstant tali opinioni lacunae et corruptelae, quae in *L* reperiuntur, in *F* non item; velut Phorm. prol. 27 *Qui — partes* et Eun. III 1,2 *hic — ingentes* propter homoeoteleuton om. *L*, non om. *F*. Accedit illud, quod etsi plerumque, tamen non semper *F* cum *L* stat contra *G* vel *A G*; immo non raro exstant qualia habes Phorm. I 1, 15, ubi *ipse eius dies natali est quodammodo* exhibet *L, ipse discendi quodammodo natalis est* legitur in *F G*. Itaque hoc unum relinquitur, ut et *L* et *F* et *A G* ad proprios fontes referamus et fonti codicis *F* mediam inter eos locum assignemus (cf. stemma codicum Mus. Rhen. 349). Denique monendum est libros *F* et *G* ut novicios haudquaquam expertes esse interpolationum, quas cum alibi tum in lemmatis offendimus.

Hactenus de recensione *β*: iam ad codices alterius recensionis nos convertamus. Qui quomodo inter se cohaererent, cum iam in Mus. Rhen. p. 345 sqq. exemplis allatis demonstraverim, hic commemorasse satis habeo artiore vinculo inter se coniunctos esse codices *V**) et *S* neque tamen alterum ex altero pendere, sed ad communem fontem utrumque redire, qui et ipse ex eodem libro archetypo derivatus est, unde cod. *P* (nec non correcturae manus secundae), cod. *B* et *B′* (hos ex eodem exemplari esse transcriptos docet praeter alia initium utriusque mutilum). Diversitas autem, quae inter libros huius recensionis cognoscitur, maximam partem repetenda videtur ex communi archetypo variis lectionibus referto; praeterea arbitrio librariorum menda tollere conantium debentur multa quae in alio codice aliter leguntur, id quod *P* excepto in omnes plus minus cadit, maxime vero in *B′*, cuius auctoritas ob eam rem prope nulla est.

*) De Eun. commento ad II 2,5—V 2, 57 ex alio codice Leidensi *L* simillimo in *V* suppleto cf. Mus. Rhen. 347 sq.

Maioris momenti alia res est. Etenim si quis quae de librorum *V* et *P* natura et habitu supra exposui comparaverit, is opinor statim animadvertet singularem quandam inter utrumque intercedere rationem: nam non solum ea quae *P* exhibet satis accurate respondent eis quae tertio et quinto codicis *V* quaternionibus comprehenduntur, verum etiam Hecyrae et Adelphorum commenta si non eandem at simillimam certe ordinis perturbationem passa sunt. Hoc non ita posse explicari, ut *P* ex *V* descriptum sumamus, l. c. p. 343 argumentis satis idoneis comprobasse mihi videor; quorum argumentorum summi momenti est illud, quod in *P* particulae commenti diversae originis a diversis librariis transcriptae sunt, cum in *V* res non item se habeat. Inde ni fallor apparet dispositionem communis archetypi servatam esse et ab eis qui codicem *P* descripserunt et ab eo qui communem fontem librorum *V* et *S* confecit nec non ab eo, qui inde codicem *V* transcripsit; accuratius autem illius archetypi formam externam redditam esse a librariis cod. *P*, qui archetypus sive laxata foliorum compagine sive nondum conglutinatis foliis in Hecyrae et Adelphorum commentis magnopere erat perturbatus. Quod vero paulo ante dixi commentum, quale praebebat ille recensionis α communis archetypus, compositum esse ex particulis variae originis, hoc ita velim intellegas, eam quam α littera significavi recensionem non per totum commentum propriam exstare, sed hic illic tantum comparere, cum reliquae partes eandem contextus formam praebeant atque codices alterius recensionis β. Quae res duobus modis explicari potest: aut enim is qui Eugraphi commentum retractandum sibi proposuit non in omnes aequaliter partes operam contulit, ut multa intacta reliquerit, aut fragmenta aliquot retractati commenti in auxilium vocato aliquo codice integrae memoriae a nescio quo suppleta sunt, id quod compluribus de causis veri est similius. Quo factum est, ut archetypus ille librorum *BVSP* non meram recensionem α exhiberet, sed illam coniunctam cum recensione β, qua de causa in disputatione mea saepius citata exemplar illud de quo agitur siglo $\alpha + \beta$ notavi.

Igitur si de codicibus recensionis α loquimur, semper meminerimus necesse est notam illam a parte ad totum esse translatam.

Iam ad illam quaestionem pervenimus, quid distet inter recensionem β et recensionem α, quam proprie dicimus. Huic quaestioni solvendae Gerstenberg enixe operam dedit et sibi persuasit (p. 101) 'neutram redactionem plenam vereque Eugraphianam esse, sed ... utramque breviore et exiliore uti forma, quam quae commento ipsius Eugraphii fuerit' et paulo infra 'simili fato (sc. atque Donati commentum partim contractum partim additamentis infectum) commenti Eugraphiani redactionem α deberi, contra redactionis β formam plane immutatam retractatoris cuiusdam industriae consilioque attribuendam'. Atque re vera recensionem α et contractionem et interpolationem admodum expertam esse alibi (Mus. Rhen. 203 sqq.) larga exemplorum copia prolata comprobasse mihi videor: talis enim est huius recensionis indoles, ut retractationis nomine sit dignissima. Quod de altera recensione non ita valet: nam etsi concedendum est fieri potuisse vel etiam factum esse, ut pristina commenti forma hic illic immutaretur sive corrumperetur, tamen ea quae Gerstenbergio (p. 100) non minus quam nobis offensioni est loquacitas satis idonea causa esse non videtur, qua commoti recensionem β retractatoris operae deberi contendamus. Minime igitur stare potest, quod v. d. sibi persuasit 'redactionem α ad verum commentum proxime accedere': immo quam maxime remota est ab illo, cum altera quam vocare consuevimus recensione — nam proprie recensio dici vix potest — si non integra at certe multo integrior commenti forma servata sit.

Restat ut quid proprii habeat recensio α quam brevissime indicem. Ac primum quidem multa in artius contracta, multa etiam plane omissa esse non solum docent ea quae l. c. p. 220 attuli exempla, sed omnia, quae inclinatis litteris exprimenda curavi satis superque ostendunt. Deinde non pauca addita sunt ab eo qui recensionem illam confecit, quae cum proprio loco collocari iusserim in hac editione,

facile qualia sint intellegere potes. Habes in additamentorum numero adnotationes de orationis figuris, quas Gerstenberg p. 80 sqq. tractavit, easque sive definitiones earum maximam partem e Cassiodorii in psalmos commentariis desumptas; habes deinde definitiones dialecticas ex eodem fonte derivatas (cf. Gerstenb. p. 96 sqq.); habes denique tractatum illum de argumentorum locis ad Andr. I 1, 24 insertum (cf. Gerstenb. p. 93 sqq.) aliaque eiusdem generis permulta. Haec omnia quin consulto consilio retractator inseruerit, dubitari non potest. Minus certa res est in alio additamentorum genere, scholia et glossas dico, quae cum recentiore illo commento cohaerent, quod Bruns (Halis Sax. 1811) et Schlee (Scholia Ter. Lips. 1893 p. 79 sqq.) publici iuris fecerunt, quibus editionibus adiungenda sunt quae A. Mai olim (M. Acci Plauti fragm...., Mediol. 1815) et M. Warren nuper (Stud. Harvard. XII 135 sqq.) ediderunt. Hoc quidem constat interpolatorem adnotationes quas modo dixi non solum recepisse, verum etiam cum suis ipsius additamentis quodammodo conglutinasse, ut Mus. Rhen. 209 sqq. ostendi; sed utrum illud commentum sive integrum sive excerptum iam in exemplari suo — codice scilicet Terentiano — cum Eugraphi expositionibus coniunctum invenerit an ipse demum coartato Eugraphi commento inculcaverit, hoc plane diiudicare non audeam, quamquam ad illud propensior est animus, praesertim si respicio quae supra de altero scholiorum genere in codicibus *B*, *F*, Oxoniensibus obvio et de Eugraphianis adnotationibus recentiori commento intermixtis adnotavi. Similiter haereo in nonnullis recensionis *α* particulis sine dubio recentiori commento tribuendis, quae cum minus arte cum Eugraphianis cohaereant, incertum est, utrum ante retractationem an post eam commento Eugraphi accesserint; huc inprimis pertinet tractatus ille, qui in *BVS* Eunuchi initio praefixus est, quo de v. Mus. Rhen. p. 222.

Sed ne in his rebus, quae ad textum constituendum levioris momenti sunt, diutius commoremur, recensionem *α* valere iubemus: ex his enim, quae exposui, recensionem *β*

solam esse, dignam qua nova editio quasi fundamento nitatur, satis iam apparuisse existimaverim.

---

§ 4.

De editionibus.

De commenti Eugraphiani editionibus cum optime disseruerit Gerstenberg (p. 16 sqq.), non multa habeo quae addam. Sunt autem dignae quae in censum veniant hae:

Faernus 1. Commentarii Eugraphii iuncti Gabrielis Faerni emendationibus in sex fabulas Terentii, Florentiae apud Juntas a. 1565 p. 232—251. Praemisit P. Victorius, qui hanc editionem curavit, haec: 'Cum venissent in manus Faerni reliquiae quaedam veteris grammatici, quem ille non negligebat, eas quoque, cuicuimodi ipsae sunt, excudi curavimus: de ipso tamen nihil praeter nudum nomen investigare potuimus'. Sequitur 'Fragmentum commentarii Eugraphii in prologum Andriae Terentii', cuius initium est *Quas faciet deintegro comoedias hoc est de integro.* Post commentum in Phormionis prologum, quod ultimum locum obtinet, pauca excerpta leguntur, sc. ad Andr. I 1, 24 (de argumentorum locis); II 3, 6; 18; III 1, 17; 19; III 2, 36; III 3, 33. Praeterea in Faerni emendationibus 'Eugraphius' citatur his locis: Andr. I 5, 52 (p. 8, ubi Faernus de Eugr. errat); 54 (p. 9); II 6, 11 (p. 14); IV 1, 57 (p. 22); IV 3, 5 (p. 23); 8 (p. 23); V 1, 4 (p. 26); V 2, 7 (p. 27); V 3, 32 (p. 29); V 6, 17 (p. 32); Eun. prol. 1 (p. 33); 5 (p. 33, ubi iterum error Faerni); 7 (p. 33); II 2, 34; Heaut. prol. 6; II 2, 4 (p. 84); II 3, 131; Hec. prol. 1 (p. 151). Desumpsit autem Faernus haec fragmenta, sicut recte observavit Umpfenbach (Herm. II 337 adn. 1), ex codice Basilicano $B + B'$, quo etiam ad emendandas Terenti comoedias usus est. Faerni editionem, si modo hoc nomine digna sunt quae ille proposuit, alii repetiverunt, quos hic enumerare nihil refert.

Lindenbr. 2. Eugraphii commentarium in fabulas Pub. Terentii edidit una cum comoediis et Donati commento

Fridericus Lindenbrog Parisiis a. 1602 et Francofurti a. 1623 (p. 501—584), qui in praefatione haec narrat 'Eugraphium non uni debemus. Praeter pauca enim illa, quae huius Scholiastae Faernus vir diligentiss. olim in Italia provulgavit, alia longe plura ex antiquissimo libro Ant. Loiselli I. C. nunc primum edita: et quae huic deerant, ex nobiliss. Franc. Olivarii codice suppleta sunt.' Adiecit igitur Lindenbrog ad prologorum commentum, quod ex Faerni editione desumpsit, ea quae in duobus illis libris manuscriptis invenit, quos fuisse codicem Leidensem *L* et Parisinum *S* Gerstenberg luculentissime demonstravit (cf. etiam Mus. Rhen. 349). Sed cum hi codices integrum commentum non exhibeant, consentaneum est in Lindenbrogii editione desiderari quae in illis desunt, sc. Hecyrae commentum excepto prologo totum, Adelphorum commentum inde a III 5, 4 (cf. *S*), Phormionis commentum ad act. III et in reliquis partibus permulta, de quibus cf. quae de codice *L* supra exposui. Quae ad extremam Eunuchi partem et initium Heautontimorumeni exhibet Lindenbrog, ea ad unum codicem *S* redire recte contendit Gerstenberg, quippe cum in cod. *L* hic quattuor folia interierint. Idem v. d. de ratione qua in adhibendis libris manuscriptis usus sit Lindenbrog haec verba fecit (p. 20): 'scholia modo ex uno modo ex altero codice exscribendo, modo varia utriusque redactionis scholia conglutinando effecit, ut in editionibus neutrius redactionis expressam imaginem habeamus [meminisse enim debemus codd. *B* et *S* ad recensionem α pertinere, cod. *L* ad rec. β]. Quin etiam scholia nonnulla [immo satis multa] ab eo omissa sunt.' His facere non possum quin adsentiar; sed ne iniquius iudicemus, idem Lindenbrog non paucis locis textum commenti emendavit vel emendare conatus est.

Ex editione Lindenbrogiana pendent et editio Leidensis (Amstelod. et Lugd. Batav.) a. 1686 facta, cuius meminit Westerhov (cf. Gerstenberg p. 3 et p. 21 adn. 2) et ipsius Westerhovii Hagana.

3. Eugraphii commentarius in fabulas Publii *Westerh.*

Terentii in Terenti editione, quam A. H. Westerhov a. 1726 Hagae-Comitum prodire iussit. Continet autem Eugraphium voluminis alterius pars secunda p. 1—99. In praefatione (p. X) Westerhov nobiscum haec communicat: 'incidi in duplex exemplum, quod servatur in Bibliotheca Leidensi, lacerum alterum, alterum multis partibus integrius; illud quondam Js. Vossii, hoc Dionysii Petavii [de hoc Westerhovii errore v. supra de codice Leid. *V*]. In illo legebatur: *Scī Petri Beluacensis.* In huius fronte adscriptum erat: *Rufinus in Commentario de Metris Evanthium Sacerdotem in Terentium citat.* Porro autem: *Abbo Floriac. Abbas in Epistolis meminit Eugraphii.* . . . Visum igitur fuit faciundum, ut ad utrumque illum Codicem et vulgatas Editiones [Lindenbrogianam sc. et Leidensem] exigerem et quae ab his aberant, inde describerem. . . . Quae ipse nonnumquam adspersi, leviora sunt . . . nemo, spero, mirabitur, ea ad quae diutius adhaerebam, intacta a me fuisse relicta. Sicubi tamen Ciceronem, Virgilium, alios abs Eugraphio laudatos reperiebam . . ., loca subnotavi, novam accessionem uncinulis inserui.' Duos illos, quibus se usum esse testatur Westerhov, libros manuscriptos facile agnoscimus codices Leidenses *L* et *V*, atque cum illum iam Lindenbrog adhibuerit, ea quae in editione Hagana accesserunt ex *V* desumpta esse manifestum est. Hic quoque Gerstenbergii iudicium afferre liceat iustissimum (p. 20 sq.): 'Commentarios a Lind. etiamtum editos ita recepit, ut solis iis locis, quibus Lind. lacunam vel aliam corruptelam adnotaverat, codices inspiceret . . . Itaque editionem Lind. supplevit magis quam emendavit; ac ne iis quidem locis, quos Lind. asterisco vel lacuna ut corruptos insigniverat, satis diligenter cod. *V* lectiones excussit . . . Quin etiam adeo in verba magistri iuravit, ut ne iis quidem locis, quibus Lind. aperte erravit, contra illum codicum auctoritatem sequi ausus sit . . . West. igitur nimis anguste a Lind. pendere cognovimus, hac una re praestat, quod primus in omnes fabulas commentarios promulgavit.' Neglegendum vero hic non est deteriorem quidem recensionem α prope integram publici

iuris esse factam in auxilium vocatis codicibus *BVS*, sed melioris recensionis *β* magnam partem desiderari, eam scilicet quam soli exhibent codices *AFG*, cum et Lindenbrog et Westerhov uno codice *L* mutilo usi sint.

4. et 5. Hic commemorandae sunt editiones, quas fecerunt J. C. Zeunius Lipsiae a. 1774 et R. Klotz Lipsiae a. 1838—1840. Uterque editor editionem Lindenbrogii cum Westerhovii supplementis in suum usum convertit nullo manuscriptorum librorum subsidio instructus; hac re tamen differunt quod Klotz in universum satis habuit priorum editorum vestigia sequi paucis de suo additis, quae in 'corollario adnotationum ad Eugraphi commentarium' (vol. II p. 604—615) Westerhovii coniecturis adspersa reperiuntur, cum Zeunius enixe operam dederit, ut quae Westerhovii vel incuria vel turpi inscitia foedata et corrupta essent (cf. vol. II p. III), in quantum posset coniecturis emendaret atque sanaret. Qua in re etsi saepius ingenio nimium indulsit, tamen non pauca digna visa sunt, quae novae editioni insererentur. *Zeune Klotz*

Iam restat, ut de novae editionis indole nonnulla addam. Secutus sum igitur, ut par erat propter ea quae supra de utriusque recensionis natura exposui, libros manuscriptos recensionis *β*, sic quidem ut codicum *LF'* memoriam in quantum fieri potuit omnino praeferrem, leviores autem discrepantias neglegerem, dummodo de archetypi lectione satis constaret. Quae in recensione *α* omissa sunt, ea litteris inclinatis exprimenda curavi; quae addita, ea sub signo *α* proprio loco collocavi apposito asterisco, qui indicaret, quo quaeque interpolatio esset referenda; praeterea ut omnis error tolleretur, versuum numerum uncinulis inclusum adieci. Reliqua, quae a retractatore immutata sunt, indicata invenies in critico apparatu.

Quod ad ordinem fabularum attinet, quem Eugraphius secutus est, res nullo negotio ad certum finem perduci potest. Etenim si codices inspicimus, hunc in singulis ordinem invenimus:

L	Andr.	Eun.	Heaut.	Phorm.	—	—
F	Andr.	Eun.	Heaut.	—	Hec.	Phorm.
A	—	—	Heaut.	Ad.	Hec.	Phorm.
G	Andr.	Hec.	Eun.	Heaut.	Phorm.	Ad.
B	Andr.	Eun.	Heaut.	Ad.	Hec.	Phorm.
B′	Andr.	Eun.	Heaut.	—	—	—
P	—	Eun.	Heaut.	—	Ad.	Hec.
V	Andr.	Eun.	Heaut.	Phorm.	Ad.	Hec.
S	Andr.	Eun.	Heaut.	Ad.	—	—

Ex his primum secludendi sunt codices *FABS*, quippe quorum ordo accommodatus sit ad ordinem comoediarum Terenti, quas continent. Deinde tollendus est error, quo nescio qua de causa in *G* Hecyrae commentum suo loco, qui inter Phorm. et Ad. fuisse videtur, deturbatum est. Iam in *LGPV* quattuor priorum fabularum sic procedit ordo: Andr. Eun. Heaut. Phorm., unde facile intellegitur Adelphorum commento ultimum locum esse tribuendum, ut idem qui in Terenti codice Bembino prodeat ordo. Neque desunt, quibus hanc coniecturam comprobemus. Cum *L* in censum non veniat et *G* propter errorem supra dictum melius interim neglegatur, ad libros *PV* reicimur, in quibus commenta Hec. et Ad. mire perturbata esse suis locis commemoravi. Atque in *V* hae respiciendae sunt subscriptiones: f. 38^r EXPLICIT COM̄TV̄ EOGRAFII IN HECHIRA et f. 39^r Explicit Eographii Cōmētū in Adelphis, haec quidem a man. sec. in rasura scripta; in *P* vero habemus f. 120^u rasuram, qua maximam partem deleta est subscriptio, quae fuisse videtur EXPLIC̄ C̄MTV IN HECYRĀ, et f. 121^r post finem commenti in Adelphos EXPLICIT LIBER //////////////, ubi EOGRAFII deletum est. Quae cum ita sint, luce clarius est in *V* quoque post Adelphorum commentum olim eandem subscriptionem exstitisse, quae in *P* hoc loco exstat. Inde efficitur hanc subscriptionem referendam esse ad archetypum recensionis α vel rectius $\alpha + \beta$; qui cum in hac de qua agitur commenti parte ex libro alterius recensionis suppletus sit, iam veri est simillimum subscriptionem quoque ex illo codice esse

derivatam, praesertim si cum illo EXPLICIT LIBER EOGRAFII comparamus quod *L* f. 1 exhibet INCIPIT LIBER EOGRAFII. Stat igitur sententia nostra Eugraphium codicis Bembini ordinem esse secutum, quae sententia iis quoque confirmatur exemplis quae de Terenti memoria ab Eugraphio servata Mus. Rhen. p. 357 sqq. collegi.

Iam proponam tabulam, qua ostendatur quibus quoque loco uti potuerim libris manuscriptis:

	Rec. β				Rec. α						
Andr.											
in. — prol. 25/27	*L*	*F*	—	*G*	—	—	—	—	*S*		
prol. 26/27 — I 1 in.	*L*	*F*	—	*G*	—	*B*	*B'*	*V*	*S*		
I 1 in. — III 5, 18	*L*	*F*	—	*G*	—	*B*	*B'*	*V*	*S*		
III 5, 18 — IV 4, 1	*L*	*F*	—	*G*	—	—	*B'*	*V*	*S*		
IV 4, 3 — V 4, 16/18	*L*	*F*	—	*G*	—	—	*B'*	—	*S*		
V 4, 16/18 — fin.	*L*	*F*	—	*G*	—	—	*B'*	*V*	*S*		
Eun.											
prol.	*L*	*F*	—	*G*	—	*B*	*B'*	*V*	*S*	I 2, 1	α = β
I 1, 1 — V 2, 57	*L*	*F*	—	*G*	—	—	*B'*	*V*	*S*	V 2, 57	
V 2, 57 — V 4, 17	*L*	*F*	—	*G*	*P*	—	*B'*	*V*	*S*		
V 4, 20 — V 6, 20	*L*	*F*	—	*G*	*P*	—	—	*V*	*S*		
V 6, 20 — fin.	—	*F*	—	*G*	*P*	—	—	*V*	*S*		
Heaut.											
prol.	—	*F*	*A*	*G*	*P*	*B*	—	*V*	*S*		
I 1, 1 — II 1, 16	—	*F*	—	*G*	*P*	—	—	*V*	*S*	I 1, 1	
II 2, 1 — III 1, 77	—	*F*	—	*G*	*P*	—	*B'*	*V*	*S*		
III 1, 77 — III 2, 13	—	*F*	—	*G*	*P*	—	—	*V*	*S*		α = β
III 2, 13 — IV 1, 19	*L*	*F*	—	*G*	*P*	—	—	*V*	*S*	IV 1, 19	
IV 1, 21 — fin.	*L*	*F*	—	*G*	*P*	—	—	*V*	*S*		
Phorm.											
prol.	*L*	*F*	*A*	*G*	—	*B*	—	*V*	—		
I 1, 1 — II 1, 59	*L*	*F*	—	*G*	—	—	—	*V*	—		
II 1, 59 — IV 3, 1	*L*	—	—	*G*	—	—	—	*V*	—		
IV 3, 1 — fin.	*l*	—	—	*G*	—	—	—	*V*	—		
Hec.											
prol.	—	*F*	*A*	*G*	*P*	*B*	—	*V*	—	I 1, 1 — II 2, 16	α = β
I 1, 1 — fin.	—	*F*	—	*G*	*P*	—	—	*V*	—	III 1, 52 — IV 1, 53	α = β
Ad.											
prol.	—	—	*A*	*G*	—	*B*	—	*V*	*S*		
I 1, 1 — I 1, 44	—	—	—	*G*	—	—	—	*V*	*S*		
I 1, 44 — III 5, 4	—	—	—	*G*	*P*	—	—	*V*	*S*	III 2, 39	α = β
IV 1, 1 — fin.	—	—	—	*G*	*P*	—	—	*V*	—	fin.	

Ex hac tabula facile cognoscitur, quam exili fundamento manuscripto in magna commenti parte nitatur nova editio. Velut in Phormione, prologum si excipimus, unum habemus recensionis *α* codicem *V*, in Adelphis, id quod magis dolendum est, recensionis *β* solus nobis praesto est codex *G*, cui tantum in prologo accedit codex *A*. Maiores uero difficultates e miserrima textus condicione nascuntur; nam cum omnes libri sescentis locis corruptelas exhibeant, fieri non potest quin communem archetypum quovis mendorum genere obsitum ne dicam obrutum fuisse sumamus. Huc pertinent vocabula perperam sive coniuncta sive disiuncta, quod vitium ex continua scriptura repetendum est, huc lacunae modo minores modo maiores, huc denique compendiorum notae a librariis saepenumero male intellectae. Neque tamen haec sunt omnia: adde innumerabiles errores ex litterarum formis satis incertis ortos (velut aperta litterae a forma et c littera litterae e simillima causa fuerunt, ut p. 66, 22 ex *uestrum* fieret *acstrum L*, hinc *astrum α*); adde silvam lectionum variarum supra versus et in marginibus adspersarum, quas librarii posteriores modo receperunt modo abiecerunt; adde supplementa non pauca hic illic adscripta saepiusque falso loco inserta: iam satis opinor intelleges, quot quantisque difficultatibus impedita fuerit textus constitutio. Ac ne desiderentur exempla, ex ingenti multitudine pauca depromam, quae fere omnia in uno Andriae commento reperiuntur. ***u*:*a*** p. 3, 6 et 25, 17 *primū*: *-ma*, 4, 14 *captaturū*: *-rā*, 8, 13 *futurus*: *fact-*, 30, 18 *ut spe*: *a spe* (hinc *aspice G*!), 49, 1 *auditū*: *-tā*, 53, 16 *nam*: *num*, 54, 13 *collocata*: *-tu* (*-tur G*!); ***u*:*o*** 20, 14 *loco*: *-cū*, 33, 14 *primo* : *-mū*; ***u*** : ***i*** 26, 14 *sint*: *sunt*, 29, 2 *maximū*: *-mi*, 29, 13 *mandati*: *-tū*, 55, 14 *addic-*: *adduc-*, 57, 16 *ibi*:*ubi*; ***o*** : ***a*** 7, 25 *abiecto*: *-ta*, 19, 1 *occult-*: *adcult-*, 33, 2 *primo*: *-a*, 44, 16 *appon-*: *oppon-*, 49, 1 *quo*: *qua* (*quam*), 53, 15 *alloc-*: *obloc-*, 64, 18 *-ar-*: *or*, 330, 28 *omiss-*: *amiss-*; ***o*** : ***e*** 35, 24 *longo*: *-ge*, 40, 17 *commētis*: *-motis* vel *-tus*, 47, 21 *commodare*: *commēd-*; ***c*** : ***e*** 32, 18 *nc̄* (pro *num*): *ne* (*utrum α*!); ***c***:***o*** 26, 13 *nc̄*: *nō*; ***c***:***r*** 27, 4 et 31, 3 *r̄tinere*: *c̄tin-*;

item ***c*** : ***t***, ***o*** : ***t***, ***t*** : ***i***, ***t*** : ***x***, ***r*** : ***s***, ***n*** : ***rr***, ***f*** : ***s***, ***h*** : ***n***, al. Saepissime invenitur *-it* pro *-at* vel *-at* pro *-it*, etiam *-it* pro *-erit*, saepissime *quo* pro *quod* vel *quod* pro *quo* nec non *quod* pro *quam* et *quoniam* sim. P. 3, 21 ex *fit reus* sscr. *ergo* in *LF* factum est *fit reus ergo*, in *α fit ergo reus*, in *G fit reus*; 19, 15 ex *sic* sscr. *et* in *F sit et*, in *LG sic*; 26, 18 ex *narrationes* sscr. *narrat* in *F narrat rationes*, in *LG narrationes narrat*; 40, 13 ex *ita* sscr. *si te* in *F si ita te*, in *L ita*; 55, 11 ex *defendit* sscr. *dat* in *L defendit*, in *F dat*; 64, 4 ex *enimaduerteret* sscr. *anim* in *L enim animadu-*, in *F enim adu-*, in *G aduerteret*. Supplementum falso loco insertum habes 6, 21 *hoc* — *transtulerit* (om. *L*); 21, 1 *deinde* — *mandat*; 22, 11 *ut* — *opprimat*; 27, 19 *nam* — *inquit*; 37, 7 *quemadmodum dicitur*; 41, 5 *dicit* — *invenisse*; alibi. Variam lectionem adscriptam servaverunt codices 5, 6; 22, 3; 31, 17; 33, 14; 47, 20; 53, 2; 61, 12; 79, 18; saepius.

In tali codicis archetypi condicione mirum non est, quod librarii haud raro suo Marte textum emendare conati sunt, id quod praecipue cadit in recensionis *β* codices recentiores *F* et *G*, in recensionis *α* codices *B* et *VS* (cf. Mus. Rhen. 346). Quo magis cavendum est, ne speciosa interpolatorum librorum scriptura decepti falsum pro vero accipiamus. Velut p. 54, 13 *collocatur* quod in *G* legitur, male emendatum esse demonstratur lectionibus codicum *L* (*-tu*) et *Fα* (*-ta*); similiter res se habet p. 91, 13, ubi *α* recte exhibet *possum*, L^1F corrupte *positum*, unde *G* efficit *posse mortuum*; cf. etiam p. 119, 15 sq.: *operā de* (hoc olim sscr. fuit) *robore* (vel *rebere*) *tradere LFα*, *operando robori se tradere debetur G*. Haec sufficiant.

Iam qui consideraverit omnia quae de commenti Eugraphiani memoria disputata sunt, is facile concedet me non inani coniectandi studio abreptum, sed maxima emendandi necessitate coactum totiens mutasse scripturam traditam; qua in re sermonis Eugraphiani proprietatem qualem observaram enixe me operam dedisse ut servarem, vix est quod moneam. Sed quamquam ter quaterque totum commentum, iterum atque iterum singulos locos tractavi, ut

menda tollerem quam plurima, tamen haud ignoro multa restare, quae manu emendatrice egeant*): plura certe eiusdem generis restitissent, nisi in hac quoque editione curanda Georgius Goetz et Fridericus Schoell adiuvissent me liberalissime, qua de causa ut persuasum habeant me semper fore gratum atque memorem, sincere illos velim rogatos.

Scr. Halis Saxonum a. d. XVI Kal. Iul. a. MCMVIII.

P. W.

*) Addenda et corrigenda invenies in calce editionis.

EVGRAPHI
COMMENTVM ANDRIAE

Rec. β { *L* = cod. Leid. Voss. lat. Q. 34 s. X.
F = cod. Laudun. 467 s. XV.
G = cod. Sangall. 860 s. XV.

Rec. α { *B* = cod. Vatic. Basil. 19 H. s. X comm. prius: prol. 26—III 5, 18. } *v. praef.*
B' = cod. Vatic. Basil. 19 H. s. X comm. posterius: prol. 27—fin. } *v. praef.*
V = cod. Leid. Voss. lat. Q. 36 s. X: I 1, 1—IV 4, 3; V 4, 16—fin. *v. praef.*
S = cod. Paris. lat. 16235 s. X.

β = consensus codicum *LFG* } aut omnium aut eorum qui exstant.
α = „ „ *BB'VS* } aut omnium aut eorum qui exstant.

Cod. Ter. C = scholia Eugraphiana cod. Vatic. 3868 Ter. s. X, quae edidit Schlee.

Lindenbr. = editio Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623.
Westerh. = „ A. H. Westerhovii Hag. 1726.
Zeune = „ I. C. Zeunii Lips. 1774.
Klotz = „ R. Klotzii Lips. 1838.

Bruns = scholia et glossae (rec.) cod. Halensis in edit. Ter. Hal. 1811.
Schlee = scholia (et glossae rec.) Terent. coll. et disp. Fr. Schlee Lips. 1893.

W. = Wessner.
* * * * *lacunam significat.*

Litteris inclinatis indicavi quae in sola rec. β exstant.

ANDRIA

PROLOGVS

Cum omnes poetae uirtutem oratoriam semper uersibus exequantur, tum magis duo uiri apud Latinos, Virgilius et Terentius. ex quibus, ut suspicio nostra est, magis Terentii uirtus ad rationem rhetoricae artis accedit, cuius potentiam per comoedias singulas ut possumus explicabimus. ac prima nobis ea sit, quae et pueris semper est tradita. Andria igitur prologum habet POETA CVM PRIMVM ANIMVM AD SCRIBENDVM APPVLIT. omnis prologus triplici inducitur causa: uel ut argumentum fabulae possit exhibere uel poetam populo commendare uel ut a populo audientiam postulet. sed his omnibus causis Terentius non ita usus est: habuit enim aduersarium ueterem poetam Luscium Lanuinum, cuius comoediae cum non placerent, semper maledictis aduersus comoedias Terentii pugnabat. propter hunc igitur Terentius prologum semper inducit, ut eius maledictis respondeat. quod si ita est, omnis prologus Terentii habet controuersiam. Andria igitur controuersiam tenet: mos est, uti ex Graeco in Latinum sermonem aliquid transferri liceat. Terentius comoediam Graecam Andriam cum transferret, adiunxit et Perinthiam, quae altera Graeca est comoedia. fit ergo reus, quia non debuerit alteram comoediam contingere in comoediae alterius translatione. est hic controuersiae qualitas, an iuste

1 uersibus] pro uiribus *Karsten* || 2 exequuntur *Karsten* || 5 singulas comoedias *α* || 6 primum *β* | ⟨prima⟩ semper *Karsten* | tradita est *α* || 10 uel ⟨ut⟩ *β* | populo poetam *α F* || 16 respondeat maledictis *α* || 21 ergo *post* reus *L F, om. G* || 23 controuersia *β*

fecerit, cuius argumenta sic persequitur, ut per absolutam qualitatem habitus semper sit in disputatione tractatus. is omnino, ut dixi, duplex est 'feci, sed iuste feci' et 'feci, quia licuit per exemplum'. sed prius exordium sumitur, quod propositum ita est, ut poetam populo commendet: aliter enim beniuolentiam auditorum non potest comparare, nisi personae suae pudorem honestatemque declaret. est igitur ad comparandam beniuolentiam sump-
1 tum principium **1** POETA CVM PRIMVM ANIMVM AD SCRIBENDVM APPVLIT ID SIBI NEGOTII CREDIDIT SOLVM DARI VT PLACERENT POPVLO QVAS FECISSET FABVLAS. beniuolentia rhetorica arte captatur ex nostra persona: hoc supra positis uerbis expositum est, cum docuit sibi pudorem propositum et certam gloriam captaturum. unde a persona aduersarii, cum eius impudentia declaratur, hoc subiunxit
4 **4** VERVM ALITER EVENIRE MVLTO INTELLEGIT NAM IN PROLOGIS SCRIBENDIS OPERA ABVTITVR NON QVI ARGVMENTVM NARRET SED QVI MALIVOLI VETERIS POETAE MALEDICTIS RESPONDEAT. huc usque principium est habitum a nostra persona et ab aduersariorum: sequitur propositio quaestio-
8 nis et primo promissio **8** NVNC QVAM REM VITIO DENT QVAESO ANIMADVERTITE. haec dicit quaestionem promittens. proponit autem ita quaestionem, ut, cum argumento quaestionem soluat, quaestionem proponere uideatur
9 **9** MENANDER FECIT ANDRIAM ET PERINTHIAM QVI VTRAMVIS *RECTE NORIT AMBAS NOVERIT*. quaestionem illam supra diximus esse, quia non debuerit ex duabus comoediis Graecis unam Latinam facere. et huic respondet ita, quod liceat. ac primum unam dicit, ⟨quia⟩, quamuis duae sint, inter se quoque quadam cognatione conueniant: hoc enim dixit MENANDER FECIT ANDRIAM ET PERINTHIAM QVI VTRAMVIS RECTE NORIT AMBAS NOVERIT NON ITA DISSIMILI

2 sit] est *L G*, *om.* *F* ‖ 9 AD SCRIBENDVM *om.* *L* ‖ 10 ID *om.* *L* ‖ 14 captaturam *β* ‖ 17 scribundis *α* ‖ 21 et *W.*: sed *codd.* | permissio *α* ‖ 26 RECTE — NOVERIT *om.* *L* ‖ 28 facere] scribere *α* | respondet *F G*, -dit *rell.* ‖ 29 quia *W.*: unam *L*, utramque ut *G*, quae *post* sint *α*

SVNT ARGVMENTO ET TAMEN DISSIMILI ORATIONE SVNT *FACTAE* AC STILO: licet duae sint numero, in unam tamen rationem conueniunt. quod si ita est, quae ex Perinthia in Andriam conuenerunt, ad Andriam iure translata sunt; unde non uidetur aliter fecisse quam licet. nam cum liceat ex una comoedia Graeca unam Latinam facere, hic quodammodo ex Andria Graeca Andriam fecit Latinam et quaedam ex Perinthia ⟨trans⟩tulit, quae in Andriam conuenirent. igitur aduersarii id uituperare audent? adicit argumentum absolutae qualitatis, uti supra diximus, quia
18 quae fecit, fecerit per exemplum **18** QVI CVM HVNC ACCVSANT NAEVIVM PLAVTVM ENNIVM ACCVSANT QVOS HIC NOSTER AVCTORES HABET. et quoniam semper in exemplis laborandum est, ne ea sumamus, quae aliquando reprehensa sunt,
20 adiecit **20** QVORVM AEMVLARI EXOPTAT NEGLEGENTIAM *POTIVS* QVAM ISTORVM OBSCVRAM DILIGENTIAM. subiungit postea epilogorum uirtutem, uti liberatus culpae terrere inci-
22 piat aduersarios **22** DEHINC VT QVIESCANT PORRO MONEO. et honeste contendit aduersarios multa peccare, sed illa se nolle maledicere. concludit a precibus, ut beniuolen-
24 tiam ab audientia populi petat **24** FAVETE ADESTE AEQVO ANIMO, simul pollicens quasi quoddam praemium de comoediis futuris, si fuerit libenter auditus. hactenus controuersia tractata est.

1 **1** POETA CVM PRIMVM ANIMVM AD SCRIBENDVM APPVLIT sensus hic est: cum primo poeta comoediam scribere uoluit, hoc tantummodo arbitratus est negotii sibi dari, ut placerent populo comoediae, quas fecisset. ergo quod
4 sequitur **4** VERVM ALITER EVENIRE MVLTO INTELLEGIT, ille sensus est, ut, cum hoc solum sibi crederet propositum,

1 sunt oratione *F S* ‖ 3 conuenerunt in andriam *α* ‖ 6 facere] *sscr.* uel scribere *L,* scribere *rell.* ‖ 8 transtulit *W.* ‖ 9 aduersarii id] -rium *β* ‖ 11 quae] qui *β* | fecit] -cerit *F, om. L G* | fecerit (-cit *S*) *post* exemplum *α* ‖ 13 in *om. β* ‖ 15 exoptat *ante* aemulari *α, post* neglegentiam *L G* ‖ 17 ⟨a⟩ culpa *α F,* culpa *G* ‖ 21 a populi audientia *α* ‖ 30 cum *om. G*

ut comoediae suae placerent, ⟨euenerit⟩ et illud, ut ad-
uersario debeat respondere. ergo IN PROLOGIS SCRIBENDIS
OPERA ABVTITVR hoc est: ualde utitur opera prologorum,
non ut argumentum narret, quod prologorum est semper
officium, sed ut semper maliuoli poetae maledictis re-
7 spondeat. adiecit **7** VETERIS POETAE, quo facilius hominem
ex vetustate notare posset, qui, cum uetustate commen-
datus non sit notus, per maledicta inuidere uideatur. —
8 **8** QVAM REM VITIO DENT hoc est: quam rem culpent et
11 accusent. — **11** NON ITA DISSIMILI SVNT ARGVMENTO ET
TAMEN DISSIMILI SVNT ORATIONE *FACTAE* AC STILO uult
⟨dis⟩simile esse argumentum duarum comoediarum, non
tamen plurimum dissimile. et ne Menandrum accusare
uideatur, qui paene ex uno argumento duas comoedias
fecerit, adiunxit, quod ad eius laudem pertinebat, ut 'dissi-
mili oratione ac stilo' unius argumenti duas comoedias fe-
13 cerit. — **13** QVAE CONVENERE IN ANDRIAM EX PERINTHIA
multa *ex Perinthia comoedia* conuenerunt *in Andriam:*
17 haec igitur Terentius in Andriam transtulit. — **17** FACI-
VNT NE INTELLEGENDO hoc est quasi plurimum intelligendo.
26 — **26** POSTHAC QVAS FACIET DE INTEGRO COMOEDIAS hoc
est 'de integro', cum unam Graecam in unam Latinam
transtulerit: nunc enim transtulit quasi duas. atque ex
hoc uidetur illud Terentius declarasse: quod fecerit, iure
fecisse et per exempla fecisse, uerum tamen iam non esse
facturum, ut de duabus comoediis unam comoediam faciat. —
27 **27** SPECTANDAE hoc est probandae. — EXIGENDAE foras
mittendae.

1 euenerit *add. W.* | et] non *G* ‖ 2 scribundis *α* ‖ 4 semper est *F G* ‖ 9 id est *α* ‖ 11 orationi *L S* | AC] et *L G* | uult *om. S* ‖ 12 dissimile *Westerh.* | esse] est *L S* ‖ 15 adiunxit — 16 fecerit *om. L* ‖ 15 ut *G, om. rell.* ‖ 16 ac] et *G* | fecit *G* ‖ 17 conuenerunt *F G* ‖ 18 multa ⟨enim⟩ *α* | conuenerunt *F G,* conueniunt *rell.* ‖ 20 id est *α* ‖ 21 post has (*in* hac *corr. L*) *L F S* | QVAS FACIET] *hic incipit B* | DE — COMOEDIAS *om. L* | hoc — transtulerit *ante* 17 IN ANDRIAM *G, om. L* ‖ 24 terentius illud *α* ‖ 26 factum L^1; futurum*?* ‖ 27 SPECTANDAE] *hic incipit B'* | id est *α* | ⟨an⟩ exigendae ⟨id est⟩ *α*

I.

1.

28 1 VOS ISTAEC INTRO AVFERTE ABITE prima scaena huius comoediae causam continet quasi deliberatiuam. certum consilium ⟨et⟩ exploratum mandat seruo dominus; ne tamen hoc iniustum consilium sit, quod ex deliberatione uidetur inuentum, ex narrationis partibus colligitur, *quod iustum id consilium inuentum esse uideatur.* habet quidem finem haec scaena imperium atque mandatum, quod seruo detur, sed ne imperii atque mandati iniustitia sit, causae est consilium sumptum, ubi similiter qualitas est, an iniustum consilium sit. sed iam ut ad speciem ueniamus, mandat seruo dominus, bene ut adsimulet nuptias (*v. 141*). consilium autem id est (*v. 130*) 'et nunc id operam do, ut per falsas nuptias uera obiurgandi causa sit, si deneget'. id⟨eo⟩ consilii ratio quaerenda est, quae supponitur sic 'filium credo amare meretricem'. haec ratio per coniecturam tractatur, an filius amet *meretricem.* omnis igitur scaena in hoc consumitur, ut argumentis coniecturalibus colligatur filium amare *meretricem.* quare coniectura consilium suum probat, ut filium debeat obiurgare, si amet. quo consilio probato iustum declarat imperium, quo est seruo imperaturus, ut bene assimulet nuptias. haec per singulorum capita uersuum plenius aperiemus.

Primum ne quid turpe dominus aduersus filium seruo mandare uideatur, siquidem ille filius hic seruus est, obiecta persona serui est, non illa uulgaris neque in condicione

1 VOS — ABITE *FB, om. rell.* ‖ 2 deliberatiue *LG* ‖ 3 ⟨ubi⟩ certum *α* | et *add. W.*; -que *post* exploratum *α* ‖ 4 ne *Lindenbr.*: non *codd.* ‖ 5 inuentum ⟨quod⟩ *α* ‖ 12 id *om. LG* ‖ 14 ideo *W., om. α* ‖ 19 obiurgare] arguere *α* ‖ 20 probato *G*, -at est *rell.* ‖ 22 singula *FG* (*recte?*) ‖ 25 obiecta *W.*: abiecto *L*, -ta *rell.* ‖ 26 est *om. α* | non — uulgaris *ante* obiecta *α*

uiuentis neque in turpi officio seruientis, sed cuius animus et integritas fuerit per officia completa liberalis. hoc igitur tangit Simo, cum laudat seruum Sosiam, cum dicit opus esse non arte, sed his potius rebus, quas in eo semper agnouit, fide et taciturnitate. nam fides est, ut compleat quae mandat, taciturnitas autem necessaria videtur, ut ea celet. sed parua laus data seruo uide⟨re⟩tur, ⟨si⟩ eum coegisset, ut a domino imposita mandata seruaret. sed quoniam apud seruum, bonum dumtaxat, potuit esse consideratio, quod dominus maior sibi nescio quid aduersus minorem dominum imperauerit, cuius, si non imperium adulescentis, aetatem timere deberet, quia illi post senis mortem erat dominus futurus, idcirco laborat senex primo in animum suum serui animos inclinare; nam circa iuuenem inofficiosum imperare fortasse imperantis est metus. dicit ergo se ex illo tempore, quo emptus seruus sit, iusta et clementia sine duris laboribus im-
35 perasse: 8 EGO enim POSTQVAM TE EMI A PARVVLO inquit. hinc illud est in Iugurthino (*Sall. Iug. 10, 1)* 'paruum ego te, Iugurtha, amisso patre et sine spe et sine opibus in meum regnum excepi'. et cum dixit 'a paruulo', utique beneficiorum suorum longum tempus ostendit ⟨et⟩ dedit ei continuationem praestandi: uere enim praestat, qui non ⟨nisi⟩ ei praestiterit qui meretur. adiecit autem ad cumulum beneficiorum, non quod tantum bene seruierit, cum

1 uiuentis *F*, uiuit *rell.*; qui uiuit *Schoell* ‖ 3 igitur] enim *α* | Simo *post* seruum *β* | cum *2.*] et *α* ‖ 4 potius his *α* ‖ 5 fide ⟨opu⟩s*?* | est *om. LGF*[1] ‖ 7 ut ea celet *Schopen*: ut cadet *L*, ut celet *F*, ut caueat *α*, *om. G* | uideretur si *W.* ‖ 8 eum (cum *FG*) coegisset (-e *LF*) ut *β*, quem coegit *α* | a domino] dominus *α* | seruare *α* ‖ 11 imperauerit *W.*: -uerat *codd.* | non ⟨esset⟩ *α* ‖ 12 ille *G* (*recte?*); *fort.* ille ei ‖ 13 dominus] *hic incipit vetus cod. V* | facturus *LF* ‖ 14 nam] *ordo scholiorum, perturbatus ut videtur, hic est in codd.*: dicit — imperasse EGO — inquit. uere — meretur, nam circa — metus. et cum dixit — praestandi. hinc — excepi. adiecit autem *etc.* ‖ 16 metus est *α* | se *post* sit *α* ‖ 20 et *1. om. α* (= *Sall.*) ‖ 21 regnum meum *α* (= *Sall.*) | accepi *F* (= *Sall.*) ‖ 22 et *add. W.*; -que *post* dedit *α*; et *pro* ei (*del.* dedit) *Goetz* ‖ 24 nisi *add. W.*

ei dominus clementiora quae fuerant imperaret, sed quia
37 ex seruo fecerit liberum **10** FECI EX SERVO VT ESSES LI-
BERTVS MIHI: summum etenim pretium seruientibus ui-
detur esse libertas. et quoniam omnis libertus patrono
debet seruitutem, ideo adiecit 'mihi', non Pamphilo, hoc
est non filio, ut ille non crederet licet libertum se debere
38 filio seruitutem. — **11** PROPTEREA QVOD SERVIEBAS LI-
BERALITER pulchre hoc uidetur adiunctum, ut non propter
alias causas dominus dedisse uideatur, sed quia hanc
semper seruus habuerit in seruitutis condicione uolunta-
tem, liberaliter omnia quae iussa fuerant perimplere. —
39 **12** QVOD HABVI SVMMVM PRETIVM PERSOLVI TIBI ipsum 'pre-
tium' dixit libertatem. ita debitorem *iam* seruum ad do-
mini officia fecit, sicut in seruo dominus quod debebat
40 exoluit. — **13** IN MEMORIA HABEO recte seruatum a ser-
uo, ut 'in memoria habeo' diceret: neque enim do-
mino referre gratias potest, nisi sola *priorum* officiorum
restitutio in memoria perseueraret. — HAVT MVTO mihi
uidetur iuris rationem respicere: ingratus enim liber ser-
uus a patrono reuocari in seruitutem potest. — GAVDEO
SI TIBI QVID FECI *AVT FACIO QVOD PLACEAT SIMO* uehementer
seruus se gaudere dixit, si ex factis domino reddiderit
uoluntatem. et simul duo tempora coniunxit, ut non
42 solum fecisse, sed et facturum esse declararet. — **15** AD-
VERSVM TE apud te intelligendum. quidam enim, quo-
niam supra *(v. 11)* dixerat '*quod* seruiebas liberaliter',
hoc intelligunt 'ut libere *quoque* diceres quae sentias
et propterea uoces ex libertate prolatas in conuicium

2 feci ⟨inquit⟩ α ‖ 3 enim α ‖ 7 QVOD] quia *LBV* ‖ 8 non *et* 9 dominus *om. L* ‖ 9 sed] nisi α ‖ 11 fuerunt *LG,* erant *F* | adimplere *G,* implere α ‖ 12 ipsum] summum *Lindenbr.*; ipsam *Schoell* ‖ 13 ⟨et⟩ ita α ‖ 14 fecit officia α | debebat *Schopen*: habebat *codd.* ‖ 17 poterit *G,* posset α | sola priorum *G,* solationum *L,* soluc- *F* ‖ 19 respicere *Lindenbr.*: insp- *codd.* | liber seruus] libertus α ‖ 22 factis ⟨suis⟩ domini α ‖ 23 iunxit α | ut *om. LF* ‖ 24 ⟨se⟩ esse *V* ‖ 25 intelligendum ⟨est⟩ *B* ‖ 27 diceres *LF*, -ceret α *G* | sentias *Schoell*: -tit (-tiebat α *F*) has *codd.* ‖ 28 et *post* propterea *codd., transp. Schoell.*

aut iniuriam secundum rationem ueritatis proferres'. quod si ita est, dicta sunt aliqua a seruo contra dominum. idcirco intelligunt 'aduersum te' contra te. sed melior est interpretatio superior.* ['*aduersum te*' *apud te*
44 *melius intelligitur*.] — **17** QVASI EXPROBRATIO EST INMEMORIS BENEFICII ⟨*sa*⟩*ne* beneficiorum commemoratio cum ostenditur,
46 ingratiae exprobratio dicitur. — **19** PRIMVM IN HAC RE PRAEDICO TIBI antequam narrationem incipiat ponere, sum-
47 mam primo proponit, quae talis est **20** QVAS CREDIS *ESSE* HAS NON SVNT VERAE NVPTIAE. partitur hic senex eaque
49 partitio triplex est **22** EO PACTO ET GNATI VITAM ET CONSILIVM MEVM COGNOSCES ET QVID FACERE IN HAC TE RE VELIM. ergo secundum supra positam diuisionem 'gnati uita' cum exponitur, coniecturalia continet argumenta; 'consilium' cum exponitur, per qualitatem dicitur; 'quid facere in hac te re uelim' similiter qualitatis ratione consistit. utraque autem qualitas negotialis est. incipit
51 primo gnati uitam **24** NAM IS POSTQVAM EXCESSIT EX EPHEBIS SOSIA. hic argumenta coniecturalia diligenter debemus adtendere, quod Pamphilus uidetur amare meretricem.* 'excessit ex ephebis' tempus puerilis aetatis ex-

α * [4] est uero huc usque figura synathroismos (sinatris- *codd.*), quae est congregatio criminum uel beneficiorum ad mouendos animos.

* [21] Argumentorum loci traduntur alii esse artificiales (-cales *V*; *sic semper*), alii inartificiales. et inartificiales quidem ex auctoritate sumuntur uel opinione, artificiales uero aut a personis aut a negotiis. cum autem omne argumentum rei dubiae faciat fidem, his uel nostram uel aduersariorum causam confirmamus uel infirmamus. quorum loci sumun-

1 ⟨in⟩ iniuriam *V* | proferres *LF*, -ferret *α*, -feram *G* ‖ 2 a *om. LF* ‖ 3 ⟨id est⟩ contra *α* ‖ 4 aduersum — intelligitur *secl. W.* (*e margine inrepsisse videntur*) ‖ 6 sane *Goetz*: ne *LF*, Hec *G*; bene *Schoell* ‖ 7 ingratiae *Schoell*: -tia *L*, -ta *F*, *om. G* ‖ 12 re te *α F*; *sic et infra* ‖ 13 diuisionem positam *β* ‖ 16 qualitatis — consistit (-at *LF*)] per qualitatem dicitur *α* ‖ 17 qualitas] -tatis *LF* ‖ 18 nati *LFV* | EX] ab *LG* ‖ 20 aduertere (animadu- *B*) *α* ‖ 21 ⟨postquam⟩ excessit *α*

55 cessit.* — **28** PLERIQVE OMNES apud antiquos ista dictio ponebatur, ut 'omnes' superuacuum fieret et superior tantum sermo propriam significationem contineret.* —
57 **30** AD PHILOSOPHOS ad sapientiam atque doctrinam. —
58 **31** NIHIL EGREGIE PRAETER CETERA hoc est: omnia ae-
60 qualiter, *nihil amplius ante omnia.* — **33** NON INIVRIA non sine causa, id est iuste: ius enim contrariam habet iniuri-
61 am. — **34** VT NE QVID NIMIS quidam arguunt Terentium, quod istam sententiam dixerat seruus, quam sapientium summus ex septem protulisse dicatur. quae quidem res non digna reprehensione est. nam primo omnium in

α tur ante rem quidem, unde agitur: a persona, a causa, a tempore, a loco, a materia, a modo, a ratione; in re, unde agitur: a toto, a parte, a genere, a specie, a differentia, a proprio, a definitione (diff- *BV*; *sic semper*), a nomine; circa rem, unde agitur: a simili, a dissimili, a pari, a contrario, a maiore, a minore, a praecedente, ab eo quod est simul (simul est *V*), a consequente; post rem uero: ab euentu, a iudicatis. qui loci ideo communes dicuntur, quia in omni genere causarum ex his argumenta duci possunt. nam a personis consideratur patria, nomen, genus, corporis habitudo, mores, uita, amicitia, aetas, incessus, uultus. [uel aliter a persona: nomen, natura, uictus, fortuna, habitus, affectio, studia, consilia, facta, casus et orationes.] distat autem inter argumenta rhetorum et philosophorum, quod philosophorum ita sunt interdum necessaria, ut non sint probabilia, rhetorum autem, si sint (sunt *Gerstenb.*) necessaria, erunt probabilia. probabile autem dico uerisimile, quod etiam uulgus probat et uerum iudicat. haec igitur argumenta sparsim in Terentio reperies nec umquam aliunde sumpta. sequitur

*[1] quia ephebi sunt pueri, unde et ephebion (-ian *codd.*) locus ubi discunt.

*[3] Vel ita struendum: quod omnes faciunt adulescentuli, ut plerique ad equos etc., ut sic uniuersalitatem ad singularitatem redegerit.

1 omnis *L* | *fort.* ⟨ita⟩ ista dictio ‖ 2 omne *codd.* ‖ 4 atque] ad *α* ‖ 5 id est *α* ‖ 6 ⟨id est⟩ non sine *α* ‖ 9 dederit seruo *α* ‖ 10 dicitur *G* ‖ 11 est *om.* *LG*

hominibus naturae sensus aequalis est: ita concipere et
seruus potest cum uirtutibus ingenium, cum omnibus
sit aequale naturaliter attributum. deinde fieri potest, ut
ista sententia iam a sapiente dicta percrebruerit et om-
nium in ore uersetur: neque enim Terentius uel quilibet qui
hanc comoediam composuit ⟨***⟩, sed in hominibus com-
prehendit, unde et seruus, non tamen ut callidus, auditam
62 rem potuit in sermonibus collocare. — **35** SIC VITA *ERAT*
FACILE OMNES PERFERRE AC PATI CVM QVIBVS ERAT honeste
pater narraturus uitam filii sui suspectam docet praeterito
tempore integritate uiuendi obscuram tenuisse in suis
moribus disciplinam.* ex quo ostendit sibi semper curam
67 fuisse, ut filii uitam cognosceret. — **40** NAMQVE HOC
TEMPORE O*BSEQVIVM* A*MICOS* V*ERITAS* O*DIVM* PARIT et ex hac
sententia intelligi datur seruum bonum esse atque sapi-
entem: ita et in superioribus ei sapientis est concessa
sententia. 'hoc tempore' *autem* quod dixit, mihi uidetur
'ad omnia tempora' expectandum: numquam enim non
69 ualet ista sententia. — **42** INTEREA MVLIER QVAEDAM *ABHINC*
TRIENNIVM et haec interposita narratio demonstrandae per-
sonae causa dicitur, quae ab oratoribus digressio nomi-
natur, quotiens a narrationis tenore in aliam narrandi
71 necessitatem dilabimur. — **44** INOPIA ET C*OGNATORVM*
N*EGLEGENTIA* COACTA quorum debuerat spe auxilioque ful-
72 ciri. — **45** EGREGIA F*ORMA* A*TQVE* AE*TATE* INTEGRA duo
quae necessaria ad uoluptatem fuerant complexus est, ut
73 et uultus et aetas placere potuisset. — **46** EI VEREOR *NE*

α * [12] cuius definitio per laudem est.

1 naturae *W.*: natura est (et *F*) β, natura α ‖ 2 cum *2. W.*: quod α, *om.* β ‖ 3 aequale ⟨ẽ⟩ β ‖ 4 percrebuerit α *FG* ‖ 5 ⟨non⟩ terentius ⟨non⟩ *LF* | qui — hominibus] alius hoc a se α ‖ 6 hanc comoediam *ante* uel *codd., transp. Schoell*; composuit, ⟨seruum relegat ab hominibus⟩ sed *idem*: composuisset *codd.* ‖ 9 ⟨ut⟩ omnis *L* ‖ 12 curae α ‖ 14 et *om. FG* ‖ 16 ita — superioribus] dum ut supra α | ei *post* est α ‖ 18 expectandum *LG*, spect- α *F*; spectare *schol. cod. C Ter.* ‖ 19 sententia ⟨tullius libro de amicicia (*Lael. 24, 88–90*) dicit monendi sunt . . . . salus desperanda⟩ *F* | quaedam mulier α ‖ 26 uoluntatem *LG*

QVID ANDRIA ADPORTET MALI cautus seruus, cum adulescentem dominum sciret, timuit mulierem et uultu et aetate
77 laudabilem. — **50** VNVS ET *ITEM* ALTER hic arguto intellectu tres accipiuntur: nam 'unus' utique numerum suum ostendit, 'alter' uero de duobus post unum alter est. ita si alter est, duos significat et unus praecessit, quo intellectu soluitur quod postea *(v. 60)* dictum est 'nam hi tres t*um* s*imul* a*mabant*'. hoc intelligi et in Virgilio (*Ecl. VIII 39)* uolunt 'alter ab undecimo tum me iam acceperat annus': undecim enim numerum suum habent, 'alter' uero, ut diximus, de duobus est, hoc est de duodecimo et tertio decimo, ut ista copulatio 'alter ab undecimo' tertium decimum annum significet, qui uicinus est pubertati, quo uerisimile fieret illum ueneri potuisse ser-
79 uire. — **52** ACCEPIT CONDICIONEM probauit scilicet, quod offerebatur ab his.* — DEIN QVAESTVM OCCIPIT deinde meretrix esse coepit.* cauta narratio: docet se in omnibus filii factis semper adhibuisse curam et metum quam plurimum, ne in malos mores contubernio duceretur, sumpsisse et officium paene seruorum, ut interrogaret seruos contubernalium et diu quaereret de filii moribus nec prius requiesceret, quam disciplinam integram reperiret. quibus iam rebus fidem facit ad futuram quaestionem, ut uerisimile uideatur esse, quod motus est in filium iuste, qui semper de moribus inquisitionem habuerit nec aliquando integre omnia reperire potuerit iratus eo quod Pamphilus amaret. pulchre *tamen* post interrogationem

α*[16] Condicio est institutio, ut hic. et est etiam originalis seruitus, ut dicitur quis seruili condicione. et est condicio compositio, unde est quod dicitur syllogismus condicionalis quasi compositus ex duobus cathegoricis syllogismis.

*[17] sumpta definitione a nota, quia merendo, id est militando, pro corpore quaestum occipit.

6 est *2. LG*, *om. rell.* ‖ 16 deinde *codd.* | accipit F^2, -cepit F^1G | deinde] id est *α* ‖ 26 integra *β S* | repperiri *BV* | potuerit] fuerit *F*, -rat *L* ‖ 27 amaret *om. β* | pulchro *LF*

nihil aliud a seruis uidetur esse responsum nisi de aliis
amatoribus. ne tamen seruorum respondentium calliditas
Pamphilum celare uideretur, et ipse interrogauit, uti
prudens seruus interrogatus de Pamphili nomine facile
actus eius posset exponere, quamquam iam signum
fuerat castitatis, inter amatores non fuisse gnatum. —
89 **62** ITEM ALIO DIE QVAEREBAM et hic perseuerat similiter
senis diligentia, ne unius diei iudicium circa disciplinam
93 uerum esse non possit. — **66** NAM QVI CVM INGENIIS
CONFLICTATVR EIVSMODI confirmat per sententiam uitam
filii et integram disciplinam: negat esse melius eo ingenio,
quod, cum inter uitia uersatur, suam teneat firmitatem.
96 — **69** CVM ID MIHI TVM VNO ORE OMNES probat filii ui-
tam non iudicio tantum, ne uideatur hoc fecisse amore,
sed et testimonio ciuium ceterorum. quae quidem res ad
futuram quaestionem argumenta suggerit maxima: nam
similiter eius filius iudicio patris et testimonio ciuium
97 comprobatus est, qui nondum amare coeperit. — **70** LAV-
DARE FORTVNAS MEAS ubique fortunae attribuitur, quod boni
filii sunt, ut *et* Sallustius *(Catil. 25, 2)* ‘praeterea uiro,
99 liberis satis fortunata’. — **72** QVID VERBIS OPVS EST HAC
FAMA INPVLSVS CHREMES de moribus filii sui cum pronun-
tiatum ciuibus diceret, magnum testimonium et Chremes
ponit, quod ‘ultro uenit’, quod ‘unicam gnatam’, quod
102 ‘cum dote summa’ filio promisit uxorem. — **75** PLACVIT
DESPONDI sequens enim uidebatur, ut, cum et ipse probatum
filium sciret, optimam condicionem matrimonii non repu-
diaret. ergo cum dicit ‘placuit’, Chremeti condicionem
103 optimam declarabat. — **76** *AVDIES FERE IN DIEBVS PAV-
CIS QVIBVS HAEC ACTA SVNT CHRYSIS VICINA HAEC MORITVR*

1 uideretur *LG* ‖ 2 call- resp- cel- uid- Pamph- *α* ‖ 3 interrogauit *G*, -bit *L*, -bat *rell.* ‖ 5 possit *LF* ‖ 6 non . . . gnatum (nat- *codd.*)] modo . . . cenatum *Klotz duce Lindenbr.* ‖ 7 senex simili diligentia *α* ‖ 12 uersetur *α* (*recte?*) ‖ 13 omnis *L* ‖ 17 eius] is*?* ‖ 18 qui] quod *α* ‖ 20 sunt filii *α* ‖ 21 fortunato *α* ‖ 23 chremis (-metis *S*) *α* ‖ 26 consequens *α G* (*recte?*) ‖ 28 Chremetis*?* ‖ 29 declarauit *α* | AVDIES — 15, 2 INTERIM *om. F*

106
108 ⟨*****⟩. — **79** BEASTI beatum fecisti. — **81** *CVRABAT VNA FVNVS TRISTIS INTERIM* NONNVMQVAM CONL*ACRIMABAT* has lacrimas fundebat Pamphilus propter eam familiaritatem, quam habebat ex coniunctione *eius* mulieris, quae Chrysidi carissima fuerat. sed quoniam Chrysis mortua, salua autem illa quam diligebat, ideo nonnumquam conlacrimabat, id est cum aliorum lacrimis suas quoque
111 miscebat. — **84** HVIVS M*ORTEM* T*AM* F*ERT* F*AMILIARITER* hoc
113 est: sic dolet ut familiares. — **86** HAEC EGO P*VTABAM* E*SSE* O*MNIA* H*VMANI* INGENII cum nondum argumentum aliquod officium malae ostenderit disciplinae, tamen dolor iam ⟨in⟩ futura prorumpit, cum esset admonitus falsa
115 fuisse quae ante credebat pietatis indicia. — **88** EGO*MET* Q*VOQVE* E*IVS* C*AVSA* ut, quoniam filium perspexeram praebere *et* ei lacrimas, quam non diligebat, ego *quoque*
116 officium obsequiumque praestarem. — **89** IN FVNVS PRODEO hoc est in obsequium funeris. — NIHIL SVSPICANS ETIAM MALI hic auditorem mali interpositione suspendit,
118 qui mitiori narratione tenebatur. — **91** ASPICIO A*DVLESCENTVLAM* F*ORMA* et hic similiter duo tetigit, *et* aetatem, quod adulescentulam dixit, et uultum, quod formam
119 posuit. — **92** ET VVLTV SOSIA quasi tertium uidetur adiecisse uultum: namque forma naturalis facies ⟨est⟩, uultus uero animi motu facies ad tempus aptata. denique prae-
122 terea **95** *ET* QVIA ERAT FORMA *PRAETER CETERAS HONESTA*
125 *AC LIBERALI*. — **98** *PERCVSSIT ILICO ANIMVM* cum formam uidissem, cum lacrimas perspexissem, cum Chrysidis sororem *hanc* cognoscerem, sum nescio quid, inquit, continuo suspicatus. — HOC ILLVD EST H*INC* I*LLAE* L*ACRIMAE* hinc illa argumenta coniecturae, quae supra diximus: uerisimile

1 *lac. sign. W.* | ⟨id est⟩ beatum *α* ‖ 5 chrisi *2. α* | mortua ⟨fuerat⟩ *F* ‖ 8 HVIVS — familiares *om. F* ‖ 9 familiaris *G* | PVTABAM] optabam *L*, o. *α* ‖ 11 ostenderit *W. ex Don.*: -rat (-retur *G*) *codd.* ‖ 12 in *add. W. ex Don.* | prorupit *α* ‖ 17 id est *α* ‖ 23 est *add. W.*; dicitur *post* aptata *α* ‖ 24 uerus *β* | motu *W.*: -us *codd.* ‖ 28 suspicatus continuo *α* ‖ 29 HOC] hinc *α F* ‖ 30 ⟨sunt⟩ illa *α* | coniecturalia *α*

esse filium amare meretricem, quod tam familiariter ad Chrysidem se applicauerit, quod eius tam familiariter fleuisset interitum. *hoc est enim quod dixit 'hinc illae lacrimae'*. sed quoniam adhuc parua suspicio est, adiecit
129 argumenta **102** INTEREA HAEC SOROR *QVAM DIXI* AD *FLAMMAM* ACCESSIT *INPRVDENTIVS SATIS* C*VM* P*ERICVLO*. nullum maius argumentum potest reperiri, quam quod subiungit, Pamphilum necessitate compulsum amoris sui flammam non potuisse celare. quoniam autem in coniectura haec argumenta sunt semper: a uoluntate, ⟨a facultate⟩, a summo ad imum — his enim tribus partibus nititur accusator —, hic autem uoluntatis est quaestio, ergo probationes a summo ad imum suscipiuntur, quae continent dicta et facta et quod a doctioribus adiungitur pathos. namque pathos est supra, quod fleuit; facta sunt ista quae
133 subiunguntur, quod **106** ACCVRRIT, quod MEDIAM MVLIEREM
134 COMPLECTITVR; deinde dicta sunt, quod dixit **107** MEA GLYCERIVM *INQVIT* CVR TE IS PERDITVM. ita omnia orator coniecturalia argumenta complexus est. quamquam accedit et
136 illa pars, quod et ipsa Glycerium **109** REIECIT SE IN EVM FLENS QVAM FAMILIARITER: saepe etenim non solum nostris, sed et nostrorum factis possumus accusari, ut cum de Verris animo quaereretur, an Ciceronem nollet accusatorem, quod Hortensius tantum laborabat, ut Ciceroni non daretur, accusat quoque, ut palam sit Verris hanc esse uoluntatem, ne Cicero accusator existeret (*cf. div. in Caec. 23 sqq.*). uerum haec de argumentis. omnis autem coniectura proprium hoc habet, nam argumenta cum ceteris statibus uidentur esse communia; haec et praeter argumenta habet a testibus probationem. haec etiam hic sunt, quippe cum dicat

2 applicauerit *G*, -rat *rell.* ‖ 9 quoniam autem in coniectura *W.*: quoniam mater (*om. F*) in (-ia *α*) coniectura (-rae *α*) *codd.* ‖ 10 a facultate *add. Gerstenb. ex Don.* ‖ 12 probationis *L F V*¹ ‖ 13 suscipientur *L* (*recte?*) ‖ 14 doctoribus *L G B* ‖ 18 orator omnia *α* ‖ 24 tantum *om. G* | laborat *G* ‖ 25 accusat^or (*corr. m. 2*) *G* | ut ⟨hoc⟩ *G*, ut ⟨hoc quoque⟩ *F*, *om. L* ‖ 28 nam] quod *α* ‖ 30 haec — sunt] ut hic *α*

144 **117** VENIT AD ME CHREMES POSTRIDIE CLAMITANS I*NDIGNVM*
FACINVS COMPERISSE utique 'comperisse': etiam ab aliis
ista res dicta *est, ut ipse hoc compererit*, ut testium quasi
137 quaedam sit multitudo. — **110** REDEO INDE IRATVS A*TQVE*
AE*GRE* F*ERENS* bene indignationem totam argumentis exci-
tatam sibi esse commemorat. uerum tamen dicit se equi-
dem credidisse, sed filium accusare non potuisse, propter
quod deriuatio causae esse potuit. namque duae partes
sunt, quae reum solitae sunt defendere: deriuatio causae,
quae Graece μετάθεσις αἰτίας dicitur, quam rem
139 tractat senex,* cum dicit ex persona filii **112** QVID FECI
Q*VID* C*OMMERVI* A*VT* P*ECCAVI* P*ATER* Q*VAE* S*ESE* IN I*GNEM* PRO-
ICERE V*OLVIT* PRO*HIBVI* S*ERVAVI* H*ONESTA* *ORATIO* EST. —
142 **115** NAM SI I*LLVM* O*BIVRGES* VITAE Q*VI* A*VXILIVM* T*VLIT*
purgationem filii sui et ipse confirmat per sententiam, ut
iuste uideatur nunc irasci, qui aliquando alias admiserit
144 causas.* — **117** VENIT CHREMES *POSTRIDIE* *inquit*: quo hoc
facilius probatum omnibus doceat, continuo et Chremes
uenit. adiecit et CLAMITANS, ut indignatione ostenderetur
145 uerum esse compertum. — **118** INDIGNVM FACINVS *COM-*
PERISSE pulchre ex persona soceri 'indignum facinus' dic-
tum est, ut et ipse doleat Pamphilum esse corruptum,
quippe cum ipse uenerit prior, ut filiam polliceretur. —
146 **119** PRO VXORE H*ABERE* H*ANC* P*EREGRINAM* magna iustitia
soceri, siquidem non Pamphilum dolet amare alteram, sed
dolet pro uxore habere peregrinam. considera *enim* per-
sonam soceri: merito uxorem dolet alteram. — EGO ILLVD
SEDVLO N*EGARE* *FACTVM* ne leuiter credidisse uideatur, et ne-
147 gasse dixit. — **120** ILLE INSTAT *FACTVM* ita comprobata
res est perseuerante soceri testimonio. — DENIQVE ITA

α*[17] et est locus argumenti, qui dicitur a contrariis.

1 ⟨se (s · α)⟩ indignum α *FG* ‖ 8 diriuatio causae β, duae causae deriuatio α ‖ 9 diriuatio β ‖ 10 ΜΕΤΑΘΕCIC (-TESIS *F*) ΑΕΤΙΑC (ΑΕΠΑC *F*) β, metathesis aepas α ‖ 11 tractat[9] *L*, -atis *G*, -aturus est *F* ‖ 16 iuste *Schopen*: iste *codd.* ‖ 17 quo *W.*: quod *codd.* ‖ 18 facilius *post* doceat α | ⟨quod⟩ continuo β ‖ 20 compertum] quod compererat (conceperat *S*) α | comperisse ⟨se⟩ *L* ‖ 26 considerat (-rans *G*) β ‖ 28 negasse ⟨se⟩ α *G*

TVM DISCEDO AB ILLO *VT QVI SE FILIAM NEGET DATVRVM*
iam apud socerum probatam rem dixit, quod filius amet, si-
quidem ipse qui promiserat hoc cognito socer filiam ne-
149 gauit. — **122** NON TV IBI GNATVM deest *uel intelligi licet*
'arguere aut accusare debuisti'.* hoc quidem magna pro-
curatione perfectum est, ut iam seruus credidisse uideatur,
quod amat filius. at uero senex, ut iustitiam suae ira-
cundiae doceat et hanc causam non idoneam doceat,
qua filius accusandus esse uideatur, subiungit rationem
151 **124** TVTE IPSE H*IS* R*EBVS* F*INEM* P*RAESCRIPSISTI* PATER:
potest enim filius dicere 'uxorem nunc sum ducturus;
tempus ueniet, cum aliena lege et alienis moribus uiuam:
interim sine, d*um* t*empus* est, me meo more uiuere'.
unde seruus *et* ab hac re deiectus obiurgandi interrogat
154 causas **127** QVIS IGITVR RELICTVS EST *OBIVRGANDI* L*OCVS*.
et bene 'obiurgandi' dixit, nam de crimine *iam* constat,
quod amat filius, sed obiurgandi quaeritur locus. —
155 **128** SI PROPTER AMOREM V*XOREM* NON VVLT D*VCERE* hoc
est illud, quod secundum proposuerat Simo *(v. 22)*
'et consilium meum cognosces': credit enim ad iracundiam
hanc esse causam, non quod amet filius — nam id aeta-
tis est et temporis —, sed, unde incipit causa peccati,
157 si propter amorem non uult ducere uxorem. — **130** ET
NVNC ID OPERAM DO V*T* P*ER* F*ALSAS* N*VPTIAS* hoc est 'con-
silium', ut falsae nuptiae fingantur, quo et animus uictus
adulescentis circa amorem possit agnosci simulque et Da-
ui serui, qui fauet plurimum Pamphilo, consilia falsa
162 nuptiarum uanitate frustrentur. — **135** MAGIS ID ADEO
M*IHI* VT I*NCOMMODET* Q*VAM* VT *OBSEQVATVR* G*NATO* ut mihi
164 magis, inquit, noceat quam filio prosit. — **137** MALA

α* [5] et est eclipsis, quae solet fieri aut nimia laetitia aut nimia tristitia.

1 TVM] dum *L G* ‖ 8 doceat *2.*] -et α ‖ 9 quia β | subiungit *G*, sed iungit *rell.* ‖ 13 interim *Lindenbr.*: interdum *codd.* | me (m·*VS*, *om.* β) meo (m · *VS*) more uiuere (uiuere more *F G*, uiuere modo *B*, u · m · *VS*) *codd.* ‖ 18 NON VVLT] nolit α *F* ‖ 23 nolit α | uxorem ducere α ‖ 29 MIHI VT] u · m · α

MENS MALVS ANIMVS quia occultum uidebatur *aliquem ideo* aliquid facere *ita*, ut alteri noceat, non ut prosit alteri, idcirco hanc adiunxit causam, quod mala mens, m*alus*
165 a*nimus* ista semper fecerit. — **138** SINE EVENIAT QVOD VOLO hic sensus est: quod uolo, eueniat, quod illud est
166 **139** IN PAMPHILO VT NIHIL SIT MORAE. hoc iam restat,
168 ut Chremes exorandus sit. — **141** NVNC TVVM EST *OFFICIVM* hoc est tertium, quod in propositione posuerat *(v. 23)* 'et quid facere in hac te re uelim': ut bene scilicet assimulet nuptias, Dauum terreat, filium obseruet, uel quid agat uel quid consilii habeat.

2.

172 **1** NON DVBIVM EST QVIN VXOREM NOLIT FILIVS remansit senex et hic secum loquens habet coniecturalem statum: nam quaestio est, an uxorem nolit filius. confirmat autem, quod nolit uxorem, et huius confirmationis argumentum
173 hoc est, quod dixit **2** ITA MODO DAVVM TIMERE SENSI: dixi enim supra (*I 1, 109*), quoniam non solum de factis nostris ad coniecturam argumenta colligi possunt, uerum et de
175 factis nostrorum. — **4** MIRABAR HOC SI SIC ABIRET haec scaena mandatum tenet, quamquam mandati causa praecedit, quod amare dicitur filius. manet illa coniectura, quae similiter habet cur amet argumenta et probationes suas. postea mandati actio est, ut quod obseruet Dauus, per mandata cognoscat. egreditur tamquam non aspiciens dominum, cuius oratio talis fingitur, ut quaedam temere dicta proferat, quod lenitatem domini latentem et suam

1 adcultum *β* | ⟨seruum⟩ uidebat *α* ‖ 4 sin *VS* | ueniet *LF* ‖ 5 quod illud est] illud scilicet *α* ‖ 6 VT *ante* IN *α* ‖ 7 ut *om. α* | sit] est *α*, ẽ siet *L* ‖ 9 te re *G*, re te *rell.; cf. ad v. 23* | assimules . . . terreas . . . obserues *α G* ‖ 11 habeat] captet *α* ‖ 15 et] sit et *F*, sic *LG* ‖ 16 quod *om. LG* | sensi timere dauum *α* ‖ 17 quoniam] quod *Lindenbr.* ‖ 18 argumenta ad coniecturam *α* ‖ 20 praecedat *FG* ‖ 22 cur amet *W.*: curam et *codd.* ‖ 24 tamquam] namque *α* ‖ 26 suam et *β*

demonstret calliditatem, quod miratus sit uerbum sibi a
domino non esse factum, hoc est secum non locutum,
neque dominum aegre tulisse, quod audisset non dari
179 uxorem. — **8** AT NVNC FACIET *quod supra dixit*, hoc est
185 tecum loquetur. — **14** MEVM GNATVM RVMOR EST AMARE
et haec omnis probatio est, an amet filius, sed coniectu-
ralis probatio a testibus. unum testimonii genus est rumor,
nunc autem rumorem Chremis ex relatione Simo tenet,
quippe cum supra (*I 1, 117—118*) dixerit 'Chremes
postridie uenit a*d* m*e* *clamitans* i*ndignum* f*acinus* *se com-*
perisse'. — ID POPVLVS CVRAT SCILICET haec defensio
est contra rumorem, uerisimile non esse omnem populum
186 de nescio cuius adulescentis amore cogitare. — **15** HOC-
CINE AGIS AN NON obscurus sensus, et tamen talis est:
curae tibi est, quod populus loquatur? denique hoc in-
telligit seruus et respondit domino sibi curae esse, cum
diceret EGO *VERO* ISTVC. — SED NVNC EA ME EX*QVIRERE*
I*NIQVI* PATRIS EST hanc defensionem, quam supra collo-
carat, et nunc memorat, quod amare adulescentem criminis
187 non sit, maxime ante nuptias. ideo adiecit **16** NAM QVOD
ANTE HAEC FECIT *NIHIL AD ME ADTINET DVM TEMPVS AD EAM*
REM TVLIT SIVI ANIMVM VT EXPLERET. deinde incipit man-
192 data, *sed* obliqua oratione, proponere **21** TVM SI QVIS MA-
GISTRVM *CEPIT AD EAM REM IMPROBVM IPSVM ANIMVM AEGROTVM*
AD DETERIOREM PARTEM PLERVMQVE APPLICAT. 'magistrum' dicit
monitorem, quod agit Dauus contra Pamphilum. hanc rem
quia oblique dixerat, Dauus non intellexerat;* itaque plane

α*[27] siquidem senex et uultu et uerbis agebat, ut Dauum deciperet. unde ipse seruus supra (*v. 9*) 'id uoluit nos' id est impedi⟨ui⟩t me et Pamphilum 'non sic opinantes duci' id est seduci 'falso gaudio' domini nostri Simonis 'sperantis' id est qui sperabat opprimi posse nos 'os-

1 demonstrat *L* ‖ 8 ex relatione chremis α ‖ 10 se comperisse] c · s · α ‖ 14 et] sed*?* ‖ 15 est *om.* α ‖ 19 adulescentem amare α ‖ 21 fecit ⟨et cetera (cet- *om. VS*)⟩ α ‖ 23 proponere *post* 22 mandata α ‖ 25 magistrum — Pamphilum] id est monitorem, sicut Pamphilus Dauum; nam leno ipsius erat α ‖ 26 ait *LG* ‖ 27 intellexit α

196 scire cupit. deinde cum minis mandat **25** SI SENSERO
199 HODIE *QVICQVAM IN ISTIS NVPTIIS* . . . **28** VERBERIBVS TE
CAESVM DAVE IN PISTRINVM DEDAM et omnis admonitio
quae sequitur.

α citantes' quasi negligentes uel pigros 'amoto metu' a nobis. et cur hoc? 'ne esset spatium c. a. d. n.' (*cf. Bruns ad I 2, 9*).

3.

206 **1** *ENIMVERO DAVE haec scaena* deliberatiuae uim tenet,
nam territus a domino seniore Dauus deliberat, cui obtem-
peret, an adulescentis animo, an imperio senis satisfaciat.
habet igitur deliberatiuae exordium, in quo exhortatio est
'enimuero Daue nihil loci est segnitiae'. 'segnitiae' *po-
situm est*, ut ea quae inuenta sunt non praetereantur,
'socordiae' *uero*, ut ea quae sunt necessaria corde inue-
niantur. quae ipsa exhortatio *a* periculis incitatur, illis sci-
208 licet **3** QVAE SI NON ASTV PROVIDENTVR ME AVT ERVM PES-
209 SVMDABVNT. 'erum' autem dicit Pamphilum. — **4** NEC
QVID AGAM CERTVM EST hinc incipit deliberatiua, cuius
partes sunt duae PAMPHILVMNE ADIVTEM AN AVSCVLTEM
210 SENI. deinde partium tractatus **5** SI ILLVM RELINQVO EIVS
VITAE TIMEO. 'eius uitae' hoc dixit, ne periclitetur: scit
enim amorem Pamphili. ex alia parte SIN OPITVLOR HVIVS
211 MINAS senis uidelicet. et adiecit necessitatem **6** CVI VERBA
DARE DIFFICILE EST. hic tractata *est* qualitas utriusque
partis, sed incidit coniectura, an falli senex possit. hinc
argumenta colliguntur, quod non potest *esse eo*, quia 'com-
perit iam de amore', quod 'infensus me seruat, ne falla-
ciam ad nuptias faciam'. deinde ad⟨dit⟩ qualitatem, quo-

1 cupit *Schopen*: coepit *codd.* | deinde — mandat *post* NVPTIIS *codd., transp. W.* ‖ 2 ISTIS] his te *Ter.* ‖ 3 et] post *α* ‖ 6 terretur . . . ⟨et⟩ deliberat *α* ‖ 9 nihil ⟨hic⟩ *L* | segnitiae *1. om. α G* ‖ 11 necessaria sunt *α* ‖ 14 erum — Pamphilum] id est Pamphilum *post* 13 ERVM *α* ‖ 15 hic *α* ‖ 18 eius — dixit] id est *α* ‖ 21 utriusque *F*, uirtusque *rell.* ‖ 25 addit *W.* | quoniam] quod *F*, quam *G*

niam, etsi nihil ipse fecerit fraudis ac doli, dominus circa seruum magnam habeat potestatem, ut et nulla causa inferat poenas. apposuit et maiorem difficultatem, quo doceat senem falli *iam* non posse, quod grauida est de Pamphilo ista mulier, quod ita se inuicem diligunt, ut partus tollatur, quod etiam ista fabula fingitur, ut ciuis esse doceatur, quibus rebus iam amica ista ad nomen accedit uxoris. quod si ita est, falli non potest senex. atque in hac deliberatiua utriusque partis unum tantummodo uidetur inuenisse Dauus, ut Pamphilo cuncta narraret: hoc solum enim sine periculo suo faciet, ut conueniat Pamphilum, ne '*de hac re* pater inprudentem opprimat', *si indicauerit filio patris uoluntatem.*

4.

228 **1** AVDIVI ARCHYLIS IAMDVDVM haec scaena mandatum
tenet: mittitur namque ancilla *Mysis*, ut obstetricem accersat, paraturque habitus, ut Pamphilus terrentis patris orationem, qua adigere eum conatur ad nuptias, possit
229 audire. — **2** TEMVLENTA ebriosa: temetum enim antiqui uinum dicebant. 'temulenta et temeraria' duo posuit, unum ad uitium accedens, aliud ad naturam: nam temerarium ⟨esse⟩ naturae malum est, cui accedit, ut uino saepius obruatur.*

231 α*[22] **4** ANICVLAE hoc ex his nominibus est, cuius primitiui genus cognoscitur ex diminutiuo. 'compotrix' uero dictum est feminino genere sine exemplo alterius nominis
232 nisi uerbalis. — **5** DI DATE FACVLTATEM apostropha, id est conuersio, est ad deum, quae fit, cum uires nostras excedit negotium, unde Horatius (*a. p. 191—92*) 'nec deus intersit, nisi dignus uindice nodus inciderit.'

1 ⟨tamen⟩ dominus α ‖ 3 ⟨necessitatem uel⟩ difficultatem α ‖ 8 atqui in hac α, atqui haec β ‖ 11 sui α (*recte? cf. I 5, 1*) | faciet *W.*: -cit *codd.* | ut — opprimat *post* uoluntatem (uolupt- *L G*) β | ut — Pamphilum] et illum iuuat α ‖ 12 inprudentem pater α ‖ 13 patris filio *codd., corr. W.* ‖ 16 paratusque β ‖ 18 ⟨id est⟩ ebriosa α ‖ 21 esse *add. W.* ‖ 22 saepius] semper α

5.

236 **1** HOCCINE EST HVMANVM FACTVM *AVT INCEPTVM* haec
scaena deliberatiuam habet, quae talis est: adulescens
amans, qui a⟨matae⟩ promisit se eam ducturum uxorem,
a patre cogitur, ut alteram ducat *uxorem*: deliberat
quid faciat. hic omnis deliberatiuae partes sunt et ab
ipso qui deliberat percurruntur. uerum quoniam optima
deliberatio est, cui alius persuasor accedit, idcirco Mysis
ancilla praesens inuenitur, ut eius aspectu facile in unam
partem memoria dominae eius et sui amoris possit in-
cumbere, quippe cum hic ex una parte pater sit, cuius
imperium filius debet implere, ex alia parte amor, qui
amor uinculo animum adulescentis adstringit. saepissime
autem exordium ab indignatione fit, ⟨ut hic⟩ 'hoccine est
humanum factum aut inceptum', quam indignationem ita
diuisit, ut accusaret primo homines, deinde patrem. postea
238 iungit propositionem *ipsam* iniuriae **3** VXOREM DECRE-
VERVNT SE MIHI DARE HODIE. in hoc adulescens collocat in-
iuriam, quod pater sibi nuptias repente mandauerit: non
quo nubere *huic* iniuria sit, quamquam esse uideatur,
uerum intelligit, si ante mandasset pater, consilium se
facile aduersum imperium patris inuenire potuisse. ideo
239 adiecit **4** NONNE OPORTVIT PRAESCISSE ME. tangitur et illud,
an *omnibus* imperiis obsequi filii debeant: constat enim
circa nuptias esse filiis liberam uoluntatem. ideo ait ser-
241 uata ratione pietatis COMMVNICATVM OPORTVIT. — **6** *QVID
CHREMES dolo se seruus conuertit ad socerum, quoniam con-
stabat cum filiam iam negasse.* nunc autem cum animad-
uertit patrem cogere, ut filius ducat uxorem, credit et

3 qui amatae *Goetz-Schoell*: quia *codd.* ‖ 5 omnes *G* | et] sed *β* ‖ 12 adulescentis animum *α* ‖ 13 fit ut hic *W.*: fit (*ante* exordium) *F*, incipit *α*, *om. LG* ‖ 15 post adiungit? ‖ 18 quod] ut *β* ‖ 22 tangit *α* | ⟨patrum⟩ imperiis *α* ‖ 23 filii *om. VS* ‖ 24 adeo *LF* | ait *post* pietatis *α* ‖ 25 ⟨nonne⟩ communicatum *α* ‖ 26 dolose *codd.* ‖ 27 nunc autem] sed *α* ‖ 28 filius]ipse *α*

243 Chremem mutasse sententiam.* — **8** OBSTINATE perseueranter, pertinaciter. — VT ME A GLYCERIO MISERVM nominata ea, quam diligebat, continuo in calamitatem praesentem dolore gemituque prosiluit, ut Virgilius (*Aen. III 311—312*) '«aut, si lux alma recessit, Hector ubi est?» dixit lacrimasque effudit'. ita nominata iam Glycerio quasi propositio rursus alterius partis effecta est, cumque duos senes, patrem et socerum, supra ad imperium potestatemque posuisset, hic aduersus tantam duorum *hominum* propositionem unum amicae nomen posuit. deinde rursus ⟨*a*⟩ *partibus* reuertitur ad querelas: intellexit enim se amori
245 non posse obsistere. ideo subiungit **10** ADEON HOMINEM ESSE INVENVSTVM *AVT INFELICEM*, ut sit iterum exclamatio, quod Chremetis affinitatem non potest euitare. hic iam coniecturalis tractatus interponitur, cur Chremes veluti repudiatus saepe non discedat et cur rursus promittat
248 uxorem **13** *QVOT MODIS* CONTEMPTVS SPRETVS: melius de Pamphilo intelligimus 'contemptus' et 'spretus'. denique con-
250 tinuo coniecturae rationem ⟨addit⟩ **15** ALIQVID MONSTRI ALVNT hoc est: *fortasse* aliquid monstri nutriunt.* — OB-
252 TRVDI inpingi, opponi. — **17** NAM QVID EGO DICAM DE PATRE rursus est officium de senibus mutuatus: nam cum primum de patre, mox de socero dixisset, interposito Gly-

242 α * [1] quod uero ait 7 IMMVTATVM VIDET, id est mutatum: nam motus species sunt commutatio et immutatio, et est illud circa quantitatem, istud circa qualitatem, ut si quis ex magno paruus fit (*Lindenbr.*: sit *codd.*), commutatus, si quis ex nigro albus, immutatus dicitur.
*[20] quae res rapit auditorem ad diuersa, unde causam exaggerat.

1 perseuerate β ‖ 6 fudit β, refudit α ‖ 7 propositio rursus *ante* nominata β ‖ 10 posuit *G*, proposuit *rell.* ‖ 11 a *add. W.*; a deliberatiuae *add. Goetz* ‖ 13 sit *post* iterum *VS*, *post* exclamatio *F*, est (*om.* ut) *B*, *om.* *L G* ‖ 14 chremis α | euitare non potest α ‖ 15 cur] cum α *L* ‖ 16 cur] cum *codd.* ‖ 17 ⟨et⟩ spretus α ‖ 18 intelligimus] accipimus α ‖ 19 addit *add. W.* ‖ 20 id est α ‖ monstri] inauditi α | ⟨quoniam nemini⟩ obtrudi ⟨id est⟩ α

cerii nomine redit ad Chremetem, nunc de patre suggerit.
queritur autem de socero per coniecturam, quod filiam
suam saepe polliceri cupiat repudiatam, de patre autem,
quod segniter et negligenter de filii nuptiis cogitare uideatur.
ita quod de patre supra (*v. 3*) generaliter dixerat 'nonne
oportuit praescisse me ante?' nunc per speciem proponit
253 **18** PRAETERIENS MODO MIHI APVD FORVM VXOR TIBI DV-
CENDA EST PAMPHILE. 'modo' autem tempus respirandi
non habet: tunc patris *imperio et* praesentia territus re-
258 spondere non potuit.* — **23** QVID ⟨FACEREM SI QVIS NVNC
ME ROGET quid⟩ ergo nunc facerem, si *ali*quis me *inter*-
259 roget? huic responsio datur **24** ALIQVID FACEREM VT HOC
NE FACEREM. — SED QVID NVNC PRIMVM EXSEQVAR hic est
propositio *ipsius* deliberatiuae per duas scilicet partes: an
imperio obtemperet patris, an amori *potius* seruiat. —
260 **25** TOT ME IMPEDIVNT CVRAE *QVAE MEVM ANIMVM DIVERSAE*
TRAHVNT ab amoris parte haec sunt argumenta: primum
261 necessitas **26** AMOR *inquit*, deinde humanitas MISERICORDIA;
a parte patris, *an imperio patris obtemperet* NVPTIARVM
inquit SOLLICITATIO TVM *PATRIS* PVDOR, hoc est quod
erubesco ex patre. et adiecit non leues causas: primum
quod pater est, deinde quod bonus pater, ⟨*cui*⟩ *obtempe-*
262 *rare utique debeat. bonum autem sic confirmat* **27** QVI
ME TAM LENI PASSVS EST ANIMO *VSQVE ADHVC QVAE MEO*
*CVMQVE ANIMO LIBITVM EST FACERE.** hac parte inclinatam

255 α*[10] unde uisum fuisse sibi dixit **20** SVSPENDE TE quod ad suspensionem pertinet. uel sollicitus esto remotus ab alia cura.

*[25] et nota, quod gerundiua uel impersonalia singulari uel plurali numero iunguntur et omni generi seruiunt, ut l i b i t u m e s t m i h i e t u o b i s h o c e t i l l a e r e s.

1 redit *post* Chrem- α ‖ 6 rescisse *L* α ‖ 8 modo — habet] nec habuit respirandi tempus *post* potuit α ‖ 9 perterritus α ‖ 10 FACEREM — quid *add. W. duce Westerh.* ‖ 12 ut ne hoc *G*, ne id α ‖ 14 partes scilicet α ‖ 16 ANIMVM — TRAHVNT *om. L* ‖ 17 prima α ‖ 18 deinde] post α ‖ 20 id est α ‖ 21 ex patre] patrem α ‖ 22 cui *add. W.* ‖ 23 Qui me ⟨inquit⟩ α

sentententiam declarauit, unde rursus oratio concluditur ob
263 querelas **28** ⟨EINE EGO VT ADVERSER EI MIHI⟩ huic ego
aduerser miser? sed nunc iam electio consilii est, ut hoc
facere uelle uideatur. *uerum* obsistente amore rursus ad
264 incertam sententiam deuolutus est: **29** INCERTVM EST inquit
QVID AGAM. optimo loco Mysis se interponit, ut in parte
aliqua adulescens uel *in* praesentia Mysidis uel *ad* commemo-
rationem Glycerii possit inuerti. denique intercedit et uti-
liter tristis cum interrogaretur, exponit Glycerium aegram
esse duabus de causis, ex dolore et sollicitudine. hic dolor
268 ad partum ponitur: hoc enim dixit **33** LABORAT EX DOLORE:
maxima enim adulescenti efficitur concitatio, si se propter
amorem intelligat patrem. deinde adiecit sollicitudinem,
cuius causam ponit, quod olim constitutae sint nuptiae
et uereatur, ne illam deserat Pamphilus. his rebus per-
fecta persuasio est, uti amori adulescens *potius* debeat
obtemperare. denique concitatus iam unam eligit partem
270 et proponit **35** EGONE ISTVC CONARI QVEAM. hic narrat
rationes, quibus non sit uerisimile, quod amicam sit deser-
turus: primum ne illa misera decipiatur, quae omnem
uitam ei credidit, quam ipse dilexerit et pro uxore semper
habuerit. hoc ab utili est. sequitur ab honesto, quoniam
pudice eius doctum et eductum ingenium non debet ne-
cessitate mutari. huic *rei* quaestio opponitur, an hoc
facere possit adulescens, cum in patris sit positus pote-
276 state: **41** HAVT VEREAR *inquit* SI IN TE SOLO SIT SITVM.
aduersus istam propositionem argumentum rursus suppo-
nitur, an fieri possit, quod coniecturale est, quod tali
animo Pamphilus sit, ut neque inhumanus neque ferus
sit neque non amet neque sine pudore sit. quibus rebus

2 EINE — MIHI *add. W.* ‖ 3 nunc] non *β* ‖ 4 rursus obsistente amore *α* ‖ 7 commemoratione *α* ‖ 13 patrem] parere *α*; pati *Lindenbr.* ‖ 14 sint *W.*: sunt *codd.* ‖ 15 uereatur — Pamphilus] timet ne se deseras *α* ‖ 18 hic] sic *α* | narrationes narrat *L G* ‖ 19 quibus] ut *α* ‖ 20 omnem — habuerit] m · s · a · a · o · u · c · q · e · a · e · c · pro u · ha · *α* ‖ 23 eius *post* eductum *α* ‖ 26 uerear *L*, -or *rell.* ‖ 28 quod — est] per coniecturam *α* ‖ 30 neque non

†persona omnia argumenta sunt, ut facile possit nosci adu-
lescentem et contra imperium patris in amore fidem posse
seruare. suggerit illa, quo magis adulescentem incendat,
meritam esse Glycerium, ut eius Pamphilus memoriam
281 *retineret* **46** VNVM HOC SCIO MERITAM ESSE VT *MEMOR*
ESSES SVI. adiecit rursus adulescens suae memoriae, siqui-
dem dicit in animo se haec Chrysidis morientis et com-
mendantis Glycerium scripta verba ⟨sem⟩per tenere. in
qua re allocutionis sunt praecepta et potestates, hoc est
quibus uerbis potuit, ut Chrysis moriens ei commendaret
Glycerium. sed quoniam hoc profecit ad affectum, ut
exinde profiteatur adulescens se Glycerium non deserturum,
singula excutienda sunt. nam primum quo tempore lo-
cuta sit, non sine affectu est: 'moriens' enim inquit, quae
res habet maximam pietatem, cum postrema uox est; quod
'soli' fuimus et quod 'semotis omnibus': plus *enim* fidei
meae dedit, quando testem adhibere neglexit. deinde se-
quitur ista oratio, quae magnum affectum tenet, primo
286 quod familiariter allocuta est dicendo 'mi': nam **51** MI
PAMPHILE inquit. deinde ipsa commendatio, quae duas ad
misericordiam continet causas FORMAM ATQVE AETATEM,
quam rem et Simo laudauerat dicendo supra *(I 1, 91)* 'ibi
aspicio adulescentulam forma': ex his enim rebus omnis
288 causa pietatis est et spes ad amorem. — **53** AD PVDICI-

— sit] nec ingratus ut non commoueat amor pudor consuetudo seruare fidem *α* ‖ 1 personam *L*, ad (*sscr.*) personam *F*, a persona *α*, consona *G*; per se nota *Lindenbr.*, percontata *Schoell*, proposita *Goetz* ‖ 2 fidem *post* seruare *α* ‖ 4 retineret *W.*: contin- *codd.*; *cf. II 1, 6 et fin.comm. Andr.* ‖ 5 scio ⟨hanc⟩ *FG* ‖ 6 siquidem — tenere] 'memor essem' indignando et reddit rationem, cur eius memor esse debeat, nam indignatio innuit aliter non posse fieri, siquidem 'scripta sunt in animo Chrysidis dicta de Glycerio' *α* (*non intellexit quid significaret* adiecit suae memoriae!) ‖ 7 commendantis *W.* (*cf. infra*): commemor- *codd.* ‖ 8 semper *W.* ‖ 10 potuit — 13 sunt] Chrysidis affectus cresceret adulescentis *α* | ei] cum *L F* ‖ 12 profiteatur *Lindenbr.*: propheta (-a[t] *L F*), promitteret *G* ‖ 16 meae fidei *α* ‖ 19 locuta est familiariter *α* | nam — inquit *ante* 18 primo *codd., transp. W.* ‖ 24 est *post* amorem *α*

TIAM ET AD REM TVTANDAM 'ad pudicitiam' forma, 'ad
rem tutandam' aetas. sed melius utrumque ad pudicitiam,
nam neque forma neque aetas pudicitiam poterit custo-
289 dire, ad rem tutandam sola aetas ⟨sufficit⟩. — **54** QVOD
EGO TE omnis allocutio has diuisiones habet, quid uelit
et quid metuat. ita quid metuat supra positum est, de
aetate, de forma; nunc quid uelit: 'quod ego' *inquit* '*nunc*
te per h*anc* d*extram* oro'. *ipsum quid uelit iungit* cum
precibus: impetrabilius enim fit, si, quod uolumus, in allo-
cutione cum precibus collocemus, ut (*Verg. Aen. IV 314;
317)* 'per has te lacrimas ego dextramque tuam te . . .
si bene quid de te merui': non potuit enim per partes
impetrabile facere quod rogabat. hic autem uide, quod in
iureiurando collocat primo dexteram, qua tenebat, quae
semper fidei testis est. nam inde etiam Tullius *(pro
Deiot. 3, 8)* 'per dexteram tuam *te* oro, non tam in proe-
liis et in bellis, quam in pace et fide firmiorem'. et 'in-
genium' simul adiecit et 'fidem tuam' et, ut pietatem
captaret, 'solitudinem' mulieris. adiecit et ipsum postremo
291 desiderium **56** NE ABS TE *EAM* SEGREGES NEV DESERAS.
sunt autem duo: 'ne abs te segreges' ne non eam ducas
uxorem, 'neu deseras' neue non pugnantem defendas: scit
enim esse peregrinam secundum suspicionem suam. ad-
292 iungit meritum suum dicendo **57** SI TE IN GERMANI FRATRIS
DILEXI LOCO quomodo Virgilius *(Aen. IV, 317)* 'si bene
quid de te merui'. *meritum suum dicendo* iungit et me-
293 ritum puellae **58** SIVE HAEC TE SOLVM SEMPER FECIT
MAXIMI SEV TIBI MORIGERA FVIT IN REBVS OMNIBVS.* et in

α*[28] et 'tibi fuit morigera' id est tuis moribus inseruiens

4 sufficit *add. Lindenbr.*; *an* satis est? ‖ 6 metuat *2.*] -it α ‖ 7 de] et α ‖ 8 qui uelit *LG* ‖ 9 allocutionibus α ‖ 11 ego⟨met⟩ α ‖ 12 merui ⟨fuit aut tibi quicquam dulce meum⟩ α ‖ 13 autem] enim *VS* ‖ 14 qua *LG*, quam *rell.* ‖ 17 et] neque *Cic.* | pace] promissis *Cic.* | ⟨in⟩ fide α | et ingenium *post* adiecit α ‖ 22 neu *L*, neue *rell.* | pugnantem] periclitantem *Lindenbr.* ‖ 25 locum β | quomodo] ut α ‖ 26 merui ⟨fuit aut⟩ β | meritum — dicendo *fort. del., cf. supra l. 24* ‖ 28 omnibus rebus β

merito puellae maximam uim declarauit, quod 'solum
semper fecit maximi': cum acceperit a me beneficium,
quod seruata sit, quod uiuat, tamen te solum semper maxi-
mi fecit. potest tamen, quod solum amauerit in domo
meretricis. *allocutionem efficaciter* conclusit per mandatum
295 et monitum **60** TE ISTI VIRVM DO quod supra (*v. 56*)
dictum est 'ne abs te segreges' AMICVM TVTOREM PATREM
hoc supra dictum est 'neu deseras'. adiungit et ab utili
296 **61** BONA NOSTRA HAEC TIBI COMMITTO *ET TVAE FIDEI.* post
haec, quo maior uis ad memoriam possit accrescere, ut
mandatorum uerba in animo fixa remanerent, illud adiecit
297 **62** HANC MIHI IN MANVM DAT MORS CONTINVO IPSAM OCCV-
PAT. 'continuo' inquit, tamquam usque ad mandati creditam
sententiam uita suffecerit. concludit deliberationis suae
298 partem per electionem: **63** ACCEPI inquit. consentit continuo
et Mysis, cum dixisset 'perge ad obstetricem', moneturque,
ne aliquid dicat dominae de nuptiis. quod pulchre est
collocatum, nam nonnihil *ex hoc* fidem dat amoris, qui
et miseretur. et urbane, ne ei quam diligit ex aliquo
299 nuntio aegritudo cumuletur, *hoc posuit* **64** ATQVE AVDIN
VERBVM VNVM CAVE ´DE NVPTIIS* *NE AD MORBVM HOC ETIAM.*

α (*VS*; *B*: mores gerens moribus tuis seruiens et concordans uel portans; *cf. Schlee et Bruns ad h. l.*)

* [21] id est: uide ne uerbum dicas. et hoc cur? ne hoc etiam ad morbum sit.

2 maximi cum *W.*: maximum *β*, -mi *α* | accepit *α G* || 3 solum te *FG* | maximum (*post* fecit *α*) *codd.* || 4 tamen] etiam dici *α* || 5 conclusit *W.* (-dit *Lindenbr.*): -sio *L F α*, -di *G* || 7 est *om. L α* || 8 est *om. L α* || 9 et tuae committo fidei *β*, committo etc · *α* || 13 mandatum *β* || 14 conclusit *α* || 15 inquit ⟨acceptam seruabo⟩ *α* || 16 cum dixisset] et ipse curam illius habendo praecepit *α* || 18 nam] iam *β* | non *om. L F* | qui *W.*: cui *codd.* || 20 AVDIN] audito *L F* || 21 ETIAM] ēēt *L F*, etiam sit *G*

II.

1.

301 **1** QVID AIS BYRRIA *DATVRNE ILLA HODIE PAMPHILO* Charinus indignatur, quod sibi nuntiatum esset Philumenam quam diligebat Pamphilo *esse* nupturam. uehementi dolore succensus primum conqueritur, deinde deliberat, an Pamphilum conueniat, ut eam non ducat uxorem. deliberatiuae formam in hac scaena debemus animaduertere. ac primum an uerum sit quaeritur: ideo interrogat, quasi uerum audierit. est et familiare timentibus *et certa et contraria desiderantibus potius*, nolle audire quod inimicum sit uoluntati. interrogat autem primo rem 'quid ais, Byrria?', deinde, cum consensus est commodatus '*sic est*',
302 personam quaerit, a quo audierit **2** QVI SCIS. at uero nuntius compendium interrogationi faciens et personam et locum dicit, ubi audierit, *tam diu interrogationem hanc nolens iterum sustinere*: APVD FORVM inquit MODO E DAVO AVDIVI. qua re confirmata in conquestionem continuo prorupit adulescens, qui dixit VAE MISERO MIHI, quod nunc certum periculum sit, ante incertus fuisset euentus*, *ut spe atque timore animus suspensus teneret⟨ur⟩*. post Byrria adhibet consolationem, quod genus orationis in materia oratoria raro uersatur. hic autem posita est, ut uoluntas ab eo quod fieri non potest consolatione suscepta ad id

α*[18] et ex diuersis rebus fit argumentum a pari.

1 agis *codd. praeter F; sic et* 10 ‖ 4 primo *α F* | deinde liberat *LB′V* ‖ 6 animaduertere ⟨diligenter⟩ *F* ‖ 7 sit *om. β* | quaeritur (*ante corr.*) *V*, -rit *BS* (*ex corr. V*), -ratur *β* ‖ 8 est et] esset *L*, est autem *G* ‖ 11 commodatus est *α* ‖ 13 interrogatione *L* ‖ 14 interrogationi si (-cio nisi *F*) hanc nolit (nollit *F*) *LF* ‖ 15 E] & (*pro* ex) *L* ‖ 16 conquestionem *Schopen*: quo questionem *β*, questione (-nẽ *V*) *α* ‖ 17 quod] qui *B*, cui *VS* ‖ 18 fuisset incertus *α* | ut spe *W.*: a spe *LF*, aspice *G* ‖ 19 teneretur *W.* | birria *F*, -ae *rell.* ‖ 20 consolationem adhibet *α G*

quod fieri potest conuertatur*, *ne id desideret quod fieri non potest.* at uero adulescens cupidus amoris sui uoluntatem praeteritam retinet: **6** NIHIL inquit ALIVD VOLO NISI PHILVMENAM. sed seruus consolationem reddit, ut, si fieri possit, adulescens aestus contrarii amoris excludat et ipsum amorem loquendi dolore sustentet. huic respondet sententiae naturaliter, quod omnes, cum ualemus, aliis dare consilium possumus, at si in aegritudine ipsi simus, de eo, de quo consilium dedimus, necesse est aliter sentiamus. uiso Pamphilo deliberat Charinus, an adeat et roget, ut nuptias aliquot proferat dies*, ut periculo iam certo spes aliqua dilatione pariatur, ac deliberationem indicat seruo Byrriae, quid sibi uideatur. at ille dissuadet ab inhonesto et ab inutili, *spe cadere Pamphilum, si nihil impetraret, cum ille continuo sibi credat Charinum uxorem tollere: hoc namque significat* **15** QVID SI NIHIL IMPETRES, ut sit sensus 'quid mihi uidetur? ut ille arbitretur paratum sibi moechum, si *tu* nihil impetres'. alii distingunt *sic*, ut simul dicant, non separatim 'quid' *et* 'nisi', qui uere nullus est sensus.* *unde melius iungitur 'quid nisi'. deinde adit Pamphilum* et tamquam ab eo impetraturus, ut defendat, deliberatiuae utitur partibus. id

306 (margin: line "tatem praeteritam retinet")
315 (margin: line "uxorem tollere")

α* [1] quod uocatur dissuasio.
*[11] id est protrahat.
*[20] potest tamen dici 'quidni?' id est certe, et post 'si nihil' impetres, scilicet 'restat ut arbitretur' (arb̄ *BV*, ar *S; cf. Bruns ad h. l.*).

1 conuertat α ‖ 2 moris sui *post* uoluntatem *L* ‖ 3 retinet *W.*: cont- *codd.* (dicendo *add. F*); *cf. I 5, 46 et fin. comm. Andr.* ‖ 5 posset *G*, potest *F*α ‖ 6 sustentet] suspendat α | hic *L*, hinc α ‖ 8 aliis — possumus] recta consilia aegrotis damus α ‖ 9 sumus *F* | de quo] unde α ‖ 12 ac *B*, at *rell.* ‖ 14 spe (-em *L*) ⟨est⟩ *LF* ‖ 15 cum *W.*: eum (*post* continuo) *L*, *om. FG* ‖ 16 nam *LF* | significauit *FG* | quid nisi α*G* ‖ 17 quod *LGB*, quid (*sscr.* uel quod) *F* | ⟨nisi⟩ ut α ‖ 18 sibi paratum α*G* ‖ 19 quid et nisi *om. B′* ‖ 20 unde — nisi *fort. del.* ‖ 21 adit *W.*: addit (-didit *G*) *codd.*

semper in petitione esse docuimus. habet et principium
319 ad beniuolentiam *conciliandam precibus* **19** AD TE VENIO
SPEM SALVTEM AVXILIVM C⟨*ONSILIVM*⟩ EXPETENS.* Pam-
philus propter amorem suum istud aliter accipit et re-
320 spondet **20** NEQVE POL CONSILII LOCVM HABEO *NEQVE AD*
AVXILIVM COPIAM. interrogat tamen ille, quoniam pudoris
fuerat dicere ‘uxorem tuam diligo’. prius interrogat, an
ducat uxorem. respondit Pamphilus, quod in opinione
est, *quia* non *est* in eius uoluntate. adiungit Charinus *ad*
322 *impetrationem* uitae suae periculum: **22** SI ID FACIS *inquit*
HODIE POSTREMVM ME VIDES. sed interrogatus a Pamphilo,
cur istud dixerit, pudore confunditur. allegat seruum, *ut*
ipse dicat. seruus uero callidus, ne minus impetrabile
esset, certe contumeliosum, si diceret ‘amat uxorem tuam’,
324 **24** SPONSAM inquit TVAM AMAT hoc est *enim*: quae adhuc
tibi uxor non est, unde adulterii nulla suspicio sit, quod
illa ‘sponsa’ est, hic ‘amat’ tantum. sed Pamphilus
memor consilii sui et uoluntatis quaerit, num Charino
aliqua consuetudo sit cum ea. *hoc est, quod interrogat*
325 **25** *NVM QVIDNAM AMPLIVS TIBI CVM ILLA FVIT CHARINE* hoc
est: *num cum illa consuetudinem copulaueris affectatus.*
sed Charinus nesciens *consilium*, cur hoc interrogauerit
Pamphilus, simpliciter negat factum. uolebat autem Pam-
philus causam reperire, cur eam non duceret uxorem, *quam*
nolebat: † *ideo negat. sed quod nulla consuetudo fuisset,*

α * [3] hic figurae sunt homoeoptoton (om- *BV*, amoetipt- *S*) uel polyptoton (polipt- *codd.; cf. Gerstenb. p. 81*).

1 in petitione *Gerstenb.*: impetrationem (imperat- *L*) *codd.* | habet et *G*, habet *LF*, quod habet α ‖ 2 aduenio α ‖ 3 auxilium salutem (*om.* consilium) β | ⟨deinde⟩ pamphilus α ‖ 5 POL *om.* β ‖ 6 copias *L* ‖ 8 ducat (*add.* eam *F*) *FG*, ducę *L*, -ceret α ‖ 12 dixeris α | alligat β ‖ 14 ⟨si⟩ minus? ‖ 14 esset (est *L*)] sed (*post* contum- *add.* esset) α | amat *post* tuam α ‖ 15 quae] quod α ‖ 16 uxor tibi *FG* | sit] est α ‖ 18 num *W.*: ne β, utrum α ‖ 20 NVM *om.* *LG* | fuit cum illa *L* ‖ 21 nam cum *L*, an cum *G*, utinam *F* ‖ 22 sed] uero (*post* Char-) α ‖ 24 causam ⟨simpliciter⟩ *codd.*

respondit quam primum potuit.† sed Charinus ad preces uertitur et petit ex more postulantium, quo semper *primo* quae maiora sunt petimus, deinde ea quae uolumus. *nam, uti supra (v. 13) dixit, Charinus nihil aliud a Pamphilo cupiebat nisi ut aliquot saltem nuptiis proferret dies. hoc igitur cum desiderio sit, aliquid amplius primo postulat, sicut diximus,* quia moris est, ut per partes primo ⟨maiora⟩, deinde quod uolumus postulemus, ut si negatum fuerit, quod primo petitum sit, iam pudori sit a quo petitur
327 denegare. primo petit **27** NE DVCAS *inquit,* secundo SI ID NON POTEST AVT TIBI NVPTIAE HAE SVNT CORDI *SALTEM ALIQVOT PROFER DIES DVM PROFICISCAR ALIQVO NE VIDEAM. hoc est, quod fuerat petiturus.* similiter et Iuno ab Aeolo postulauit primo, quod magnum est (*Verg. Aen. I 69*) 'incute uim uentis submersasque obrue puppes'; ita secundo loco quod nolebat petit (*I 70*) 'aut age diuersos et dissice corpora ponto': hoc namque desiderabat, quod Troiani ad Italiam non uenirent ac propterea dispergerentur. huic igitur petitioni respondet Pamphilus patienter *ut* amici more, ut non quia petierit Charinus, *idcirco* non sit *eam* ducturus *uxorem,* sed *eo* quod *ipse* eam nolit *du-*
330 *cere uxorem* **30** EGO CHARINE NEVTIQVAM *OFFICIVM LIBERI HOMINIS ESSE PVTO CVM IS NIHIL MEREATVR POSTVLARE ID GRATIAE PONI SIBI* hic sensus maximam intentionem desiderat. 'mereatur' primum hoc est praestat: merendo enim praestatur, unde Virgilius (*Aen. IV 333—335*) 'ego te, quae plurima fando enumerare u., n. r. n. promeritam' id est praestitisse. ergo hic erit sensus: ego, Charine, non arbitror liberi hominis officium esse, ut nihil praestet,

1 sed Charinus] quod ut ille intellexit, se *α* ‖ 2 uertitur *F*, -tit *rell.* | prima *L* ‖ 5 cupiebat *F*, -piens *L*, -pio *G* ‖ 7 ⟨et⟩ quia *α* | maiora *add. W.* ‖ 11 potes *F* | cordi ⟨etc.⟩ *α* ‖ 12 profer⟨at⟩ *L* ‖ 14 primo *G*, (*add.* uel primum) *F*, -um *L α* ‖ 17 nam *LF* ‖ 19 respondet *L*, -dit *rell.* ‖ 20 ut] quod *α* | Charinus petierit *α* ‖ 21 sit ducturus] non ducat *ante* non quia *α* | quod] quia *α* ‖ 25 mereat *B B' V* | praestat *Schopen*: instat *codd.*; *exspectes* praestet ‖ 29 non puto esse officium liberi hominis *α* | ut] cum *G*

unde sibi huius gratia debeatur. ergo cum hoc *tibi* non praestem, nolo mihi debeas gratiam, quippe cum ego has nuptias uelim fugere ita, quemadmodum tu adipisci. quare, ut coeperat, Charinus gratias agit. sed Pamphilus hortatur, ut *et* ipse Charinus et Byrria faciant fingant *aliquid inueniant efficiant,* ut Charino detur. suum officium esse dicit id se laborare, ut sibi non detur: *non enim sequebatur, ut, si Pamphilus eam non duceret, Charinus duceret. hoc igitur monet, ut ille atque eius seruus hoc laboris suscipiant, ut ipse ducat; suum officium esse Pamphilus dicit laborare se, ut non ducat.*

2.

338 **1** DI BONI BONI QVID PORTO haec scaena coniectura-
lem statum tenet propterea, quoniam quaeritur, an Simo
ueras nuptias sit hodie facturus. huius rei argumenta
Dauus seruus callida arte collegit probaturus falsas *esse*
nuptias. haec multis locis exprimemus. ac primum ge-
neraliter gaudium suum protestatur Pamphilum quaerendo.
339 — **2** VT METVM IN QVO NVNC EST ADIMAM ATQVE EXPLEAM
ANIMVM GAVDIO ordinem et rationem posuit: prius enim
id quod malum est debet excludi, ut id quod bonum *est*
340 melius feliciusque teneatur. — **3** *NIHIL EST* NONDVM HAEC
RESCIVIT MALA* *nondum Pamphilus sciebat Dauum scire,*
341 *quod sibi pararentur nuptiae.* — **4** QVEM EGO NVNC *CREDO*
SI IAM AVDIERIT SIBI PARATAS NVPTIAS hic intelligit Pam-

*α**[22] id est nuptias. et est hic species definitionis, quae fit per laudem uel uituperationem. uel definitio rhetorica, quae est ex arbitrio loquentis.

1 unde *ante p. 33,29* ut *L* | gratiae *β* ‖ 3 ita (-que *add. LF*) quemadmodum] magis quam *α* ‖ 5 Charinus] dominus *α* | Byrria] ipse seruus *α* ‖ 6 suum — detur] et ipse laborabit ut non ducat *α* ‖ 8 si] ei *L, om. G* ‖ 13 habet statum *F* ‖ 14 acturus *α* ‖ 16 generaliter *post* suum *α* ‖ 23 nuptiae pararentur *FG*

342 philus Dauum scire, quod nuptiae praeparantur. — **5** *TO-*
346 *TO ME OPPIDO EXANIMATVM QVAERERE* ⟨*****⟩. — **9** *DAVE*
PERII antequam aliquid audierit Pamphilus, prius indicat
dolorem. contra illi seruus, qui scit quid argumentis
collegerit, respondet HOC AVDI. ille ad calamitatis uocem
redit, *seruus scire se eius sollicitudinem dicit* *QVID TIMEAS*
SCIO. quoniam uidet seruum perseuerare Charinus adulescens
ad pollicendam spem domino Pamphilo, continuo ipse suam
347 *calamitatem confitetur* **10** *MEA QVIDEM HERCLE CERTE IN*
DVBIO VITA EST. sed huic seruus repromittit ac se dicit
scire et ipsius sollicitudinem. Pamphilus autem tamquam
inscio seruo et adhuc ignoranti ingerit causam calamitatis
348 *suae, cum dicit* **11** *NVPTIAE MIHI. sed eius orationem im-*
pleri non sinit seruus et continuo procedit dicens *ET ISTVC*
SCIO. ille perseuerat dicens *HODIE, cuius orationem retun-*
dens intercedit seruus et utriusque sollicitudinem narrat
349 *dicens* **12** *TV PAVES NE DVCAS ILLAM hoc utique Pamphilo,*
350 *Charino autem TV AVTEM VT DVCAS.* — **13** *ATQVE* ISTVC IPSVM
NIHIL PERICLI EST irridentis est ista oratio: quia supra
dixerat Pamphilus 'istuc ipsum', repetit tamquam uanum
dictum '*atque istuc ipsum*' *inquit* '*pericli est nihil*'. rogat,
ut metu liberet dominum seruus, summam collocat. pri-
mum hoc semper facere debet orator, uti ante partium
quae longo genere narrandi explicabuntur summa primi-
tus collocetur et hoc maxime in initio, ut facilius res
comprehendi possit. est igitur summa 'uxorem non dat
Chremes *filiam suam Pamphilo*'. et ne casu uideatur
ista argumenta collegisse aut ex euentu, narrat causam,
quemadmodum ad indicia ueritatis *tanta* peruenerit*

α*[29] et seruat morem (-re *BV*) rhetorum, ut breuis, ut apertus sit.

1 parantur *α* ‖ 2 *lac. sign. W.* ‖ 5 respondit *B'G* ‖ 7 uidetur *LG* ‖ 11 et *om. G* ‖ 14 ET ISTVC] etsi *Ter.* (et id D^1 = *Don.*) ‖ 15 recund̄ *L*, *om. G* ‖ 17 id paues ne ducas tu (*om. G*) illam *Ter.* ‖ 21 nihil pericli est *F* ‖ 22 liberat *LG* | ⟨cum⟩ summam *G*, ⟨et⟩ summam *α* | primo hanc ⟨rem⟩ semper *β* ‖ 23 debet facere *Fα* ‖ 24 longo *Lindenbr.*: -ge *codd.* ‖ 26 igitur] enim *BS* ‖ 29 peruenit *β*

353 **16** *TVVS PATER MODO ME PREHENDIT et deinde quae conse-*
cuntur. quibus in uersibus declarat sibi maximam sollicitu-
dinem fuisse, posteaquam patrem cognouerit Pamphilo nuptias
non parare. si ergo sollicitus fuit †*cognouit, ingenio ueritatis*
358 *argumenta collegit.* denique **21** QVID AGAM COGITO. in-
cipiunt *igitur* argumenta, nuptiaene sint, ex hoc uersu
359 **22** REDEVNTI INTEREA *EX IPSA RE INCIDIT SVSPICIO.* omnis
coniectura a summo ad imum diuisionem habet, quae di-
uisio dicta et facta continet. quamquam saepe et ex hoc
coniectura colligi possit, quod non dictum nec factum sit.
ergo hic utrumque complexus est: *nam non fiunt nuptiae,*
quod paululum obsonatus est dominus, quod ipse est tristis.
haec illi⟨us facta⟩ sunt. deinde rursus factis soceri uolens ar-
gumenta colligere, quae diximus pertinere ad diuisionem quae
a summo ad imum est, colligit ab his quae facta non sunt:
362 **25** '*cum enim illo ueni*' *inquit* 'solitudo ante ostium', ubi
utique frequentia esse debuit. sed ne hoc parui temporis
363 sit, **26** 'maneo' *inquit* '*interea: nemo ingressus est, nemo egres-*
sus, nulla matrona in aedibus fuit, nullus ornatus, tumultus
nullus'. haec ab his sunt, quae facta non sunt, cum
fieri *utique* debuerint.* *quibus rebus certum est nuptias*
365 *non parari.* — **28** *SCIO MAGNVM SIGNVM proprie* '*magnum*
signum' *dicit factis et dictis ad quaestionem argumentum*

365 α*[21] sane (*om. B'*) 28 'ornati' et 'tumulti' antique dixit secundae declinationis faciendo figuram ⟨archaismon (*add. Gerstenb. coll. Don.*)⟩.

1 TVVS — PREHENDIT *W.*: tunc paret ⟨causae quemadmodum (*ex anteced. repet.*)⟩ malum praedixit *codd.* | ///secuntur *G* ‖ 4 *fort.* ⟨iis quae⟩ cognouit ‖ 6 ex hoc uersu *ante* 5 incipiunt α ‖ 8 diuisiones *codd.* (*cf. Don.*), *sed v. infra* ‖ 9 ⟨et⟩ dicta *F* ‖ 11 nam — 16 inquit] dum paululum obsonii ipse tristis. et a socero quod α ‖ 13 illius facta *Goetz* ‖ 16 ubi *om.* β ‖ 17 sed] et α ‖ 18 nemo — 20 nullus] neminem uideo exire neminem matronam *F* ‖ 20 haec ⟨argumenta⟩ α | quae, dum (*sscr. V*; deo *ut vid. S*) fieri debuerint, facta non sunt (sint *VS*) α ‖ 21 utique *W.*: denique *codd.* ‖ 23 dicit ⟨in⟩ *L*; dicitur in *Gerstenb.*, *quem cf. p. 100 c. adn. 2*

367 *collectum.* — **30** NON OPINOR DAVE coniecturam perspici-
ens 'opinor' dixit. id Dauus, quasi iam collecta sit ueri-
tas, indignatus negat dici debuisse 'opinor'.* *adiecit* NON
RECTE ACCIPIS CERTA RES EST. *adiecit alia argumenta*
ab ipsa diuisione factis atque dictis, quod puerum inuene-
rit Chremetis holera et pisciculos minutos ferentem ad cenam
seni, quemadmodum dicitur 'ne forte aliquis puer ferret
in cenam seni'. ita coniectura firmata est a factis et
dictis uel a persona Simonis uel persona Chremetis, quae,
370 sicut diximus, in diuisione consistunt. — **33** *AC* NVLLVS
QVIDEM '*nullus*' pro non, ut sit sensus: non quidem libe-
ratus es. *cui subiungitur* QVID ITA NEMPE HVIC ILLAM *PROR-*
371 *SVS* NON DAT. — **34** RIDICVLVM CAPVT intellexit Dauus
stultitiam Charini, qui *dixit 'nempe huic illam prorsus non*
dat', secundum quod supra diximus: non enim necesse
est illum illam continuo ducere, si hanc non duxerit
Pamphilus.* *hoc monet ut eat, roget, ut possit eam ducere*
uxorem.

α * [3] est enim opinio genus ueritatis et falsitatis, et secundum dialecticos interroganti de indiuiduo quid sit, stultum est respondere genus (g- r- *B*) et non speciem.

* [17] et a possibili (-le *codd.*) dicere (ducere?) debuisse innotuit (= indicauit, *cf. IV 3, 1*).

3.

375 **1** QVID IGITVR SIBI VVLT PATER CVR SIMVLAT nunc
quaerit, cur falsae nuptiae fingantur *a patre.* et hoc loco

4 EST *om. L* ‖ 5 ⟨atque⟩ ab *LF* | ⟨a⟩ factis? *an* ⟨hoc est⟩ factis? ‖ 6 et *om. LG* ‖ 7 quemadmodum dicitur (*ex* dicunt *G*[1]) *post* 10 consistunt *legitur in codd., sed aperte ad* ne — seni *pertinet*; *quamquam haec omnia interpolationem sapiunt* ‖ 8 a factis uel (*om. G*) a (et *G, om. L*) persona ... Chremetis *β*, a personis (-narum *Gerstenb.*) factis dictis *α* ‖ 11 liberatus es] deliberatiue *L*, -racio *F*, -racione *G* ‖ 15 non — Pamphilus] quasi necesse esset ipsum eam ducere, si Pamphilus non duxisset uxorem *α* ‖ 20 quaerit cur *LB'*, quaeritur ⟨an⟩ *F*, quaerit (cur *post* nuptiae *add.*) *BVS* | et *Lindenbr.*: ex *codd.*

deliberatio est, in qua persuasio continetur: deliberat namque, an polliceatur patri Pamphilus se uxorem *esse* ducturum. persuasio, uti dixi, ex hoc colligitur: falsae sunt nuptiae, nullus metus est polliceri. sed huic rei argumenta hinc suscipiuntur, quod causam pater irascendi filio inuenire desiderat, *si non hanc suscipiat,* quod, si Chremes nolit dare filiam suam coniugem, satis iniustus esse uideatur, antequam animum ad nuptias adulescentis agnouerit; sin uero negauerit Pamphilus, illic culpae origo nascetur. *tum malum et seditio maxima inter patrem et*
380 *filium poterit generari.* — **6** QVIDVIS PATIAR sensus hic est: noli persuadere, quantum uelit *licet* irascatur pater, quaecumque per iracundiam fecerit, sustinebo, *hoc est quodcumque patiar.* hic iam persuasio est, ut polliceatur, quae efficitur a terroris parte: PATER EST inquit PAMPHILE.*
381 an fieri possit, ut imperium sentiat, adiecit **7** DIFFICILE EST. deinde ab utili et honesto TVM HAEC SOLA EST MVLIER, *quae quidem res ad omnia proficit, namque sola est, quo facile iniuriam a patre ⟨pati⟩ possit, denique hoc adiunxit* DICTVM AC FACTVM *INVENERIT ALIQVAM CAVSAM.* sicut supra diximus, quoniam actus hominis in his duobus consistit, uel dicto uel facto, ideo complexio est: dictum ac factum inuenerit aliquam causam, unde eam possit oppido expellere. territus adulescens iniuria, quae fieri
383 amicae possit, continuo consilium quaerit **9** CEDO IGITVR QVID FACIAM *DAVE.* ipsa propositio persuasionis DIC TE DVCTVRVM. repugnat contra Pamphilus. persuasio sequitur continuo, quid fieri habeat, si hoc fiat, *hoc est si polli-*

α *[15] quae species definitionis dicitur a causa.

1 deliberatio] -tiue *β*; -tiua*?* | qua ⟨nunc⟩ *G* || 6 desideret *F* si non *W.*: sed enim *LF*, non *G* | si non — Pamphilus] sed Chremes si negauerit, iniurius id est iniustus esse uideatur, sin Pamphilus *α* || 8 ad] ac *G*, ad (*sscr.* uel ac) *F* || 9 origo culpae *VS* || 17 mulier est *β* || 19 quo *W.*: quod *codd.* | pati *suppl. W.*; auferre *G* | potest *G* || 21 sicuti *VS*, ⟨ut (et *F*)⟩ sicut *β* || 24 tritus *L*, trritus *G*, tristis *rell.* | ⟨prae⟩ iniuria *α* || 28 fiat *W.*: fit *codd.*

385 *ceatur se esse ducturum. hoc ait* **11** *EX EA RE QVID FIAT*
VIDE. sed hoc male interpretatur adulescens, ut contrarium
386 *post promissionem suam ponat euentum: ait enim* **12** AB
ILLA EXCLVDAR HAC CONCLVDAR* *ut a Glycerio excludar,*
inquit. hic erit euentus, at ille contra qui persuadebat
ostendit *magis* qui euentus sit futurus, *si polliceatur, et*
387 *facile esse dicit* **13** *NEMPE HOC SIC ESSE OPINOR DICTVRVM*
PATREM DVCAS HODIE VOLO VXOREM TV DVCAM INQVIES. ut
ostendat rem in uerbis esse, post nihil futurum sermonis,
389 *adiungit* **15** *CEDO QVID IVRGABIT TECVM. ipsum deinde ponit*
euentum HIC REDDES OMNIA QVAE NVNC CERTA SVNT CON-
391 CILIA INCERTA VT SIENT. ab utili subiungitur **17** SINE
OMNI PERICVLO. sed hoc tunc demum consilium bonum
est *polliceri patri,* si Chremes filiam suam Pamphilo nolit
tradere *uxorem. nam si uelit temptare adulescentis animum*
senex et continuo ad Chremetem pergere et petere filiam,
periculosum est. ideo adiungit fortasse posse aliqua mu-
tari, ut Chremes quidem nunc nolit, tamen tradat aliquando.
aduersus istud *igitur,* ne consilium mutet Chremes, nihil
392 aliud consilii datur. — **18** NEC TV EA CAVSA MINVERIS
HAEC QVAE FACIS *IS NE MVTET SVAM SENTENTIAM* hoc qui-
dem obscure dictum est, est autem *hic* sensus: unde tu,
ne sententiam suam mutet Chremes, haec quae facis mu-
tare noli, ut ad amicam uadas, *et consuetudinem ne im-*
mutes; quae si perseuerauerit, not⟨a am⟩atio omnis fuerit, ut
Chremes non possit mutare suam sententiam. redit rursus

α *[4] hic leui (-ni *S*) mutatione uerbi fit figura paronomasia (paran- *VS*).

5 ⟨et⟩ hic α | erit] esset α | econtra *VS* ‖ 6 futurus sit α *G* ‖ 10 adiecit *G* ‖ 11 HIC — SIENT] et certa consilia, quibus praemeditatus uenit, reddes incerta omnia α | HIC] hac *L*, hec *G* | sunt ⟨ei⟩ *F* ‖ 12 subiungitur ab utili α ‖ 13 periclo *B′* | consilium *ante* tunc *B′* ‖ 15 tradere] dare α ‖ 17 mutari ⟨sententia⟩ *G* ‖ 19 ⟨et⟩ aduersus α | nihil — datur] sequitur α ‖ 21 ne is *F* (= *Ter.*) ‖ 22 est autem] sed est α ‖ 23 ne *post* suam α ‖ 25 ⟨in⟩ qua si perseueraueris (*cf. p. 40, 5*) *Goetz* | nota amatio *Schoell* | ut *om. LF* ‖ 26 suam *ante* non *FG*

394 ad consilium **20** PATRI DIC VELLE et concludit euentum
CVM VELIT TIBI IVRE IRASCI NON QVEAT. hic ⟨incidit⟩
quaestio 'sed aliam pater poterit quaerere uxorem'. huic
395 respondetur coniecturaliter **21** NAM QVOD TV SPERES PRO-
PVLSABO FACILE VX*OREM* H*IS* *MORIBVS* D*ABIT* N*EMO** si per-
seueres in amore amicae atque peregrinae, his moribus
nemo iam det uxorem. hic rursus incidit alia quaestio
'sed qualemcumque inueniet pater, ⟨*si*⟩, *ne det his mori-
bus*, *perseueres*'. hoc ergo proponit quasi ex aduersa
396 parte* **22** *INVENIET INOPEM POTIVS QVAM TE CORRVMPI SINAT.*
*huic respondetur futurum esse ⟨negligentem⟩, nil locuturum
patrem, si simul cognouerit filii animum uxorem ducere non*
397 *recusantis. hoc ergo sic opposuit* **23** *SI TE AEQVO ANIMO AC-
CIPIAT FERRE NEGLEGENTEM FECERIS ALIAM OTIOSVS QVAERET.*
398 adiunxit **24** ALIQVID INTEREA ACCIDERIT BONI. quoniam
in rebus asperioribus, quae uitari non possunt, remedium
est dilationis persuasio, talibus commentis adulescens unam
sollicitudinem non iam ex amore, sed ex pietate supponit,
quod metuit, ne natum sibi filium pater possit agnosce-
re*, *quippe cum promisisse se dicat suscepturum. huic pro-
uisionem Dauus in posterum pollicetur.*

α * [5] 'speras' id est times. ⟨et⟩ est (*om. S*) acyrologia (achirol- *codd.*). 'propulsabo' id est repellam, unde obiectio (abi- *codd.*, *corr. Lindenbr.*) et depulsio criminis.
*[10] et est collatio duorum malorum, quorum alterum eligitur.
399 *[20] nam id metuit. unde sequitur (*W.*; supra *codd.*) **25** VIDE QVO ME INDVCAS. est autem inductio oratio, quae rebus non dubiis captat assensionem eius, cum quo instituta est; quibus assensionibus facit, ut illi dubia quae-

2 ⟨ut⟩ cum *F* | incidit *add, W.* ‖ 3 pater *om. β* ‖ 4 SPERES] *sic L*, speras *rell.* ‖ 6 amore — uxorem] his moribus, nec Chremes nec alius dabit tibi filiam suam *α* ‖ 7 nemo — 8 moribus *om. G* ‖ 7 nemo iam] memoria *L*, nemo tibi *F* ‖ 8 si *add. Zeune* ‖ 11 negligentem *add. W.* ‖ 12 non recusantis] perseuerantis *G* ‖ 13 SI TE] ita *L*, si ita te *F* | accipiet *Ter.* ‖ 15 adiecit *F* | interea aliquid *FG* (*sic Ter. codd. praeter D*) ‖ 17 est *post* persuasio *α* | commentis] commotis *L*, -tus *FG* | unam] summam *Goetz*; *an* suam? ‖ 20 promisisse *F*, posuisse *L*, potuisset *G*

α dam res propter similitudinem earum rerum, quibus adsensit, probetur (= *Cicero, De invent. I 31, 51*), ut qui musicam nouit, musicus est, et qui grammaticam nouit, grammaticus (est *add. B*). qui hoc assentit, propter similitudinem assentiet: qui malum nouit, malus est; similiter qui semel adulterium facit, adulter est, et qui semel iuste agit, iustus est. ita inducendo perducitur
403 quis ad inuitam confessionem. — **29** CAVE TRISTEM SENTIAT hoc uerbum, id est 'caue', significat uide ne, et hoc interdum.

4.

404 **1** REVISO QVID AGANT *AVT QVID CAPTENT CONSILII* haec scaena euentum supra positi consilii complectitur, ut temptet filium pater et patri filius ex Daui persuasione
407 promittat. — **4** ORATIONEM SPERAT INVENISSE SE QVA DIFFERAT* TE *dicit enim patrem iratum meditatam accusationem inuenisse.* admonet rursus adulescentem, quo
408 facilius respondeat **5** *PROIN TV* FAC VT APVD TE SIES consilium tibi traditum mente contineas, *quo facto apud*
409 *te esse poteris.* — **6** CREDE MIHI *INQVAM PAMPHILE NVMQVAM HODIE* quoniam Pamphilus ueluti difficultatem posuerat dicendo '⟨modo⟩ ut possim', respondit rursum ad euentum, quod pater *hodie* uerbum non commutaturus sit, si semet dixerit *esse* ducturum.

α * [5] id est increpet uel dissipet.

5.

412 **1** ERVS ME RELICTIS REBVS *IVSSIT PAMPHILVM HODIE OBSERVARE* haec scaena fortunae interponitur. Byrria seruus Charini, qui eam uult ducere uxorem, quam qui-

2 consilii positi β ‖ 3 et patri (pater *LG*) — persuasione] cui ex suasione Daui α ‖ 4 SE *om. LG* ‖ 5 dicit — 6 inuenisse *post* 7 respondeat *in codd.* ‖ 7 sis *G* α ‖ 8 ⟨id est⟩ consilium α | contine α ‖ 9 inquam mihi *G* ‖ 11 modo *add. W.* ‖ 12 uerbum *post* sit *F*, *om. LG* | semet] seni *G*, se α ‖ 15 *fort.* Fortunae ⟨est⟩. interponitur Byrria *et infra* ⟨et⟩ quo . . . increscere, apponitur *etc.* ‖ 16 eam] Philumenam α

dem Pamphilus non uult, pater filio offert, quo error fa-
cilius possit increscere, apponitur eo tempore, quo Pam-
philus ex suasione serui falso quidem, *non uoluntate*, pro-
418 missurus est *patri* se uxorem *esse* ducturum. — **7** *HODIE
VXOREM DVCAS VT DIXI VOLO supra* (*I 5, 18—19*) *enim
Pamphilus ipse dixit 'praeteriens modo mihi apud forum
«uxor tibi hodie ducenda est, Pamphile»': merito ergo*
419 *nunc 'ut dixi'*. — **8** NVNC NOSTRAE TIMEO PARTI hoc ex
persona Byrriae *intelligendum* propter timorem, quem a
421 domino habet. — **10** *QVID DIXIT rursus Byrria* †*eiusdem
est admonitus sui Pamphilum quod commiserat*†. —
423 **12** SVM VERVS hoc est uera dico. Dauus hoc loquitur,
quod secundum promissionem nullum uerbum fecerit
429 senex.* — **18** *ME MEMINI VIDERE hoc est scio et intelligo
quod uideam.* — *QVO AEQVIOR SVM PAMPHILO SI SE ILLAM
IN SOMNIS QVAM ILLVM AMPLECTI MALVIT scio etenim uidere:
quod sit pulchra cognosco, unde faueo Pamphilo, quod ma-
luit illam se potius amplecti quam alterum.*

a*[14] quod solent facere irati saepius repetendo uerba inimici.
423 sequitur Byrria diffisus **12** ERVS VXORE EXCIDIT id est
priuatus est. et posuit (*W.*: post *codd.*) notum prouer-
bium: his enim in insinuatione uti utillimum (utilli^{ssi}mum
B) est uel ad concitandum uel ad reconciliandum ani-
429 mum auditoris. — **18** MEMINI ME VIDERE pro uidisse sci-
licet illam QVO id est in qua re AEQVIOR id est iustior
430 SVM PAMPHILO **19** SI SE Pamphilum MALVIT ILLAM AMPLECTI
INSOMNIS id est uigilans, ut sit una pars; uel per somnos
QVAM ILLVM amicum suum, id est dominum meum. et
est amphibolia (-boloia *codd.*) per casum accusatiuum,
ut 'uolo amplecti illum illam'.

1 ⟨dum⟩ pater α; *fort.* pater ⟨tamen⟩ | offert ⟨inter-uenit⟩ α | facile *G* ‖ 2 accrescere α ‖ 9 a domino] domini *ante* quem α ‖ 10 eiusdem *om.* *G* ‖ 11 sin *L* | pamphilus *G* ‖ 12 hoc — senex] hoc Dauus, qui in hac scaena semper cum silentio loquitur. id est: dixi uerum, quod senex non commutaret uerbum? α ‖ 14 memini me *F* ‖ 16 etenim *Lindenbr.*: et non *codd.* | uideri *codd.*

6.

432 **1** HIC NVNC ME CREDIT haec scaena dolos habet utriusque personae, senis et Daui. *namque ille inquirit, an filius aegre ferat quod facturus est nuptias; contra callide seruus respondet non omnino negans, ne fidem prodat, sed esse apud Pamphilum sollicitudinem dicit:* nam iam cogitatio est quod praeteritum fuerat dimisisse, et ut ueri simile faciat, quanto sibi dedecori esse putauerit *quod amore meretricem dilexerit*, *Pamphilus cogitauit et* nimia temporis. ratione compulsus uult ducere uxorem.* at Simo senex animi cogitationem metitur ex uultu, uti dicat *pater* filium aegre ferre, quod subtristis est uisus. hic fiunt quasi per coniecturam argumenta, cur tristis sit. sed haec est pars *a proponente,* quae dicitur a summo ad imum. sequitur causae deriuatio: ille enim dicit tristem esse propter nuptias, hic supponit alteram causam, quam quidem, quoniam repentinum est quod obiecit se-
449 nex, diu quaerens *Dauus multa promit, dico* **18** *PVERILE EST . . . NIHIL: haec inquirentis sunt quid respondeat.* ad postremum deriuationem causae *hanc* ponit, quod nimium parce pater faciat sumptum, cum filio tradat uxorem. addit causas, quod neminem ex amicis uocet ad cenam

442 α *[9] **11** VIA id est ratione, ut Virgilius (*Aen. IV 478*) 'inueni, germana, uiam'.

1 HIC — CREDIT] aliquam sibi fallaciam portare *add. F*; *totum om. L G* ‖ 2 inquirit *W.*: inquit *codd.* ‖ 3 es *codd.* ‖ 4 respondit *codd.* | ne *Lindenbr.*: sed *L*, sed ut *F*, si *G* | prodat (it *G*)] perdat *edd.* ‖ 5 sed *om. F* ‖ 6 cogitatio est *W.*: cognitionẽ *LBVS*, -ne *FB'*, -ni *G* | praeteritum] p̄trm *B*, pc̃tm *G*, poterit id tum *L* ‖ 7 fiat *α* | dedecori *V*, dec- *rell.* ‖ 10 animi] amico *LF* | cognitionem *F* ‖ 11 uisus est *α* ‖ 13 est *om. β* ‖ 17 quaerit *α* | promit *edd.*: promittit *codd.* | dico *om. F* ‖ 18 nihil ⟨ne hem⟩ *codd.* = *II 6, 4* ‖ 19 causam *αF* | quod (qua *L*, quā *G*) — uxorem] ait nimium parce facere sumptum *α* ‖ 21 quod — cenam] quod filio non uidetur uxorem dare, quod neminem amicorum uocare possit *α* | uocet *Lindenbr.*: -at *codd.*

unde sibi huius gratia debeatur. ergo cum hoc *tibi* non praestem, nolo mihi debeas gratiam, quippe cum ego has nuptias uelim fugere ita, quemadmodum tu adipisci. quare, ut coeperat, Charinus gratias agit. sed Pamphilus hortatur, ut *et* ipse Charinus et Byrria faciant fingant *aliquid inueniant efficiant,* ut Charino detur. suum officium esse dicit id se laborare, ut sibi non detur: *non enim sequebatur, ut, si Pamphilus eam non duceret, Charinus duceret. hoc igitur monet, ut ille atque eius seruus hoc laboris suscipiant, ut ipse ducat; suum officium esse Pamphilus dicit laborare se, ut non ducat.*

2.

338 **1** DI BONI BONI QVID PORTO haec scaena coniecturalem statum tenet propterea, quoniam quaeritur, an Simo ueras nuptias sit hodie facturus. huius rei argumenta Dauus seruus callida arte collegit probaturus falsas *esse* nuptias. haec multis locis exprimemus. ac primum generaliter gaudium suum protestatur Pamphilum quaerendo.
339 — **2** VT METVM IN QVO NVNC EST ADIMAM ATQVE EXPLEAM ANIMVM GAVDIO ordinem et rationem posuit: prius enim id quod malum est debet excludi, ut id quod bonum *est*
340 melius feliciusque teneatur. — **3** *NIHIL EST* NONDVM HAEC RESCIVIT MALA* *nondum Pamphilus sciebat Dauum scire,*
341 *quod sibi pararentur nuptiae.* — **4** QVEM EGO NVNC CREDO *SI IAM AVDIERIT SIBI PARATAS NVPTIAS* hic intelligit Pam-

α*[22] id est nuptias. et est hic species definitionis, quae fit per laudem uel uituperationem. uel definitio rhetorica, quae est ex arbitrio loquentis.

1 unde *ante p. 33,29* ut *L* | gratiae *β* ‖ 3 ita (-que *add. LF*) quemadmodum] magis quam *α* ‖ 5 Charinus] dominus *α* | Byrria] ipse seruus *α* ‖ 6 suum — detur] et ipse laborabit ut non ducat *α* ‖ 8 si] ei *L, om. G* ‖ 13 habet statum *F* ‖ 14 acturus *α* ‖ 16 generaliter *post* suum *α* ‖ 23 nuptiae pararentur *FG*

342 philus Dauum scire, quod nuptiae praeparantur. — **5** *TO-*
346 *TO ME OPPIDO EXANIMATVM QVAERERE* ⟨*****⟩. — **9** *DAVE*
PERII antequam aliquid audierit Pamphilus, prius indicat
dolorem. contra illi seruus, qui scit quid argumentis
collegerit, respondet HOC AVDI. ille ad calamitatis uocem
redit, *seruus scire se eius sollicitudinem dicit* *QVID TIMEAS*
SCIO. quoniam uidet seruum perseuerare Charinus adulescens
ad pollicendam spem domino Pamphilo, continuo ipse suam
347 *calamitatem confitetur* **10** *MEA QVIDEM HERCLE CERTE IN*
DVBIO VITA EST. sed huic seruus repromittit ac se dicit
scire et ipsius sollicitudinem. Pamphilus autem tamquam
inscio seruo et adhuc ignoranti ingerit causam calamitatis
348 *suae, cum dicit* **11** *NVPTIAE MIHI. sed eius orationem im-*
pleri non sinit seruus et continuo procedit dicens ET ISTVC
SCIO. ille perseuerat dicens HODIE, cuius orationem retun-
dens intercedit seruus et utriusque sollicitudinem narrat
349 *dicens* **12** *TV PAVES NE DVCAS ILLAM hoc utique Pamphilo,*
350 *Charino autem TV AVTEM VT DVCAS.* — **13** *ATQVE* ISTVC IPSVM
NIHIL PERICLI EST irridentis est ista oratio: quia supra
dixerat Pamphilus 'istuc ipsum', repetit tamquam uanum
dictum '*atque istuc ipsum*' *inquit* '*pericli est nihil*'. rogat,
ut metu liberet dominum seruus, summam collocat. pri-
mum hoc semper facere debet orator, uti ante partium
quae longo genere narrandi explicabuntur summa primi-
tus collocetur et hoc maxime in initio, ut facilius res
comprehendi possit. est igitur summa 'uxorem non dat
Chremes *filiam suam Pamphilo*'. et ne casu uideatur
ista argumenta collegisse aut ex euentu, narrat causam,
quemadmodum ad indicia ueritatis *tanta* peruenerit*

α*[29] et seruat morem (-re *B V*) rhetorum, ut breuis, ut apertus sit.

1 parantur α ‖ 2 *lac. sign. W.* ‖ 5 respondit *B'G* ‖ 7 uidetur *L G* ‖ 11 et *om. G* ‖ 14 ET ISTVC] etsi *Ter.* (et id D^1 = *Don.*) ‖ 15 recund̄ *L*, *om. G* ‖ 17 id paues ne ducas tu (*om. G*) illam *Ter.* ‖ 21 nihil pericli est *F* ‖ 22 liberat *L G* | ⟨cum⟩ summam *G*, ⟨et⟩ summam α | primo hanc ⟨rem⟩ semper β ‖ 23 debet facere *F* α ‖ 24 longo *Lindenbr.*: -ge *codd.* ‖ 26 igitur] enim *B S* ‖ 29 peruenit β

353 **16** *TVVS PATER MODO ME PREHENDIT et deinde quae conse-
cuntur. quibus in uersibus declarat sibi maximam sollicitu-
dinem fuisse, posteaquam patrem cognouerit Pamphilo nuptias
non parare. si ergo sollicitus fuit* †*cognouit, ingenio ueritatis*
358 *argumenta collegit.* denique **21** QVID AGAM COGITO. in-
cipiunt *igitur* argumenta, nuptiaene sint, ex hoc uersu
359 **22** REDEVNTI INTEREA *EX IPSA RE INCIDIT SVSPICIO.* omnis
coniectura a summo ad imum diuisionem habet, quae di-
uisio dicta et facta continet. quamquam saepe et ex hoc
coniectura colligi possit, quod non dictum nec factum sit.
ergo hic utrumque complexus est: *nam non fiunt nuptiae,
quod paululum obsonatus est dominus, quod ipse est tristis.
haec illi⟨us facta⟩ sunt. deinde rursus factis soceri uolens ar-
gumenta colligere, quae diximus pertinere ad diuisionem quae
a summo ad imum est, colligit ab his quae facta non sunt:*
362 **25** '*cum enim illo ueni*' *inquit* 'solitudo ante ostium', ubi
utique frequentia esse debuit. sed ne hoc parui temporis
363 sit, **26** 'maneo' *inquit* '*interea: nemo ingressus est, nemo egres-
sus, nulla matrona in aedibus fuit, nullus ornatus, tumultus
nullus*'. haec ab his sunt, quae facta non sunt, cum
fieri *utique* debuerint.* *quibus rebus certum est nuptias*
365 *non parari.* — **28** *SCIO MAGNVM SIGNVM proprie 'magnum
signum' dicit factis et dictis ad quaestionem argumentum*

365 α*[21] sane (*om. B'*) 28 'ornati' et 'tumulti' antique dixit secundae declinationis faciendo figuram ⟨archaismon (*add. Gerstenb. coll. Don.*)⟩.

1 TVVS — PREHENDIT *W.*: tunc paret ⟨causae quemadmodum (*ex anteced. repet.*)⟩ malum praedixit *codd.* | ///secuntur *G* ‖ 4 *fort.* ⟨iis quae⟩ cognouit ‖ 6 ex hoc uersu *ante* 5 incipiunt α ‖ 8 diuisiones *codd.* (*cf. Don.*), *sed v. infra* ‖ 9 ⟨et⟩ dicta *F* ‖ 11 nam — 16 inquit] dum paululum obsonii ipse tristis. et a socero quod α ‖ 13 illius facta *Goetz* ‖ 16 ubi *om.* β ‖ 17 sed] et α ‖ 18 nemo — 20 nullus] neminem uideo exire neminem matronam *F* ‖ 20 haec ⟨argumenta⟩ α | quae, dum (*sscr. V*; deo *ut vid. S*) fieri debuerint, facta non sunt (sint *VS*) α ‖ 21 utique *W.*: denique *codd.* ‖ 23 dicit ⟨in⟩ *L*; dicitur in *Gerstenb.*, *quem cf. p. 100 c. adn. 2*

367 *collectum.* — **30** NON OPINOR DAVE coniecturam perspici-
ens 'opinor' dixit. id Dauus, quasi iam collecta sit ueri-
tas, indignatus negat dici debuisse 'opinor'.* *adiecit* NON
RECTE ACCIPIS CERTA RES EST. *adiecit alia argumenta
ab ipsa diuisione factis atque dictis, quod puerum inuene-
rit Chremetis holera et pisciculos minutos ferentem ad cenam
seni, quemadmodum dicitur 'ne forte aliquis puer ferret
in cenam seni'.* ita coniectura firmata est a factis et
dictis uel a persona Simonis uel persona Chremetis, quae,
370 sicut diximus, in diuisione consistunt. — **33** *AC* NVLLVS
QVIDEM '*nullus*' pro non, ut sit sensus: non quidem libe-
ratus es. *cui subiungitur* QVID ITA NEMPE HVIC ILLAM *PROR-*
371 *SVS* NON DAT. — **34** RIDICVLVM CAPVT intellexit Dauus
stultitiam Charini, qui *dixit 'nempe huic illam prorsus non
dat', secundum quod supra diximus:* non enim necesse
est illum illam continuo ducere, si hanc non duxerit
Pamphilus.* *hoc monet ut eat, roget, ut possit eam ducere
uxorem.*

α * [3] est enim opinio genus ueritatis et falsitatis, et secundum dialecticos interroganti de indiuiduo quid sit, stultum est respondere genus (g- r- *B*) et non speciem.

* [17] et a possibili (-le *codd.*) dicere (ducere?) debuisse innotuit (= indicauit, *cf. IV 3, 1*).

3.

375 **1** QVID IGITVR SIBI VVLT PATER CVR SIMVLAT nunc
quaerit, cur falsae nuptiae fingantur *a patre.* et hoc loco

4 EST *om. L* ‖ 5 ⟨atque⟩ ab *LF* | ⟨a⟩ factis? *an* ⟨hoc est⟩ factis? ‖ 6 et *om. LG* ‖ 7 quemadmodum dicitur (*ex* dicunt *G*[1]) *post* 10 consistunt *legitur in codd., sed aperte ad* ne — seni *pertinet*; *quamquam haec omnia interpolationem sapiunt* ‖ 8 a factis uel (*om. G*) a (et *G, om. L*) persona ... Chremetis *β*, a personis (-narum *Gerstenb.*) factis dictis *α* ‖ 11 liberatus es] deliberatiue *L*, -racio *F*, -racione *G* ‖ 15 non — Pamphilus] quasi necesse esset ipsum eam ducere, si Pamphilus non duxisset uxorem *α* ‖ 20 quaerit cur *LB'*, quaeritur ⟨an⟩ *F*, quaerit (cur *post* nuptiae *add.*) *BVS* | et *Lindenbr.*: ex *codd.*

deliberatio est, in qua persuasio continetur: deliberat namque, an polliceatur patri Pamphilus se uxorem *esse* ducturum. persuasio, uti dixi, ex hoc colligitur: falsae sunt nuptiae, nullus metus est polliceri. sed huic rei argumenta hinc suscipiuntur, quod causam pater irascendi filio inuenire desiderat, *si non hanc suscipiat,* quod, si Chremes nolit dare filiam suam coniugem, satis iniustus esse uideatur, antequam animum ad nuptias adulescentis agnouerit; sin uero negauerit Pamphilus, illic culpae origo nascetur. *tum malum et seditio maxima inter patrem et*
380 *filium poterit generari.* — **6** QVIDVIS PATIAR sensus hic est: noli persuadere, quantum uelit *licet* irascatur pater, quaecumque per iracundiam fecerit, sustinebo, *hoc est quodcumque patiar.* hic iam persuasio est, ut polliceatur, quae efficitur a terroris parte: PATER EST inquit PAMPHILE.*
381 an fieri possit, ut imperium sentiat, adiecit **7** DIFFICILE EST. deinde ab utili et honesto TVM HAEC SOLA EST MVLIER, *quae quidem res ad omnia proficit, namque sola est, quo facile iniuriam a patre ⟨pati⟩ possit, denique hoc adiunxit* DICTVM AC FACTVM *INVENERIT ALIQVAM CAVSAM.* sicut supra diximus, quoniam actus hominis in his duobus consistit, uel dicto uel facto, ideo complexio est: dictum ac factum inuenerit aliquam causam, unde eam possit oppido expellere. territus adulescens iniuria, quae fieri
383 amicae possit, continuo consilium quaerit **9** CEDO IGITVR QVID FACIAM *DAVE.* ipsa propositio persuasionis DIC TE DVCTVRVM. repugnat contra Pamphilus. persuasio sequitur continuo, quid fieri habeat, si hoc fiat, *hoc est si polli-*

α*[15] quae species definitionis dicitur a causa.

1 deliberatio] -tiue β; -tiua*?* | qua ⟨nunc⟩ *G* || 6 desideret *F* si non *W*.: sed enim *LF*, non *G* | si non — Pamphilus] sed Chremes si negauerit, iniurius id est iniustus esse uideatur, sin Pamphilus α || 8 ad] ac *G*, ad (*sscr.* uel ac) *F* || 9 origo culpae *VS* || 17 mulier est β || 19 quo *W*.: quod *codd.* | pati *suppl. W*.; auferre *G* | potest *G* || 21 sicuti *VS*, ⟨ut (et *F*)⟩ sicut β || 24 tritus *L*, trritus *G*, tristis *rell.* | ⟨prae⟩ iniuria α || 28 fiat *W*.: fit *codd.*

385 *ceatur se esse ducturum. hoc ait* **11** *EX EA RE QVID FIAT*
VIDE. sed hoc male interpretatur adulescens, ut contrarium
386 *post promissionem suam ponat euentum: ait enim* **12** AB
ILLA EXCLVDAR HAC CONCLVDAR* *ut a Glycerio excludar,*
inquit. hic erit euentus, at ille contra qui persuadebat
ostendit *magis* qui euentus sit futurus, *si polliceatur, et*
387 *facile esse dicit* **13** *NEMPE HOC SIC ESSE OPINOR DICTVRVM*
PATREM DVCAS HODIE VOLO VXOREM TV DVCAM INQVIES. ut
ostendat rem in uerbis esse, post nihil futurum sermonis,
389 *adiungit* **15** *CEDO QVID IVRGABIT TECVM. ipsum deinde ponit*
euentum HIC REDDES OMNIA QVAE NVNC CERTA SVNT CON-
391 CILIA INCERTA VT SIENT. ab utili subiungitur **17** SINE
OMNI PERICVLO. sed hoc tunc demum consilium bonum
est *polliceri patri,* si Chremes filiam suam Pamphilo nolit
tradere *uxorem. nam si uelit temptare adulescentis animum*
senex et continuo ad Chremetem pergere et petere filiam,
periculosum est. ideo adiungit fortasse posse aliqua mu-
tari, ut Chremes quidem nunc nolit, tamen tradat aliquando.
aduersus istud *igitur,* ne consilium mutet Chremes, nihil
392 aliud consilii datur. — **18** NEC TV EA CAVSA MINVERIS
HAEC QVAE FACIS *IS NE MVTET SVAM SENTENTIAM* hoc qui-
dem obscure dictum est, est autem *hic* sensus: unde tu,
ne sententiam suam mutet Chremes, haec quae facis mu-
tare noli, ut ad amicam uadas, *et consuetudinem ne im-*
mutes; quae si perseuerauerit, not⟨a am⟩atio omnis fuerit, ut
Chremes non possit mutare suam sententiam. redit rursus

α *[4] hic leui (-ni *S*) mutatione uerbi fit figura paronomasia (paran- *VS*).

5 ⟨et⟩ hic α | erit] esset α | econtra *VS* ‖ 6 futurus sit α *G* ‖ 10 adiecit *G* ‖ 11 HIC — SIENT] et certa consilia, quibus praemeditatus uenit, reddes incerta omnia α | HIC] hac *L*, hec *G* | sunt ⟨ei⟩ *F* ‖ 12 subiungitur ab utili α ‖ 13 periclo *B′* | consilium *ante* tunc *B′* ‖ 15 tradere] dare α ‖ 17 mutari ⟨sententia⟩ *G* ‖ 19 ⟨et⟩ aduersus α | nihil — datur] sequitur α ‖ 21 ne is *F* (= *Ter.*) ‖ 22 est autem] sed est α ‖ 23 ne *post* suam α ‖ 25 ⟨in⟩ qua si perseueraueris (*cf. p. 40, 5*) *Goetz* | nota amatio *Schoell* | ut *om. LF* ‖ 26 suam *ante* non *FG*

394 ad consilium **20** PATRI DIC VELLE et concludit euentum
CVM VELIT TIBI IVRE IRASCI NON QVEAT. hic ⟨incidit⟩
quaestio 'sed aliam pater poterit quaerere uxorem'. huic
395 respondetur coniecturaliter **21** NAM QVOD TV SPERES PRO-
PVLSABO FACILE VX*OREM* H*IS* MO*RIBVS* DA*BIT* NE*MO** si per-
seueres in amore amicae atque peregrinae, his moribus
nemo iam det uxorem. hic rursus incidit alia quaestio
'sed qualemcumque inueniet pater, ⟨*si*⟩, *ne det his mori-
bus*, *perseueres*'. hoc ergo proponit quasi ex aduersa
396 parte* **22** *INVENIET INOPEM POTIVS QVAM TE CORRVMPI SINAT.*
*huic respondetur futurum esse ⟨negligentem⟩, nil locuturum
patrem, si simul cognouerit filii animum uxorem ducere non*
397 *recusantis. hoc ergo sic opposuit* **23** *SI TE AEQVO ANIMO AC-
CIPIAT FERRE NEGLEGENTEM FECERIS ALIAM OTIOSVS QVAERET.*
398 adiunxit **24** ALIQVID INTEREA ACCIDERIT BONI. quoniam
in rebus asperioribus, quae uitari non possunt, remedium
est dilationis persuasio, talibus commentis adulescens unam
sollicitudinem non iam ex amore, sed ex pietate supponit,
quod metuit, ne natum sibi filium pater possit agnosce-
re*, *quippe cum promisisse se dicat suscepturum. huic pro-
uisionem Dauus in posterum pollicetur.*

α * [5] 'speras' id est times. ⟨et⟩ est (*om. S*) acyrologia (achirol- *codd.*). 'propulsabo' id est repellam, unde obiectio (abi- *codd.*, *corr. Lindenbr.*) et depulsio criminis.

*[10] et est collatio duorum malorum, quorum alterum eligitur.

399 *[20] nam id metuit. unde sequitur (*W.*; supra *codd.*) **25** VIDE QVO ME INDVCAS. est autem inductio oratio, quae rebus non dubiis captat assensionem eius, cum quo instituta est; quibus assensionibus facit, ut illi dubia quae-

2 ⟨ut⟩ cum *F* | incidit *add. W.* ‖ 3 pater *om. β* ‖ 4 SPERES] *sic L*, speras *rell.* ‖ 6 amore — uxorem] his moribus, nec Chremes nec alius dabit tibi filiam suam *α* ‖ 7 nemo — 8 moribus *om. G* ‖ 7 nemo iam] memoria *L*, nemo tibi *F* ‖ 8 si *add. Zeune* ‖ 11 negligentem *add. W.* ‖ 12 non recusantis] perseuerantis *G* ‖ 13 SI TE] ita *L*, si ita te *F* | accipiet *Ter.* ‖ 15 adiecit *F* | interea aliquid *FG* (*sic Ter. codd. praeter D*) ‖ 17 est *post* persuasio *α* | commentis] commotis *L*, -tus *FG* | unam] summam *Goetz*; *an* suam? ‖ 20 promisisse *F*, posuisse *L*, potuisset *G*

α dam res propter similitudinem earum rerum, quibus adsensit, probetur (= *Cicero, De invent. I 31, 51*), ut qui musicam nouit, musicus est, et qui grammaticam nouit, grammaticus (est *add. B*). qui hoc assentit, propter similitudinem assentiet: qui malum nouit, malus est; similiter qui semel adulterium facit, adulter est, et qui semel iuste agit, iustus est. ita inducendo perducitur
403 quis ad inuitam confessionem. — **29** CAVE TRISTEM SENTIAT hoc uerbum, id est 'caue', significat uide ne, et hoc interdum.

4.

404 **1** REVISO QVID AGANT *AVT QVID CAPTENT CONSILII* haec scaena euentum supra positi consilii complectitur, ut temptet filium pater et patri filius ex Daui persuasione
407 promittat. — **4** ORATIONEM SPERAT INVENISSE SE QVA DIFFERAT* TE *dicit enim patrem iratum meditatam accusationem inuenisse.* admonet rursus adulescentem, quo
408 facilius respondeat **5** *PROIN TV* FAC VT APVD TE SIES consilium tibi traditum mente contineas, *quo facto apud*
409 *te esse poteris.* — **6** CREDE MIHI *INQVAM PAMPHILE NVMQVAM HODIE* quoniam Pamphilus ueluti difficultatem posuerat dicendo '⟨modo⟩ ut possim', respondit rursum ad euentum, quod pater *hodie* uerbum non commutaturus sit, si semet dixerit *esse* ducturum.

α * [5] id est increpet uel dissipet.

5.

412 **1** ERVS ME RELICTIS REBVS *IVSSIT PAMPHILVM HODIE OBSERVARE* haec scaena fortunae interponitur. Byrria seruus Charini, qui eam uult ducere uxorem, quam qui-

2 consilii positi *β* ‖ 3 et patri (pater *LG*) — persuasione] cui ex suasione Daui *α* ‖ 4 SE *om. LG* ‖ 5 dicit — 6 inuenisse *post* 7 respondeat *in codd.* ‖ 7 sis *G α* ‖ 8 ⟨id est⟩ consilium *α* | contine *α* ‖ 9 inquam mihi *G* ‖ 11 modo *add. W.* ‖ 12 uerbum *post* sit *F*, *om. LG* | semet] seni *G*, se *α* ‖ 15 *fort.* Fortunae ⟨est⟩. interponitur Byrria *et infra* ⟨et⟩ quo . . . increscere, apponitur *etc.* ‖ 16 eam] Philumenam *α*

dem Pamphilus non uult, pater filio offert, quo error facilius possit increscere, apponitur eo tempore, quo Pamphilus ex suasione serui falso quidem, *non uoluntate*, pro-
418 missurus est *patri* se uxorem *esse* ducturum. — 7 *HODIE VXOREM DVCAS VT DIXI VOLO supra* (*I 5, 18—19*) *enim Pamphilus ipse dixit* '*praeteriens modo mihi apud forum «uxor tibi hodie ducenda est, Pamphile»*': *merito ergo*
419 *nunc* '*ut dixi*'. — 8 NVNC NOSTRAE TIMEO PARTI hoc ex persona Byrriae *intelligendum* propter timorem, quem a
421 domino habet. — 10 *QVID DIXIT rursus Byrria* † *eiusdem est admonitus sui Pamphilum quod commiserat*†. —
423 12 SVM VERVS hoc est uera dico. Dauus hoc loquitur, quod secundum promissionem nullum uerbum fecerit
429 senex.* — 18 *ME MEMINI VIDERE hoc est scio et intelligo quod uideam.* — *QVO AEQVIOR SVM PAMPHILO SI SE ILLAM IN SOMNIS QVAM ILLVM AMPLECTI MALVIT scio etenim uidere: quod sit pulchra cognosco, unde fauco Pamphilo, quod maluit illam se potius amplecti quam alterum.*

α*[14] quod solent facere irati saepius repetendo uerba inimici.
423 sequitur Byrria diffisus 12 ERVS VXORE EXCIDIT id est priuatus est. et posuit (*W.*: post *codd.*) notum prouerbium: his enim in insinuatione uti utillimum (utilli[ssi]mum *B*) est uel ad concitandum uel ad reconciliandum ani-
429 mum auditoris. — 18 MEMINI ME VIDERE pro uidisse scilicet illam QVO id est in qua re AEQVIOR id est iustior
430 SVM PAMPHILO 19 SI SE Pamphilum MALVIT ILLAM AMPLECTI INSOMNIS id est uigilans, ut sit una pars; uel per somnos QVAM ILLVM amicum suum, id est dominum meum. et est amphibolia (-boloia *codd.*) per casum accusatiuum, ut 'uolo amplecti illum illam'.

1 ⟨dum⟩ pater α; *fort.* pater ⟨tamen⟩ | offert ⟨interuenit⟩ α | facile *G* ‖ 2 accrescere α ‖ 9 a domino] domini *ante* quem α ‖ 10 eiusdem *om. G* ‖ 11 sin *L* | pamphilus *G* ‖ 12 hoc — senex] hoc Dauus, qui in hac scaena semper cum silentio loquitur. id est: dixi uerum, quod senex non commutaret uerbum? α ‖ 14 memini me *F* ‖ 16 etenim *Lindenbr.*: et non *codd.* | uideri *codd.*

6.

432 **1** HIC NVNC ME CREDIT haec scaena dolos habet utriusque personae, senis et Daui. *namque ille inquirit, an filius aegre ferat quod facturus est nuptias; contra callide seruus respondet non omnino negans, ne fidem prodat, sed esse apud Pamphilum sollicitudinem dicit:* nam iam cogitatio est quod praeteritum fuerat dimisisse, et ut ueri simile faciat, quanto sibi dedecori esse putauerit *quod amore meretricem dilexerit*, *Pamphilus cogitauit et* nimia temporis. ratione compulsus uult ducere uxorem.* at Simo senex animi cogitationem metitur ex uultu, uti dicat *pater* filium aegre ferre, quod subtristis est uisus. hic fiunt quasi per coniecturam argumenta, cur tristis sit. sed haec est pars *a proponente,* quae dicitur a summo ad imum. sequitur causae deriuatio: ille enim dicit tristem esse propter nuptias, hic supponit alteram causam, quam quidem, quoniam repentinum est quod obiecit se-
449 nex, diu quaerens *Dauus multa promit, dico* **18** PVERILE EST . . . NIHIL: *haec inquirentis sunt quid respondeat.* ad postremum deriuationem causae *hanc* ponit, quod nimium parce pater faciat sumptum, cum filio tradat uxorem. addit causas, quod neminem ex amicis uocet ad cenam

442 α *[9] **11** VIA id est ratione, ut Virgilius (*Aen. IV 478*) ‘inueni, germana, uiam’.

1 HIC — CREDIT] aliquam sibi fallaciam portare *add. F*; *totum om. L G* ‖ 2 inquirit *W.*: inquit *codd.* ‖ 3 es *codd.* ‖ 4 respondit *codd.* | ne *Lindenbr.*: sed *L*, sed ut *F*, si *G* | prodat (it *G*)] perdat *edd.* ‖ 5 sed *om. F* ‖ 6 cogitatio est *W.*: cognitionẽ *LBVS*, -ne *FB′*, -ni *G* | praeteritum] p̄trm *B*, pctm̃ *G*, poterit id tum *L* ‖ 7 fiat α | dedecori *V*, dec- *rell.* ‖ 10 animi] amico *LF* | cognitionem *F* ‖ 11 uisus est α ‖ 13 est *om.* β ‖ 17 quaerit α | promit *edd.*: promittit *codd.* | dico *om. F* ‖ 18 nihil ⟨ne hem⟩ *codd.* = *II 6, 4* ‖ 19 causam α*F* | quod (qua *L*, quã *G*) — uxorem] ait nimium parce facere sumptum α ‖ 21 quod — cenam] quod filio non uidetur uxorem dare, quod neminem amicorum uocare possit α | uocet *Lindenbr.*: -at *codd.*

†*et inquit et parcum*†*: ne luxuriosus sit filius, potius parcum dixit se*⟨*nem*⟩. adicit et seruus testimonium suum, quod uere
457 parce senex praeparet cenam.* — **26** QVIDNAM HOC EST REI secum cogitat senex *orationem Daui et* promissionem filii: non uera omnia suspicatur ex moribus serui, quem 'ueteratorem' appellat, hoc est callidum et astutia uetusta roboratum. concludit ergo 'si in hoc consilio *et in hac re* aliquid mali est, illic est huic rei caput' hoc est Dauus seruus.

α*[3] 'perparce' namque uocatiuus casus est.

III.

1.

459 **1**⟨*****⟩ et illis inter se loquentibus *pater* Simo, ut agnoscat filium illam peregrinam amare, quo amplius incendatur ad nuptias *faciendas*, ut ei error omni ratione cumuletur uel ex locutione mulieris uel ex uocibus parturientis, *quam* credit propter sui praesentiam cuncta simu-
462 lare.* — **4** *FIRMAVIT FIDEM promisit se eam uxorem esse*
464 *ducturum. et huic rei argumentum illud apponitur* **6** *NAM*

461 α*[15] **3** AB ANDRIA EST (Simo *add. B'*) ex proprietate linguae agnoscit illam (dum dixit 'ab Andria est' *add. B'*).

1 inquit] dicunt *G*; 'et ⟨ipse⟩' inquit 'te parcum ⟨dico⟩' *Schoell* ‖ 2 dixit senem *Schoell* | adiecit *G* | suum testimonium α ‖ 3 praepararet *LBVS* | rei est *F* ‖ 4 cogitatus *G*, -tans *B'VS* ‖ 5 ueram (*om.* omnia) α ‖ 8 illic est *om. G* | ⟨et⟩ huic *F*, huius *G* | hoc — seruus] id est in Dauo *ante* est *2.* α ‖ 10 *Initium scaenae deest; in F haec suppleta sunt* Ita pol quidem res est. misis ancilla narrat lesbie, quemadmodum pamphilus promisit sibi gliscerium non esse deserturum, quod quidem symo audiuerat, propter quod nescio quid suspicatur. *Desiderantur haec fere*: ITA POL — RES EST in hac scaena inducuntur Dauus seruus et Mysis ancilla ‖ 11 amare peregrinam *FG* ‖ 12 ⟨et⟩ ut*?* ‖ 14 propter] in α ‖ 15 esse *om. L* ‖ 16 opponitur *LF*

468 QVOD PEPERISSET IVSSIT TOLLI. — **10** QVOD REMEDIVM HVIC MALO INVENIAM *pater ultra ueritatem nescio quid suspicatur: credit enim peregrinam istam mulierem ad prohibendas nuptias ista simulare*. secum igitur coniecturalibus argumentis cogitat ueri simile non esse suscipere uelle liberos ex peregrina, unde confirmat mulierum calliditate *hoc* effici, ut *fingatur partus et* nuptiae impediantur. *denique*
471 *hoc ait* **13** HANC SIMVLANT PARERE QVO CHREMETEM ABSTERRE-
473 ANT. — **15** IVNO LVCINA duas potestates Iuno habet: eadem namque pronuba est, hoc est nubentibus praeest, ut est (*Verg. Aen. IV 59*) 'Iunoni ante omnis, cui uincla iugalia curae'; eadem et Lucina *est*, quae praeest parturientibus et lucem nascentibus dat. hanc quidam tamen Dianam potius esse dixerunt, nam Menander ipsam uocat, cum dicit Ἄρτεμις. quamquam et Vergilius eandem Lucinam Dianam uoluit, *unde est* (*Ecl. IV 10*) 'casta faue,
475 Lucina: tuus iam regnat Apollo'. — **17** NON SATIS DIVISA SVNT COMMODE TEMPORIBVS non bene, inquit, haec diuisisti neque temporibus tradidisti*: *quasi Daui consilio ista completa sint, ut, cum senex ante ostium staret, tunc*
477 *continuo pareret puella*. — **19** NVM IMMEMOR ES DISCIPVLI *supra (I 2, 21) enim dixerat 'tum si quis magistrum cepit ad eam rem inprobum'. quod si ita est, sensus hic*

α*[19] ut nec ante nec post puella parere potuerit, nisi cum
477 me praesentem audiuit. — **19** NVM IMMEMOR ES DISCIPVLI ac si diceret: si (etsi?) Pamphilus diuisit, techna (thecna *B'VS*) discipuli ad magistrum respicit. et est argumen-
479 tum a maiore ad minus. — **21** Adorior, id est aliquam rem incipio, facit praeteritum adortus sum; sin uero significat loqui incipio, melius adorsus (sum *add. Lindenbr.*). ponuntur tamen pro se inuicem.

6 confirmatur *G* ‖ 7 effici] fieri *α* ‖ 8 HANC — ABSTERREANT] hanc simulare partum quo Chremetem absterreat (ext- *G*) *codd.* ‖ 9 habet Iuno *α* ‖ 10 ut est *om. L* ‖ 13 quidem *β* ‖ 14 potius Dianam *α* | nam ⟨ita⟩ *Lindenbr.* ‖ 15 artemio (arth- *α*) *codd. pro* APTEMIC ‖ 18 sunt commode sat diuisa *α* ‖ 20 sint *W.*: sunt *codd.* ‖ 22 tum *om. L* ‖ 23 ceperit *LG* | quod si] atque *L*

est: num quidnam tu es immemor discipuli tui, hoc est
480 *Pamphili?* — **22** EGO IN PORTV NAVIGO mea, inquit, consilia ita sunt, quemadmodum nauis *nauigat* in portu.

2.

481 **1** ADHVC ARCHYLIS *QVAE ADSOLENT QVAEQVE OPORTET OMNIA ESSE VIDEO* haec scaena ad errorem cumulandum uidetur adiecta, ut Lesbia obstetrix domo egrederetur et quae essent intus facienda de uia mandaret. et quoniam in primo partu semper dolor est, dicit puellam non debere esse sollicitam: omnia enim signa, quae ad salutem esse
483 possent, integra permanere. — **3** *NVNC PRIMVM FAC ISTA VT LAVET* ⟨*cum*⟩ *ea quae peperit in dolore perseucret,* medicinae ratione ad lauacrum compellitur, ut dolor desinat. ⟨at⟩ melior sensus est ‘nunc primum fac ista ut lauet’, ut illa scilicet, quae immunda sunt sanguine parturientis
484 *impleta,* lauentur.* — **4** QVOD IVSSI *DARI BIBERE* et hoc utique ad dolores continendos datur. ita hic nescio quid medicinae intelligitur, *ex quo dixit ‘quod iussi’. adicit* ET
486 *QVANTVM IMPERAVI DATE.* — **6** PER ECASTOR iuratio est per Castorem. — SCITVS PVER EST NATVS PAMPHILO ele-

α*[15] et puerum enim et puerperam post partum statim aqua tepenti perfundi placet physicis, puerum, quia genitali aluo profusum si nimium frigus exceperit, uix ad uitam euadit (*ex* -dat *corr.* *S*). cuius rei exempla sunt uitrea uasa, quae temperata mutatione fornacum frigus assuescunt, si statim refrixerint, franguntur.

3 ita] certa *G, om. F*; tuta *Schopen* ‖ 5 terrorem *L* ‖ 7 de uia *om. β* (*recte?*) ‖ 9 omnia enim] quippe omnia *α* ‖ 10 possunt *α* | istec *F* ‖ 11 cum *add. W.* | perseuerat *FG* | medicinae — desinat *om. B* ‖ 12 ratione *om. L* ‖ 13 at *add. W.*; ⟨sed⟩ melior *B, edd.* | fac ista] faciam (-em *G*) *β*, fac istaec *α* ‖ 15 utique hoc *F α* ‖ 16 ita] et *α* ‖ 19 ⟨id est⟩ elegans *α*

487 gans et admodum suauis.* — **7** QVANDOQVIDEM IPSE EST
INGENIO BONO *ipse est, inquit, Pamphilus,* ut mereatur filius
superstes esse, *quandoquidem pater ingenio bono est.* —
490 **10** NON IMPERABAT ⟨CORAM⟩ *QVID FACTO OPVS ESSET PVER-*
PERAE argumentum est, quo doceat ab Dauo ista uni-
uersa compleri, *siquidem nec coram habere uoluit quae*
puerperae uidentur esse facienda. p u e r p e r a autem dici-
tur quae recens partu est, sed ⟨non⟩ a muliebris parte
sexus nomen impositum est — nam utique et puel-
lam parit —, sed quod puerum pariet. quamquam *et*
494 antiqui puellam p u e r a m saepe dixerunt. — **14** SALTEM
ACCVRATE *VT METVI VIDEAR* ita me, inquit, dolis debes
fallere, ut in omnibus actibus tuis uidear a te timeri.*
hoc enim dixit VT METVI VIDEAR CERTE SI RESCIVERIM: ma-
xime enim debeo metui, si fraudes forte resciuerim. —
496 **16** QVID RETVLIT hoc est: quid profuit me ante fuisse
auditum? supra *(I 2, 34)* enim dixit 'neue tu dicas tibi
498 non praedictum: caue'. — **18** TENEO QVID ERRET *ET QVID*
AGAM intellexit Dauus mulierum consilium *hoc* senem su-
spicari, quod illae *ad* ⟨*de*⟩*terrendas nuptias* uideantur ista
simulare. idcirco uult commodare consensum, quo domino
507 suo error augeatur.* — **27** *SED NIHILO MINVS REFERETVR*

α * [1] Vel 'perscitus' id est ualde bonus. et (*om. B*) est definitio qualitatiua potestate, non actu.
* [13] et est figura antisagoge (antiseg- *codd.*), proposita superius epimone. — CERTE SI RESCIVERIM scilicet 'puniam te',
495 quod prae (per *B*) ira dicere non potuit. — **15** EDIXIN TIBI abhinc est epitrochasmos (-trocosmos *codd.*), id est dicti (-ta *S*) rotatio.
501 * [22] **21** DENVNTIATVM EST scilicet a Mysi (-side *Gerstenb.*) per

4 CORAM *add. W.* ‖ 5 ab] a α ‖ 6 nec coram *W.*; haec (hanc *G*) horam *codd.* ‖ 8 non *add. W.* (*propter* sed *quod sequitur*) | ab *LF* | muliebris *post* parte α; uirilis *Karsten* ‖ 10 parit — pariet (-at *F*)] et puerum pariens dicitur puerpera α ‖ 11 saltim *L* ‖ 14 dixi *LG* | uidear metui *LG* ‖ 15 fraudis *codd.* ‖ 16 ante — auditum] tibi dixisse α ‖ 18 non *om. L* | QVID ERRET *om. LG* ‖ 20 tenendas *LG*; *corr. W.* | uideantur ista (illa *sscr.*, uel ista *F*) simulare] ista simularent α ‖ 21 commendare *LF*

HVC PVER ANTE OSTIVM quo facile et de praeterito Dauus
511 admonuisse dominum declaret, †*hoc uide*† **31** AVDIVI inquit, conscius non sum, qui auditu ista cognoui. *sed* incipit quaestio per locum communem, an famae credendum sit. ita adiungit argumenta ex pluribus rebus: *ET CREDO* inquit MVLTA CONCVRRVNT* *SIMVL QVI CONIECTVRAM HANC NVNC FACIO. quae argumenta colligit ex factis praecedentibus atque dictis, quod iam grauidam se mulier esse dixerit.* collegit ergo easdem res, hoc est facturas *ut puerum ante ostium ponant,* siquidem obstetrix iam uidetur *esse* accersita.* *obicitur rursus Dauo, cur non hoc, cum expositionem argumentis collegisset, continuo dixerit Pamphilo,* et hic similiter quasi reus efficitur negligentiae. at hoc coniecturaliter refutatur*, *si quidem dicit se ⟨dixisse⟩ exinde Pamphilo, ex quo nuptias idem Pamphilus uult. unde est et*

α catatyposin (-tiposin *codd.*; cathypotyposin?, *cf. Cassiod.*
507 *in ps. 72*) id est per quandam imaginationem. — **27** NIHILO SECIVS pro nihilo minus DEFERENT HVC PVERVM.

*[6] qui (quia *B′VS*) argumenta colligit, ex factis uel dictis praecedentibus agit. est enim coniectura ex praecedentibus consequentium uel ex consequentibus praecedentium uel de remotis praesentium inspectio. et per leptologiam, quae fit quando res singulae minutatim proferuntur, ostenditur falsum esse quod audierat.

*[10] quae, ut per †antepson (analepsin *Schoell*) solet fieri,
516 apponat puerum. — **36** HOC NISI FIT per antisagogen (-egoge *codd.*) est sensus: uidebis puerum et remouebuntur nuptiae.

*[14] et utitur testimonio. post fit argumentum a persona, quod ille est filius, ille seruus, unde (et de *S*) adhibendo fidem filio nihil restare autumat nisi ut Chremem (chremetem *B*) oret.

2 declaret ⟨et eius opinionem a se amoueat⟩ *α*; *fort.* declaret, ⟨hoc indicat futurum. et cum ille interrogaret⟩ hoc unde ⟨sciret⟩ AVDIVI *etc.* ‖ 4 famae *Gerstenb. coll. Don.*: a me *codd.* | ita] et *α* ‖ 5 plurimis *L* (*recte?*) | inquit *post* MVLTA *α* ‖ 7 quae *W.*: qui *codd.* | collegit *G* ‖ 8 iam *om. L* | dixerat *LF′* ‖ 9 ergo] tamen *α* | hoc esse (*om.* res) *α* ‖ 12 continuo ⟨non⟩ *codd.* ‖ 14 dixisse *add. W.*

526 QVIS EVM AB ILLA EXTRAXIT NISI EGO. — **46** PARVI PENDO *id est contemno.*

3.

533 **1** IVBEO CHREMETEM haec scaena petitionem habet, quippe Simo petiturus redit ad Chremetem, ut filiam suam det filio *coniugem*. hic utique qualitatis est et deliberatiuae forma [‘iubeo’ inquit ‘Chremetem’ id est uolo, ut Virgilius (*Aen. V 386*) ‘reddique uiro promissa iubebant’]. conuenit et Chremes certa *et ipse* ratione compulsus: oportuerat enim Chremetem de Pamphilo esse sollicitum, quippe qui prior uenerat, ut nuptias ei polliceretur. non ergo sine coniectura esse debuerat, qui opera, quae ad Pamphilum pertinerent, uel argumentis uel rumore cognosceret. *nam illum habere meretricem amicam inde Chremes cognouerat, siquidem (I 1, 117—118) ‘uenit Chremes ad me clamitans indignum facinus comperisse’*. sed etiam nunc, cum Simo nuptias praepararet, falsas quidem, ueri rumor fuit, quo debuit Chremes compelli *in dispersum causae,* et ipse *ad Simonem* uenit. *denique ita se inuicem quaerere compelluntur, ille ut roget filio nuptias, hic ut insaniam Simonis admiratus quaerat e Simone, cur*
534 *nuptiae esse dicantur. adicit ergo Chremes* **2** ALIQVOT ME ADIERVNT *EX TE QVI AVDITVM AIEBANT*: unde pulcherrimum argumentum dedit, ut non iam rumor sit sed paene

1 abstraxit *Ter.* | PARVI — contemno *secl.?* ‖ 3 IVBEO CHREMETEM] Nunc cremem *L* (= *III 2, 47*), *om. VS* ‖ 4 petiturus redit *Schoell*: rediturus (redd- *L*) *β*, redit *α* (redit *olim sscr.*) ‖ 5 ⟨eius⟩ filio *α* ‖ 6 forma *Lindenbr.*: -mae *codd.* | iubeo — id est (*om. LG*) uolo (*om. G*) — uiro (*B*, *om. rell.*) — iubebant (-bat *codd.*) *secl. W. ut interpol.* (*cf. Don.*) ‖ 8 ipse *Gerstenb.*: ipsa *codd.* ‖ 10 nuptias *post* polliceretur *α* ‖ 11 operā *LGVS* ‖ 12 pertineret *Lα* ‖ 14 *fort.* siquidem ⟨Simo dixit⟩ ‖ 16 ⟨et⟩ falsas *codd.* | ueri⟨que⟩ *codd.*, *corr. Lindenbr.* ‖ 18 et] sed *α* ‖ ⟨prae⟩uenit *α* ‖ 21 aliquot ⟨inquit⟩ *α*

ueritas, ex quo ab ipso Simone auditum esse dicebant:*
HODIE *inquit* *FILIAM MEAM NVBERE TVO GNATO.* sed Simo
536 petit audientiam eius. et principium deliberatiuae: **4** AV-
SCVLTA inquit *ET QVID EGOMET TE VELIM ET QVOD TV QVAE-*
538 *RIS SCIES.* deinde incipit ipsa petitio: primo a precibus **6** PER
EGO TE DEOS ORO *ET NOSTRAM AMICITIAM CHREME,* deinde
542 ab ipsa petitione **10** *ATQVE ITA* VT NVPTIAE FVERANT FV-
546 TVRAE FIANT.* hic responsio datur ab utili **14** SI IN
REM EST *VTRIQVE VT FIANT ACCERSI IVBE.** quam quidem
rem in quaestionis loco positam dissimulat senex et fieri posse
552 conicit *dicendo* **20** IRAE SVNT INTER GLYCERIVM *ET GNATVM,*
ut contulisse uideatur 'tametsi inutiles nuptiae sunt, tamen
occasio est, ut utiles esse possint'. *at ipsum posse negat*
Chremes, siquidem amore constrictus numquam poterit ad
564 *nuptias copulari.** [**32** QVI SCIS ERGO *ISTVC NISI PERICVLVM*
FECERIS 'periculum' temptamentum, ut Cicero *(divin. in*
Caec. 8, 27) 'quando tu tui periculum fecisti?' item ipse

α *[1] et indignationis partes exsequendo ait VISO TVN' AN ILLI INSANIANT.

*[8] et pulcherrima (-me *VS*) insinuatione usus est, quia in admirabili genere causae turpitudo auditori persuasa fuerat.

*[9] postea, quia amicorum omnia sunt communia, mutat personas et pro eo in quo offenditur illum quem diligit interponit.

555 *[15] **23** AMANTIVM IRAE hoc argumento usus ex amore refutat superiora dicens quod amantes post (*W.*, per *codd.*) iram reconciliati numquam se deserunt, si se ante perfecte amauerunt. a consequenti quid fieri possit prouidens
556 praecedere temptat dicens **24** DVM TEMPVS EST (datur *Ter.*). et per characterismon (car- *codd.*), id est informationem
561 futurorum, quid consequens sit dicit ab utili. **29** CHREME
564 autem uocatiuus graecus est. — **32** NEQVE ME PERPETI in quem filia semper remoueret crimen.

1 ex quo *W.*: ex qua *β*, quam *α* | auditam *α* ‖ 3 eius *om. S* | et ⟨est⟩ *?* ‖ 7 ad ipsam *α* | petitionē *L α* ‖ 8 hic *om. F* ‖ 10 in *om. F* ‖ 11 conicit *W.*: dicit *codd.* ‖ 15 QVI — litteris *secl. W., cf. Don.* | ERGO *om. β* ‖ 16 ⟨hoc (*om. α*) est⟩ temptamentum *α G* ‖ 17 ipse ⟨in Eunucho⟩ *α*

(Eun. III 2, 23) 'fac periculum in litteris'*.] *his partibus utilitatis et honestatis compulsus Chremes qui negauerat filiam Pamphilo traditurum, et amicitiae ratione et condicione utilitatis impulsus promittit se filiam traditurum*

572 **40** *QVID ISTIC SI ITA ISTVC ANIMVM INDVXISTI ESSE VTILE NOLO TIBI VLLVM COMMODVM IN ME CLAVDIER VT SEMPER MAXIME FECI hoc est plurimum dilexi et maximum habui.* —

575 **43** *DISCORDARE INTER SE hoc est discordes esse.* hanc rem cum quaesisset, ut ueri simile diceret, *potius* dixit hoc sese a Dauo audisse*, *qui eorum intimus uidetur esse consiliis. atque ut uerum consilium Chremeti possit ostendere, et ipsum Dauum euocat foras.*

α*[1] et est palinlogia, quae fit quando nomen repetitum ue-
566 hementius significat, ut **34** AT ISTVC PERICVLVM; nam istud nomen per metonymiam (methonom- *B′ V S*) dictum est, quia in periculis multa temptamus. dixit hoc tamen ab inhonesto per definitionis speciem, quae dicitur poi-
568 otes (-des *codd.*). — **36** SI EVENIAT DISCESSIO id est: si fiat diuortium, nam QVOD DI PROHIBEANT parenthesis est. —
569 **37** QVOT COMMODITATES VIDE brachylogia (brachiol- *codd.*) est, quae fit, cum plura paucis complectimur. et post per ephexegesin (ef- *codd.*) ait quae sint 'commoditates'
570 id est utilitates: **38** PRINCIPIO FILIVM. deinde sequitur
574 zeu⟨g⟩ma **42** MERITO TE SEMPER. hic quoque est aetiologia (aeth- *codd.*), id est causae redditio; nam praemisso 'nolo tibi ullum commodum in me claudi' reddita est causa, cur magni faciat. et est 'magni (maximi *B′*) facio' (id *eras. in V*) plurimum diligo.
576 *[10] **44** QVI inquit INTIMVS EST EORVM CONSILIIS id est sym-
579 mystes (simmistes *codd.*) et consecretalis. — **47** HEVS ad-
580 uerbium est uocandi. — **48** ECCVM uero pronomen est, id est ecce eum. — ADEO quoque nunc est certe.

4.

580 **1** AD TE IBAM *CVR VXOR NON ACCERSITVR* haec scaena gratiarum actionem tenet, quod seruus consilia domini

2 honestis *G*, -ti *F* ‖ 4 promisit *F* ‖ 9 uero *BVS* | dicit *post* audisse *α* | se *α*

non fallat. hic tantummodo qualitas est status, ⟨ut⟩ in omnibus actionibus gratiarum. *atqui hic* dominus *cum gratias seruo suo agit,* tunc et consilium suum de nuptiis
587 quod fuerit confitetur. *dicit itaque* **8** NON FVERANT NVPTIAE FVTVRAE,* *quamquam hoc antea intellexerat seruus.* exponit et causam consilii sui SED EA CAVSA SIMVLAVI* VOS VT PERTEMPTAREM. *deinde subiungit quid egerit, quod conuenerit Chremem et exorauerit, ut filio tradat uxorem.** tunc primum intelligit Dauus se malum dedisse Pamphilo consilium*, *ut patri polliceretur se uxorem esse ducturum.*
593 — **14** OPTIME INQVAM FACTVM quoniam audito consilio senis seruus dixerat ‘occidi’, interrogatus a sene rursus quid dixisset, ab ea parte coepit, quae ab eadem littera sumpsisset exordium, ne alium sonum uocis senex cum audisset, facile reuinceret seruum uerba mutantem. ita cum dixisset supra ‘occidi’, interrogatus ‘optime inquam factum’

582 α*[5] nam antea dixerat quo (quod *B*) corrigeret illum **3** TIMVI NE FACERES QVOD VVLGVS SERVORVM SOLET siquidem ‘uulgus’
583 dixit pro multitudine **4** VT ME DELVDERES PROPTEREA QVOD AMAT FILIVS, ubi pulcherrime aetiologiam (aeth- *codd.*) expressit EGON ISTVC, qua (quo *BVS*) grauitate (-tas SV^2) pronuntiationis, ut in ironia (yr- *vel* hir- *codd.*) fieri solet, ille se absoluit, unde dominus ei iam credit.

*[6] siquidem simulamus ignota, dissimulamus nota (= *Serv. ad Aen. I 516*).

*[8] **10** VAH interiectio est ex affectu admirantis uel indignantis.

*[10] dum ante uolens probare Simo filium simulauerit, nunc iam ex eius consensu pro ueris nuptiis Chremem conuenerit.

1 qualitatis *α* | ut *add. W.* ‖ 2 gratiarum actionibus *α* | atque? | dominus *post* 3 et *α* ‖ 3 ait *LF* | de nuptiis *post* quod *α* ‖ 6 SED — SIMVLAVI *ante* et exponit (*sic α*) — sui *α* | CAVSA] gratia *α* (= *Ter.*) | SIMVLAVI] al·(alii *S*) sic malui *add. α*, al·simulaui (*ante* SIM-) *add. L* ‖ 8 chremen *L*, -metem *F* ‖ 9 ⟨Numnam perimus.⟩ tunc *α* ‖ 11 OPTIME — 15 seruum] *cf. Bruns ad h. l.* ‖ 13 ab ea] a *α* ‖ 14 sumit *α* | alium (altum *LF*) *β* (*Bruns*), alterum *α* ‖ 15 ita] igitur *α* ‖ 16 interrogatus ⟨iterum⟩ *α*

⟨respondit⟩: ab una namque littera utrumque incipit
uerbum.* *nuntiatis igitur ueris nuptiis subiungitur adhortatio, ut perseueret filium Dauus corrigere, ne adhuc animus amore meretricis impeditus facile nuptias et patris consilium contemnat. suggerit et ex ea re facultatem,*
597 *quod dixit* **18** *POTEST NVNC DVM ANIMVS* IRRITATVS EST
598 *hoc est:* de iniuriis *animus* prouocatus *est.* — **19** MIRVM NI
DOMI EST *callide interrogauerat senex, ubi esset Pamphilus, sed callidius respondit Dauus dicendo 'mirum ni domi est':* ex hoc *enim* declarat non esse illum apud meretricem. *ideo mirandum est, si non domi est.** remansit seruus cognito consilio domini et secum loquitur se iam esse periturum, quod euentus aliter ceciderit quam ipse consilium non recta calliditate susceperit.* *ita secum loquitur haec, et hic est allocutio habens quid metuat et quid uelit.*
601 *nam quid metuat, hoc est* **22** *NIHIL PRECI LOCI RELICTVM*
IAM PERTVRBAVI OMNIA, nihil ergo causae est, 'quin in

596 *[2] **17** EGO VERO SOLVS hae interruptiones in Terentio saepius positae ita sunt suspendendae, ut series orationis tenorem suum usque ad ultimum seruet, sicut hic.

599 *[11] **20** DICAM ITIDEM id est similiter. et est aduerbium qualitatis.

601 *[14] et prius quid metuat (-it *BB'V*) **22** NIHIL PRECI EST (est preci ⟨loci⟩ *S*) RELICTVM etc., in quibus hypozeuxis (ypo-
606 zeusis *codd.*) est; post quid uelit **27** VTINAM MIHI ESSET ALIQVID HIC. antiqui declinabant prex precis, unde remansit in usu accusatiuus et ablatiuus in singularitate. 'astutia' 'scelus' 'malum' et reliqua talia interiectiones sunt dolentis aut irascentis, quando ita ponuntur.

1 respondit *add. W.* | ab *om. β* | namque *G*, nam *LF*, (*ante* ab) *α* ‖ 2 uerbis (*del. et* ueris *adscr. F*) *codd.* ‖ 4 ⟨pudore⟩ amore *G* ‖ 5 consilium] imperium *F* | ea *om. LG* ‖ 6 potes *F* (= *Ter.*) ‖ 8 esset] est et *L*, est *G* ‖ 9 calidus *G*, cal.... *L* | respondit dauus dicendo *F*, respredicendo (*sscr.* rñdo *m. 2*) *G*, dauu^{9} dauu^{9} dicendo *L* ‖ 11 ⟨Nullus sum·⟩ remansit *F* ‖ 12 cognito] cogitato (-tatio *L*, -tat de *G*) *β* | et *om. β* ‖ 15 allocutio *Gerstenb.*: obl- *codd.* ‖ 16 num *LG* | nihil ⟨est⟩ *F* (= *Ter.*).

pistrinum recta proficiscar uia'; quid uelit, illo uersu de-
606 *clarauit* **27** *VTINAM MIHI ESSET HIC ALIQVID QVO ME PRAECIPITEM DAREM.*

5.

607 **1** VBI ILLIC EST SCELVS *QVI ME PERDIDIT* haec scaena controuersiam tenet talem: Dauus arbitratus falsas nuptias consilium dedit domino, ut promitteret se uxorem esse ducturum; sed Simo exorauit socerum, ille se filiam daturum *esse* promisit; fit reus Dauus, quod decepit dominum. hic status est qualitas uenialis, in qua, etsi de praeterito tempore uidetur esse deceptus, docet nihilominus se ad futurum *posse* prouidere. est igitur accusatio *haec* 'ubi illic est scelus, qui me perdidit?', quamquam conquestio in principio collocata auget crimen, quod dicit iure sibi ista obtigisse, quod serui consilio usus in periculo sit* *et non sua sibi sententia ingenioque subuenerit.*
609 — **3** *FORTVNAS MEAS COMMISISSE FVTILI* leui seruo. —
610 **4** PRETIVM OB STVLTITIAM FERO hoc est meritum atque poenam. Virgilius *(Aen. IX 232)* 'rem magnam pretiumque morae' et *(Aen. XII 351—52)* 'illum Tydides

α*[15] unde indignando superius 'ubi est?' figura erotema est, id est interrogatio. non nominatim exprimendo, sed de-
608 finiendo ait 'qui me perdidit'. — **2** NVLLI CONSILII nomina, quae moderni ponunt inter pronomina, nullus totus solus et similia, declinantur nullus nullius et nul-
609 lus nulli et reliqua similiter. — **3** FVTILI id est leui (inani *S*) et uano.

1 uersus *L*, *om. G* | declarari *L* ‖ 6 domino] pamphilo *α* | promitteret — ducturum] annueret patri *α* ‖ 7 sed] unde *α* | Simo *F*, *om. LG*; ille *α* | ille] qui *α* ‖ 8 promisit *ante* filiam *α* ‖ 9 etsi] et *LF* ‖ 11 se (sed *LF*) ad futurum (aff- *FG*) *β*, se de futuro *α* ‖ 13 collocatu *L*, -tur *G* | crimen] erm̃ *G* ‖ 14 contigisse *F*, -tingere *G* | sit in periculis *α* ‖ 17 PRETIVM] praemium *codd.*

611 alio pro talibus ausis affecit pretio'.* — **5** *POST HAEC INCOLVMEM SAT SCIO FORE ME NVNC SI HOC DEVITO MALVM facile me intelligo, inquit, incolumem esse futuro tempore, si hoc malum quod praesens est euitauero.* Pamphilus modo deliberans quaerit quid faciat, an neget hoc quod iam promiserat. sed est forma non plenae deliberatiuae et propterea diuisiones integras non habet. at postquam Dauum conspexit, continuo proponit quaestionem et crimen intendit
616 **10** *EHO DVM* BONE VIR* *QVID AGIS ME TVIS VIDES CONSILIIS IMPEDITVM ESSE.* haec accusatio tota est. at contra ille nec se defendit nec purgat, sed spem tantum-
617 modo pollicetur **11** AT IAM EXPEDIAM* hoc est: impeditum
618 te soluam. — **12** FVRCIFER in seruos istud saepe conuicium dicitur, quod, cum addicuntur poenae, furcam ex materia qualibet factam ligatam collo sustinent. ut Cicero (*pro Deiot. 9, 26*) 'quid deinde? furcifer quo progreditur?'
621 — **15** AN NON DIXI HOC FVTVRVM *supra* (*II 3, 11*) *enim, cum Dauus hortaretur Pamphilum, ut promitteret se ducturum uxorem, dixerat 'ex ea re quid fiat uide'* et respondit Pamphilus 'ut ab illa excludar, hac concludar'. *hoc ergo dixit iam ante se dixisse.* — QVID MERITVS CRVCEM semper pietas commouetur iratis, si illi, qui in crimine constituti sunt, se poenam meritos esse fateantur. idcirco adiecit seruus 'crucem'. et ab Atheniensibus haec lex fuerat constituta, uti damnatis poenae proponerentur, ut

α * [1] INVLTVM ID NVMQVAM AVFERET id est impune numquam
611 feret, id est poenam sustinebit. — **5** POSTHAC (haec *B'*) INCOLVMEM id est sanum. — SI DEVITO HOC MALVM quod imminet mihi a Pamphilo.

*[9] 'bone' antiphrasis (-frasis *codd.*) est.

*[12] ubi est paronomasia (paran- *VS*).

4 Pamphilus ⟨uero⟩ *G* | deliberationis (-nem *G*) *β* ‖ 5 hoc *F*, hic *rell.* ‖ 9 DVM *om. L* ‖ 11 nec *1.*] ne *LF* | se *om. α* defendat *L*, dat *F* | nec *2.*] non *β* ‖ 14 adducuntur *β* | ex *om. β* ‖ 15 ut ⟨et⟩ *FG* ‖ 19 et respondit Pamphilus] ubi ait *α* ‖ 21 commeritus *α* ‖ 24 ab *om. F* (*recte?*) ‖ 25 constituta *om. β* | ut *FG*

eligerent quam uellent, et si leuiorem eligerent, grauiore
624 afficiebantur. — **18** NAMQVE HOC TEMPVS *PRAECAVERE MIHI ME HAVD TE VLCISCI SINIT* in periculo *namque* posito prior est cura prospiciendi quam uindicandi. inde etiam Neptunus cum mare cerneret esse turbatum 'sed motos praestat componere fluctus: post mihi non simili poena commissa luetis' *(Verg. Aen. I 135—36)*.*

α*[7] et dicimus ulciscor aduersarium, id est ultionem capio de aduersario (*finis comm. Andr. in B*).

IV.

1.

625 **1** HOCCINE EST CREDIBILE *AVT MEMORABILE* haec scaena accusationem tenet, quod Pamphilus non seruauerit fidem, quippe qui dixerit sese eandem quam amabat Charinus uxorem non esse ducturum *et constituerit nuptias futuras*. sed huic accusationi respondit Pamphilus se potius esse deceptum neque quod fecerit hoc fecisse propria uoluntate, ut uenialis status sit. accusatio igitur generaliter coepit, quod multi homines mali de incommodis alterius gaudeant. et hoc accusatoris semper est generalitate proposita ad speciem crimen adiungere, ut est illud *(Cicero, divin. in Caecil. 9, 27)* 'nihil enim est ⟨***⟩ uitae reposcere eum, qui non possit suae reddere', deinde subiungitur species de Caecilio 'hic ego, Caecili, de te ⟨plura⟩ non dicam'. ita et hic subiungitur species de Pamphilo, quod ipse de malis alterius uideatur gaudere.*

*[22] et est sensus: numquid credi potest, quod sit alicui

1 quam — eligerent *om. L* | grauiori α || 3 MIHI *om. L α (recte?)* | ME *om. F* | HAVD] habui *L* | periculis α | nam imposito *L F* || 4 unde α || 8 commemorabile *L* || 10 quippe *om.* α | dixerat *L F* α | sese] esse *L*, et se *F*, se α | eam quam — Charinus *post* ducturum, non esse *ante* uxorem α || 16 et hoc *om. L* || 19 resposcere *codd.* || 22 de *om.* β | malo α, mali β | gaudere *om.* β

629 — **5** IDNE EST VERVM IMMO ID EST PESSIMVM HOMINVM
GENVS *sensus est: id est uerum hominum genus, quasi ho-*
mines esse intelligantur qui semper fraudibus uiuant. ac
ne quasi contra opinionem omnium istam sententiam uide-
atur dixisse, quod dixerat 'uerum hominum genus' intelligens
malos homines, adiecit deinde 'pessimum hominum genus'.
631 — **7** POST VBI TEMPVS PROMISSA IAM PERFICI *hoc est: cum*
tempus aduenerit, quo tempore ea quae promissa sunt com-
636 *pleantur.* — **12** PROXIMVS EGOMET SVM MIHI *sensus est:*
cum tibi promiserim, ego tamen mihi sum proximus, hoc
est mihi potius debeo consulere, quia maior utilitas nobis
637 *nostra est quam aliena.* — **13** AT VBI FIDES EST SI ROGES
at si interroges 'ubi sunt quae promissa sunt?' hoc est:
ubi fides maneat. — NIHIL PVDET HIC VBI OPVS EST ILLIC VBI
NIHIL OPVS EST IBI VERENTVR *'hic ubi opus est' hoc est: cum*
iam debeant compleri promissa: ibi enim opus, ⟨non opus⟩
639 *quando ipsa promissio est.* — **15** ET CVM EO INIVRIAM HANC
EXPOSTVLEM *et cum eo conquerar de hac iniuria: hoc enim*
significat expostulatio, cum iniuriae efficitur cum aliquo
640 *questio.* — **16** ATQVE ALIQVIS DICAT NIHIL PROMOVERIS

α tanta malitia insita, ut non compatiatur alterius miseriis, sed potius gaudeat et numquam se felicem credat nisi sit comparatus cui (cui comp- *codd.*) insultet. et definit qui sit (*Lindenbr.*; q2is ÷ *codd.*; *an* qualis est?) inuidus, de quo Martialis (*ep. I 40*) 'omnibus inuideas, inuide (liuide *Mart.*), nemo tibi.' et 'id genus hominum pessimum est'. 'genus' uero aequiuocum est. sensus qui sequitur talis est: melius est non promittere quam promissum non implere, quia in denegando promittere uerecundia tolerabilis, in perficiendi tempore inhonesta ac inutilis, sicque (que *eras. in V, om. S*) postposita honestate, dum res cogit denegare, ad inuerecundiam dilabuntur dicendo 'neminem plus me diligo'. postea deliberat, an ad eum eat et cum eo expostulet id est conqueratur, quia expostulatio est cum aliquo questio.

3 ⟨hoc⟩ esse *L*, esse ⟨hoc⟩ *F* ‖ 7 TEMPVS (*om. G*)] est *add. α FG* ‖ 14 hic ⟨non uerentur⟩ *G*, ⟨non uerentur⟩ illic *F* ‖ 16 ibi *W.*: ubi *codd.* | non opus *suppl. Schoell*; nihil *G* ‖ 18 et *om. L* ‖ 19 iniuriae *W.*: iniuria ei (et *F*) *codd.*

eligerent quam uellent, et si leuiorem eligerent, grauiore
624 afficiebantur. — **18** NAMQVE HOC TEMPVS *PRAECAVERE MIHI ME HAVD TE VLCISCI SINIT* in periculo *namque* posito prior est cura prospiciendi quam uindicandi. inde etiam Neptunus cum mare cerneret esse turbatum 'sed motos praestat componere fluctus: post mihi non simili poena commissa luetis' *(Verg. Aen. I 135—36)*.*

α*[7] et dicimus ulciscor aduersarium, id est ultionem capio de aduersario (*finis comm. Andr. in B*).

IV.

1.

625 **1** HOCCINE EST CREDIBILE *AVT MEMORABILE* haec scaena accusationem tenet, quod Pamphilus non seruauerit fidem, quippe qui dixerit sese eandem quam amabat Charinus uxorem non esse ducturum *et constituerit nuptias futuras.* sed huic accusationi respondit Pamphilus se potius esse deceptum neque quod fecerit hoc fecisse propria uoluntate, ut uenialis status sit. accusatio igitur generaliter coepit, quod multi homines mali de incommodis alterius gaudeant. et hoc accusatoris semper est generalitate proposita ad speciem crimen adiungere, ut est illud *(Cicero, divin. in Caecil. 9, 27)* 'nihil enim est ⟨***⟩ uitae reposcere eum, qui non possit suae reddere', deinde subiungitur species de Caecilio 'hic ego, Caecili, de te ⟨plura⟩ non dicam'. ita et hic subiungitur species de Pamphilo, quod ipse de malis alterius uideatur gaudere.*

*[22] et est sensus: numquid credi potest, quod sit alicui

1 quam — eligerent *om. L* | grauiori α || 3 MIHI *om. L* α (*recte?*) | ME *om. F* | HAVD] habui *L* | periculis α | nam imposito *L F* || 4 unde α || 8 commemorabile *L* || 10 quippe *om.* α | dixerat *L F* α | sese] esse *L*, et se *F*, se α | eam quam — Charinus *post* ducturum, non esse *ante* uxorem α || 16 et hoc *om. L* || 19 resposcere *codd.* || 22 de *om.* β | malo α, mali β | gaudere *om.* β

629 — **5** IDNE EST VERVM IMMO ID EST PESSIMVM HOMINVM
GENVS *sensus est: id est uerum hominum genus, quasi ho-
mines esse intelligantur qui semper fraudibus uiuant. ac
ne quasi contra opinionem omnium istam sententiam uide-
atur dixisse, quod dixerat 'uerum hominum genus' intelligens
malos homines, adiecit deinde 'pessimum hominum genus'.*
631 — **7** POST VBI TEMPVS PROMISSA IAM PERFICI *hoc est: cum
tempus aduenerit, quo tempore ea quae promissa sunt com-*
636 *pleantur.* — **12** PROXIMVS EGOMET SVM MIHI *sensus est:
cum tibi promiserim, ego tamen mihi sum proximus, hoc
est mihi potius debeo consulere, quia maior utilitas nobis*
637 *nostra est quam aliena.* — **13** AT VBI FIDES EST SI ROGES
*at si interroges 'ubi sunt quae promissa sunt?' hoc est:
ubi fides maneat.* — NIHIL PVDET HIC VBI OPVS EST ILLIC VBI
NIHIL OPVS EST IBI VERENTVR *'hic ubi opus est' hoc est: cum
iam debeant compleri promissa: ibi enim opus, ⟨non opus⟩*
639 *quando ipsa promissio est.* — **15** ET CVM EO INIVRIAM HANC
EXPOSTVLEM *et cum eo conquerar de hac iniuria: hoc enim
significat expostulatio, cum iniuriae efficitur cum aliquo*
640 *questio.* — **16** ATQVE ALIQVIS DICAT NIHIL PROMOVERIS

α tanta malitia insita, ut non compatiatur alterius miseriis, sed potius gaudeat et numquam se felicem credat nisi sit comparatus cui (cui comp- *codd.*) insultet. et definit qui sit (*Lindenbr.*; q2is ÷ *codd.*; *an* qualis est*?*) inuidus, de quo Martialis (*ep. I 40*) 'omnibus inuideas, inuide (liuide *Mart.*), nemo tibi.' et 'id genus hominum pessimum est'. 'genus' uero aequiuocum est. sensus qui sequitur talis est: melius est non promittere quam promissum non implere, quia in denegando promittere uerecundia tolerabilis, in perficiendi tempore inhonesta ac inutilis, sicque (que *eras. in V, om. S*) postposita honestate, dum res cogit denegare, ad inuerecundiam dilabuntur dicendo 'neminem plus me diligo'. postea deliberat, an ad eum eat et cum eo expostulet id est conqueratur, quia expostulatio est cum aliquo questio.

3 ⟨hoc⟩ esse *L*, esse ⟨hoc⟩ *F* ‖ 7 TEMPVS (*om. G*)] est *add. α FG* ‖ 14 hic ⟨non uerentur⟩ *G*, ⟨non uerentur⟩ illic *F* ‖ 16 ibi *W.*: ubi *codd.* | non opus *suppl. Schoell*; nihil *G* ‖ 18 et *om. L* ‖ 19 iniuriae *W.*: iniuria ei (et *F*) *codd.*

haec quasi per interrogationem ponuntur: cum sit enim
consilium Charini, ut accusationem ingerat in Pamphilum,
proponit sibi in irritum accusationem suam esse uenturam
ita, quasi aliquis ei dicat frustra accusaturum esse Pam-
philum: *si quis ergo est qui dicat 'nihil promoueris'*, tam-
quam responsio subiungitur* *uerbum illud quod sequitur*
641 **17** MVLTVM *hoc est: multum promouero, tamen meam com-*
642 *pleam uoluntatem.* — **18** CHARINE ET ME ET TE INPRVDENS
NISI QVID DI RESPICIVNT PERDIDI hic incipit defensio et
simul status uenialis *collocatur: hic enim uenia est* per
imprudentiam. at Charinus *tamen* perseuerat in accusatione*
et dicit hanc defensionem a Pamphilo excogitatam. cumque
Pamphilus fidem apud amicum perdidisset,* adhibet testem
651 Dauum, cuius consilio ista fecisse uidetur.* — **27** QVID
ISTVC EST TAM MIRVM *SI EXEMPLVM EX TE CAPIT* ita, inquit,
stultitia et malis moribus uiuis, ut iuste de te poenas
capiat seruus. *hoc est 'exemplum capit'*: ponitur *enim*
hoc 'exemplum' pro poena atque supplicio, *ut ipse Teren-*

641 α*[6] **17** MOLESTVS CERTE EI FVERO meis conuiciis ATQVE ANIMO MOREM GESSERO id est: ostendam ei, quem morem geram in animo.
*[11] per palinlogiam repetendo iniuriam.
*[13] qui se et a dictis et a (*om. S*) factis nimis insipienter (*hic 3 litt. detritae in B*) egisse in antecedentibus reprehendit,
647 *[14] **23** NONNE TIBI iste sensus est de primo uersu huius
648 scaenae. **24** LACTASSES autem dictum est d e c e p i s s e s,
per metaphoram tractum a pueris. et est l a c t e o l a c t e s
649 lac sugo, l a c t o l a c t a s lac praebeo. — **25** HABEAS synchoresis (*Zeune*: sinchrisis *codd.*) est, quae fit quando concedimus mala importune desiderantibus, ut est etiam illud (*V 3, 18*) 'habeat, ualeat, uiuat cum illa'.

2 charino *F* ‖ 3 ⟨et⟩ proponit *codd.* | esse] rē *G*, . . *L* ‖ 4 ita] denique *α* | ei — Pamphilum] proponat 'frustra ingeris conuicia, quia nihil pro mouebis' *α* ‖ 5 nil *L* ‖ 9 et] et est *G*, e *L* ‖ 10 uenialis *om. LG* (*recte?*) | collocatur *W.*: -tus *codd.* 14 fecisse uidetur] fecit *α* ‖ 16 ⟨tam⟩ malis *B* ‖ 18 exemplum] ex *β* | pro *om. β* | atque] et *α*

tius alio loco (Eun. V 6, 21) dicit ʻuterque in te exemplum
653 *dent'*. — **29** ALTERCASTI contendisti, *diutissime disputasti.*
654/55 — **30** SVCCENSET irascitur.* — **31** AERVMNAS MEAS mise-
657 rias et labores. — **33** NEC POSTVLABAT NVNC QVISQVAM
VXOREM DARE non aliquis postulabat, ut uxorem daret.
663 — **39** DISTVRBAT dirimit, intercedit. cum narrationem
suscepisset Pamphilus, intercedit, inquam, Charinus pro-
prio dolore, ut dicat illum sua potius istuc facere uolun-
tate. in hoc enim accusatio perseuerat, quia ille impru-
dentem se dicit esse compulsum, ut hoc quod fecit fecerit
660 uoluntate. — **36** CVR ME ENECAS cur *me* interrogatio-
662 nibus crucias. — **38** DONEC PERPVLIT *donec* persuasit.* —
664 **40** *QVI AVSCVLTAVERIM qui consensum huius persuasio-*
667 *nibus commodauerim.* — **43** EHO DIC MIHI *SI OMNES HVNC*
CONIECTVM IN NVPTIAS INIMICI VELLENT QVOD NISI HOC CON-
SILIVM DARENT sensus est: stultum admodum, Daue: *uide*
quam contrarium *inimicumque* consilium domino dederis,
uti cum uideres eum alterius amore retineri, cogeres tamen,
ut promitteret patri uxorem se esse ducturum. namque si
inimici Pamphilum uellent uxorem ducere, non aliud con-
669 silium darent nisi quod tu dedisti. — **45** DECEPTVS SVM
cum non habeat purgationem seruus, confitetur de peccato,
tamen promittit aliquid spei, ut periculum possit euadere.
670 — **46** HAC NON SVCCESSIT succedere *quid* dicitur, cum

658 α * [3] **34** et est in hoc uersu ironia (yr- *codd.*). et hoc exsequitur TV COACTVS VOLVNTATE TVA ES. quia est necessitas naturalis, est et necessitas cum uoluntate, est et sine uoluntate. sed postposita naturali de duabus reliquis hic agitur: ait enim ʻquia (et *S*) non pater te coegit, sed tu coactus tua uoluntate es'.

*[12] ubi a se honeste remouet crimen.

2 ⟨id est⟩ contendisti *α* ‖ 3 ⟨et propterea⟩ succenset ⟨id est⟩ *α* ‖ 8 sua *om. L* ‖ 9 imprudenter *G* ‖ 10 esse consulum *L* | fecit *W.*: facit *codd.* ‖ 11 ⟨id est⟩ cur *α* | interrogationibus] his dictis *α* ‖ 12 ⟨id est⟩ persuasit *α* ‖ 14 omnis *L* ‖ 17 ⟨et⟩ contrarium *α* | consilium *post* dedisti (*sic pro* dederis) *α* ‖ 18 detineri *G* ‖ 19 patri promitteret *FG* | se *om. L* ‖ 21 nisi] quam *α* ‖ 24 quid, (= quidem) *F*, qui *L*, *om. G*

bene aliquid prouenit.* *est ergo hic sensus: consilium*
meum etsi non prouenit, auxilium alia ratione quaeremus.
671 — **47** *NISI ID PVTAS QVIA PRIMO* PROCESSIT PARVM* *nisi*
credis, inquit, exinde iam me bonum consilium reperire non
673 *posse, quia primum contrarius decepit euentus.* — **49** *IMMO*
ETIAM SATIS CREDO *SI ADVIGILAVERIS* colligit *contra* Pam-
philus *magis* consilia Daui ad hoc proficere posse, ut mala
duplicata geminentur.* *conuictus seruus accusatione domini*
respicit ad officium suum dicitque nihil domino deberi a
675 *seruo nisi ut faciat imperata. dicit ergo* **51** EGO HOC TIBI
PRO SERVITIO DEBEO *CONARI MANIBVS PEDIBVSQVE NOCTES*
ET DIES ut corpus, quod in seruitio est, debeat seruientis
officium, *animus uero numquam* a seruo* *quaeri debeat, ita*
consilium quod dedi ⟨si⟩ parum prouenit, debes ignoscere.
hoc cum dominus audisset, petit, ut sibi praeterita fortuna
681 reddatur **57** *CVPIO* RESTITVE QVEM A ME ACCEPISTI LOCVM.
quoniam seruus dixerat 'si consilium bonum non est, tu tibi prouide', dominus dicit se utile *consilium* sibi esse reperturum, si modo in eo loco sit, ubi fuit ante, cum non promisisset *patri. tunc enim tuta erant omnia neque quadam necessitate tenebatur, ut uxorem duceret, quia necdum promiserat; nunc autem, quia coactus a seruo est, ut promitteret patri, post promissionem malum locum tenere coepit:* non potest enim iam negare quod pollicitus est.*

669 α * [1] 45 DEFETIGATVS (defat- *S*) id est fessus. et uenit a f a t i g o r.
* [3] hic argumentum est ab inpossibili (a poss- *S*).
* [8] et est sarcasmos (sarch- *codd.*).
* [13] quia hic a nota argumentum elicuit dicendo s e r u i t i u m a s e r u o (*tot. om. S*).
682 * [24] 58 CONCREPVIT id est sonuit. et uenit a uerbo c o n c r e p o

1 prouenerit *L* ‖ 3 parum processit α ‖ 4 me] ne *L, om. G* ‖ 6 ETIAM] nam α ‖ 12 seruitutis *G* ‖ 14 consilium — prouenit] si quid praeter spem euenit α (= *Ter.*) | si *add. Lindenbr.* ‖ 16 reddatur] restituatur α ‖ 17 consilium ⟨meum⟩ α (*recte?*) | bonum *om. L* | tu tibi prouide] tute aliud reperi α ‖ 18 sibi (esse *om.*) *post* reperturum α ‖ 19 cum non] quam α ‖ 24 est ⟨patri⟩ α

ideo ergo dicit 'reuoca me in eum locum, quem ante habueram', hoc est ut in eo negotio sim, in quo fui antequam
683 *promisi patri.* — **59** *NIHIL AD TE* hic diu inquirentem seruum et uana sibi colligentem castigat adulescens, *quia supra (v. 58) dixerat Dauus 'concrepuit.ostium'. hoc enim non debuit cogitare ille, qui de consilio cogitabat.* — AT IAM TIBI HOC INVENTVM DABO hoc quod quaeris *iam* inueniam, ut consilio tibi eum locum restituam, quem ante tenebas.

α primae coniugationis, quod facit praeteritum concrepui, sicut tonui sonui (concrepo — sonui *om. B'*; sicut — sonui *om. S*).

2.

684 **1** IAM VBI VBI ERIT INVENTVM TIBI CVRABO *ET MECVM ADDVCTVM TVVM PAMPHILVM* opportune se iam hic incerto adulescenti et anxio *plane quid agat, an quod ante promiserat deneget patri,* interponit ancilla Mysis, cuius aspectu et commemoratione *mulieris* facile animus in amorem inclinatus incumbat, quemadmodum et supra iam diximus.*
687 — **4** *ORARE IVSSIT SI SE AMES ERA IAM VT AD SESE VENIAS intellexit Mysis Glycerium parum promouisse antea commemoratione apud adulescentem. idcirco cupit eum ad*

α*[15] quod uero ait 'curabo aduentum et adductum', hoc est: curabo tibi inuentum adducere; nam gerundiui sunt pro
685 infinitiuis. — **2** ANIME MI comicum nomen blandientis
687 est. — **4** ORARE IVSSIT paraleipsis (*Gerstenb.*: -lemsis *codd.*), id (*om. B'*) est praeteritio, cum praetermittentes quaedam nihilo minus dicimus. nam praetermisso nomine Glycerii ait 'orare iussit', quia superfluum esset, si nominaret eam illi, qui de nulla alia prae amore loqui poterat.

3 hic — 9 tenebas *om. B'* ‖ 5 hoc *W.*: hic *LG*, hec *F* ‖ 8 antea *F*α ‖ 10 VBI *2. om. FG* ‖ 11 se] et *FG*, *om.* α | hic] in hac scaena α ‖ 12 plane] plurimum *FG* | an] ait *L*, aut (*sscr.* an) *F* ‖ 13 interponitur *codd. praeter F* | Mysis ancilla α ‖ 15 iam *om. L* ‖ 16 SI — ERA] misera *L*, (*ante corr.*) *F* | VT *om. L* ‖ 18 apud *om. L*

dominam uenire, hoc est ad Glycerium. idcirco ait, quod sibi, ut rogaret adulescentem, iusserit, ut ad se ueniret.
688 dicit et affectus necessitatem, *quod dicit* **5** VIDERE AIT
TE CVPERE. — *PERII* HOC MALVM INTEGRASCIT *hoc utique*
Mysidis egit aduentus, uti adulescens amore rursus incitatus
691 *existeret.* 'integrascit' renouatur. — **8** *QVIBVS QVIDEM QVAM*
FACILE POTVERAT QVIESCI SI HIC QVIESSET Charini persona istud dicit 'quam facile quiesci potuerat in nuptiis, si Dauus non tale domino tradidisset consilium, ut ducturum se pro-
692 *mitteret'.* — **9** AGE SI HIC NON INSANIT* *SATIS SVA SPONTE*
INSTIGA si dominus meus, inquit, sua sponte non irascitur,
693 *tu, Charine, impelle et coge.* — **10** *EDEPOL* EA RES EST
Mysis respondet ad id, quod Pamphilus fuerat suspicatus, *quod Glycerium* idcirco se aduocet, quod nuptias futuras *esse* audiuit: '*ea*' *inquit* '*res est, haec causa est miserae ad dolorem*'. — *MYSIS* PER OMNES TIBI *ADIVRO DEOS NVMQVAM EAM ME DESERTVRVM* sic semper est: *hi,* apud quos iam periit fides, cum argumenta deficiunt, per iusiurandum sibi in probatione succurrunt, ut est Sinon apud Troianos, qui, cum sibi ex captiuitate parum credi intelligeret, iusiurandum adhibuit, *quod credi posset* (*Verg. Aen. II 154—55*) '«uos, aeterni ignes, et non uiolabile uestrum
695 testor numen» ait'. — **12** NON SI CAPIVNDOS* *MIHI SCIAM*
ESSE INIMICOS OMNES HOMINES quoniam Mysis ante dixerat †et Dauus, ut exinde pater iratus existeret, si se Pamphilus uxorem ducturum esse denegaret, idcirco conclusit 'non si capiundos mihi sciam inimicos esse omnes homines'. —

α*[10] ironice (yf- *V*, yr- *rell.*).
*[23] hoc ex generalitate conclusit.

2 uenire (*om.* ut) *G* ‖ 3 dicit — necessitatem] hoc pro affectus necessitate *post* CVPERE α | quod dixit *FG* ‖ 5 aduentus] adiecit *L* | adulescens ⟨utique⟩ — incitatus ⟨ait⟩ *ante* HOC MALVM INTEGRASCIT ⟨et coepit conicere IDCIRCO ACCERSOR⟩ α ‖ 6 integrascit (-escit *FS*) ⟨quippe est⟩ α ‖ 7 qui esset ⟨sed⟩ *codd.* ‖ 14 ⟨id est⟩ idcirco te euocat quia futuras nuptias α ‖ 17 ⟨ut⟩ hi *G* ‖ 19 in probationem α (*etiam G his post 20* sibi *repetitis*) ‖ 22 acstrum *L*, astrum α ‖ 25 ut *om.* *L* ‖ 27 omnis *L*

696 **13** VALEANT QVI INTER NOS DISCIDIVM* *VOLVNT HANC TAMEN NISI MORS ADIMET NEMO . . . NON APOLLINIS MAGIS VERVM ATQVE HOC RESPONSVM EST non tanta ueritate Apollo respondet*
699 *quam nunc ego.* — **16** *SI POTERIT FIERI VT NE PATER PER ME STETISSE CREDAT QVO MINVS HAE FIERENT NVPTIAE VOLO SED SI ID NON POTERIT ID FACIAM IN PROCLIVE QVOD EST STETISSE PER ME VT CREDAT primum mihi consilium est, inquit, ut operam dem, ne credat pater per me esse — hoc est 'per me stetisse' —, ut hae nuptiae non fierent. id maxime cupio et id fieri uolo, ut non credat me disturbatorem esse nuptiarum. et si fieri hoc non potuerit quod in promptu est, in necessitate complebo, ut per me turbari nuptias intelligat. hoc est quod dixit 'per me stetisse ut credat', hoc est per me contigisse et factum esse 'quo minus*
702 *hae fierent nuptiae'.* — **19** *QVIS VIDEOR MISER AEQVE ATQVE* EGO *quoniam secundum consilium, quod Pamphilus posuit, tale est, ut dixerit patrem se non timere, si intellexerit, quod ipse fecit ne nuptiae fierent, idcirco et quaesiuit ipse, qualis futurus esset ex hoc consilio, et responsum est ei*
703 *'miser aeque atque ego'.* — **20** HOC EGO TIBI PROFECTO *quod spem habere posse cognoscitur, quod ipsius opera futurum sit ut nuptiae non fiant, ideo dixit 'consilium quaero'.* —
705 **22** DIES HIC MIHI *VT SATIS SIT VEREOR AD AGENDVM* Dauus seruus cum consilium rogat ut proferat, ipse sibi reperit argumenta, ut dicat diem sibi uix posse sufficere, ut *hoc* compleatur de narratione consilii* ⟨*et sibi eum*⟩ *super-*

α*[1] id est diuortium. 'ualeant' est acyrologia (achir- *codd.*),
698 id est pereant. — **15** NON APOLLINIS parabole, siquidem est rerum genere dissimilium.
*[26] 'uereor' autem est timeo. 'ut' tali uerbo iunctum pro ne accipitur.

3 ueritate *Schopen*: uirtute *codd.* ‖ 4 nunc ego *W.*: nec ego *L*, nego *F*, ego *G* ‖ 6 SI *om. L* ‖ 8 inquit ⟨quid (quod *F*)⟩ *LF* ‖ 9 ut haec *LF*, ne *G* ‖ 13 quod *om. L* ‖ 18 ⟨non⟩ fierent *LG* ‖ 21 sit ut] sic̄ *L*, *om. G* ‖ 24 rogat] quaereret α | repperit *codd.* ‖ 26 compleat α | consilium α | et sibi eum *add. W.*

707 *uacuum esse uel certe impedimento existere.* — **24** HINC
708 AMOLIMINI *hinc* discedite.* — **25** *IMMO ETIAM* NARRATIONIS *MIHI INCIPIT* INITIVM *Dauus seruus domino discedente cum animaduerteret* Charinum *etiam nunc stantem* uolens *eum* depellere, quo celerius *ipse* quae essent agenda compleret, astute interrogauit, cum omnes irent, 'quid tu? quo hinc te agis?': non enim uere audire uoluerat, *sed* ⟨*tan*⟩*tum ut impedimentum ad interrogationem discederet.* at ille tamquam interrogari se credens coeperat nescio quid narrare, *cum dixit* 'uerum uis dicam?', unde iratus uehementer Dauus, quod sibi narrare nescio quid *ille* uellet, cui hoc astute dictum fuerat ut discederet, 'immo *etiam* narrationis mihi incipit initium': *cum enim iam discessionem tuam*
710 *complere debueris, nescio quid narrare coepisti.* — **27** EHO TV IMPVDENS* *NON SATIS HABES QVOD TIBI DIECVLAM ADDO scit Dauus, quid petiuerit Charinus a Pamphilo, et idcirco imprudentem appellat, quod amplius petat quam ante (II 1, 28—29) desiderauerit* 'saltem aliquot dies profer*, *dum proficiscar aliquo, ne uideam*'. *uerumtamen stat Charinus consilium expetens, non tantum ut differat nuptias, sed ut ipse ducat uxorem.*

α*[2] nam molior est conor uel excogito, unde amolior et demolior; molo uero tertiae coniugationis est molam uerto.

*[15] 'dieculam' autem dixit diminutiue a die.

*[18] id est produc. et (*om. S*) addit causam 'ne uideam'. hinc sequuntur interruptiones quam plurimae.

2 ⟨id est⟩ discedite *α* | ETIAM] et *L* ‖ 4 ⟨enim⟩ animaduerteret *L*, ⟨enim⟩ aduerteret *F*, aduerteret *G* | etiam] et *LG* ‖ 7 tantum *Lindenbr.*, *om. G* ‖ 8 ut ⟨propter⟩ *G, om. LF* | interrogationis (*om.* ad) *G* ‖ 9 narrare] narret *L*, narrationis *G* ‖ 11 nescio quid narrare *Gα* | cui] cum *α* ‖ 12 etiam] et *codd.* 13 iam enim *LF* ‖ 18 aliquod *GL* | proficiscor *L*

3.

716 **1** NIHILNE ESSE PROPRIVM CVIQVAM haec scaena compositionem doli habet, uti, quod ante seruus Dauus domino futurum esse promisit et facturas mulieres, puerum ante ostium collocarent, quo uiso *senex* Chremes filiam suam Pamphilo non daret. *hoc nunc Dauus implere desiderat.* ac primo conqueritur Mysis, quod Pamphilus *ille*, qui promiserat se Glycerium *esse* ducturum *uxorem*, nunc incertam habeat uoluntatem. — NIHILNE ESSE CVIQVAM PROPRIVM perpetuum et fixum, ut Virgilius* *(Aen. III 85)* 'da proprium, Thym-
717 braee, domum'. — **2** SVMMVM BONVM *ESSE PVTABAM* hoc est
720 summum et bonum, amicum *et* amatorem.* — **5** *FACILE HIC PLVS MALI EST QVAM ILLIC BONI sensus est: in hoc, quod nunc deseritur, plus sit forte calamitatis, quam illic, si amor perseueraret, ut eam uxorem duceret, boni esse*
723 *potuisset.* — **8** *AD HANC REM* EXPROMPTA MALITIA *ATQVE ASTVTIA* manifesta *ct citata* calliditate *opus est et astutia.**
726 — **11** EX ARA SVME HINC VERBENAS *TIBI* Romanis omnibus

α *[9] 'propriamque dicabo' (*Aen. I 73*) (*cf. Schlee et Bruns ad h. l.*).

719 *[11] **4** VERVM EX EO NVNC MISERA antonomasia (anthomasia *S*, -siuū *V*, -nomasiuū *B'*) est, quod dixit (dicit *B'*) 'erae' (-ra *codd.*) et 'misera', ab animo et extrinsecus, ubi est
720 argumentum a minore ad maius. unde sequitur **5** FACILE HIC PLVS MALI EST QVAM ILLIC (-li *V*) BONI scilicet in relinquendo quam in amando. LABOREM uero pro dolore, sicut p e r i c u l u m pro temptamento.

*[16] aliter MILITIA (*cf. Ter. codd.* B^2C^2) ut manifeste milites meis imperiis.

1 cuiquam proprium α ‖ 2 uti — collocarent] quem Dauus domino futurum praedixerat, dum innotuit (= indicauit, *cf. II 2, 34*) a mulieribus puerum ante ostium collocandum α ‖ 3 ⟨uti⟩ puerum *codd.* ‖ 4 senes *LG* | Pamphilo filiam suam α ‖ 5 at *F*, et *G* ‖ 6 conquiritur *codd. praeter FS* ‖ 7 Glycerium *post* ducturum α | nunc] non α ‖ 8 ⟨proprium dixit⟩ perpetuum α ‖ 9 ⟨et⟩ da α ‖ 12 illi *L* ‖ 13 quod *W*: quo *codd.* | illic ⟨boni⟩ *codd.* ‖ 14 si amor] sic more *L*; si in amore? *cf. p. 39, 25* ‖ 16 ⟨id est⟩ manifesta α | scitata *G*; cita *Schoell* | et astutia *om. G*

mos est in atrio, hoc est in uestibulo, habere Vestam — quippe cum inde uestibulum nominarint —, cui sacrificium cotidie facerent, et illic ei fuerat ara collocata. idcirco
729 dictum est 'ex ara sume hinc uerbenas tibi'. — **14** VT LIQVIDO POSSIM ut pure, *inquit*, et manifeste possim iusiu-
730 randum adhibere, me puerum non exposuisse. — **15** NOVA NVNC RELIGIO *IN TE ISTAEC INCESSIT* subito, inquit, religiosus
738 effectus es.* — **23** *AVT TV PLVS VIDES aut tu plus prospicis.*

732 α *[8] et est sarcasmos (sarch- *codd.*) — **17** PRO IVPPITER prosphonesis (prosf- *codd.*), id est exclamatio ad deum, quod idcirco facit, quia Chremes interuenit.

4.

740 **1** REVERTOR POSTQVAM QVAE OPVS FVERANT *AD NVPTIAS GNATAE PARAVI VT IVBEAM ACCERSI* haec scaena dolum complet et habet subtilem causam et orationem, in qua aliud dicit aliud intelligi uult: quippe Dauus in hoc toto consilio constitutus est, uti prodatur Chremeti, quod Pamphilus *ita Glycerium diligat, ut eam iam pro uxore habeat, siquidem* ex ea susceperit filium, qua re cognita a nuptiis
742 Chremes possit abscedere. — **3** VBI ILLIC EST cum uidisset Chremetem uenire, discessit prope *repentinum* simulaturus aduentum. ideo nunc interrogata mulier quaerit ubi sit. —
744 **5** DI VESTRAM FIDEM quasi nunc Dauus ueniat, aliam orationem fingit: quasi de foro nunc ueniens conqueritur adactam maximam esse multitudinem, maximos esse populos litigantium, annonam esse caram, et iocunde sub-

3 collocata ara α ‖ 5 iusiurandum adhibere] iurare α ‖ 6 non apposuisse *ante* me α ‖ 7 ⟨id est⟩ subito α ‖ 8 es *om. LG* | AVT — prospicis *om. F* ‖ 9 fuere *F* (= *Ter.*) ‖ 12 in — est] hoc agit α ‖ 14 diligit *L* ‖ 15 ea] Glycerio α | qua — abscedere] ut hoc cognito numquam filiam suam ei committat α; *hinc usque ad V 4, 16* siquidem *deest vetus cod. V* ‖ 19 Dauus ueniat] aliunde adueniens α ‖ 20 quasi — caram] de multitudine populi apud forum litigantis et quod cara sit annona α | conqueritur *F*, -ratur *LG* ‖ 21 adactam *Schoell*: ad factam *codd.* (ad *olim sscr.*).

'46 iungit **7** QVID DICAM ALIVD NESCIO: haec enim repentina
'48 uox suscepta est, quo aduentus simularetur. — **9** HEV MYSIS PVER HIC VNDE EST dissimulat omnia, ut et Chre-
'51 metem non uidere uideatur.* — **12** CONCEDE AD DEX-
'52 TERAM* leni hoc uoce pronuntiandum *est*. — **13** DELIRAS NON TVTE IPSE idcirco haec Mysidis praecisa oratio est, quoniam *iam* coeperat indicare, quod ipse Dauus puerum attulisset. pro hac ergo oratione continuo interposuit locutionem suam Dauus cum minis atque terrore: VERBVM *inquit* SI MIHI *VNVM* PRAETER QVAM QVOD *TE* ROGO*
'54 *FAXIS CAVE*. quia dixit 'caue', ideo, adiecit **15** *MALE DICIS*. — VNDE EST DIC CLARE *petit ut Mysis dicat, puer unde sit, et ut clare dicat,* ut senex possit audire. — A NOBIS obscura responsio est. et metuit Dauus, ne unde sit haec mulier *quae dixit 'a nobis'* Chremes nesciat. idcirco ipse cum indignatione ridens, qua manifestior fieret, adiecit
'55 **16** MIRVM SI INPVDENTER* *MVLIER FACIT MERETRIX, ut indicaret hanc esse meretricis. denique quoniam hoc egit*
'56 *Dauus,* continuo Chremes agnouit et subiecit **17** AB ANDRIA EST ANCILLA *HAEC QVANTVM INTELLEGO 'ab Andria',* hoc est a Glycerio, *quae Andria est.* — **18** *ADEON VI-*
'57 *DEMVR VOBIS IDONEI ESSE IN QVIBVS SIC ILLVDATIS* fingit Dauus iracundiam et accusationem *suscipit in mulierem.*

'51 α*[4] **12** AV interiectio est irascentis.
*[5] id est transi.
*[10] 'si' pro siquidem, 'caue' autem pro uide ne.
*[17] argumentum est a causa, dictum per ironiam.

1 aliud dicam α | uox repentina α ‖ 2 HEV] heo *G*, heus *B'* (*S?*) *F* ‖ 3 hic simulat *FG* (*cf. V 2, 6*) ‖ 5 leni *W*. (*cf. p. 77, 2*): leui *codd.* | uoce hoc α | est *om. L* ‖ 6 ideo α ‖ 7 iam *om. G* ‖ 8 hac — continuo] quo statim α ‖ 9 locutionem] orationem (*om.* suam) α | Dauus *ante* interposuit α | cum — terrore] comminans α ‖ 10 ullum *F*, (*ex* unum *corr.*) *G* ‖ 11 CAVE] facias *LF* (*gloss. ad* FAXIS) | quia — adiecit] et quia illa sensit indignationem, ait α; *sec. Eugr.* MALE DICIS *a Myside dicitur, ut est in Ter. codd.*; *cf. Don.* ‖ 17 Mirum ⟨uero⟩ α (= *Ter.*) ‖ 19 agnouit Chremes ⟨esse meretricem⟩ α ‖ 20 ⟨quod⟩ ab *L*

noua sane locutio est ‘in quibus sic illudatis’.* —
759 **20** PROPERA ADEO PVERVM TOLLERE HINC *AB IANVA* imperat, *uti ab ianua puer qui est positus auferatur. uerumtamen* post summissa uoce, ne Chremes audiat, *imperat Mysidi,* ut loco maneat nec recedat: nondum enim fuerant Chremeti cuncta patefacta, *quia puerum esse positum ante aedes et a meretrice positum solum* fuerat indicatum *necdum* quod *is* puer Pamphili filius esset. *ideo ergo retinet Mysidem, uti et nunc exspectet.* denique praeparat illam rursus
763 interrogationem **24** CVIVM PVERVM *HIC APPOSVISTI DIC MIHI.*
764 — **25** MITTE ID QVOD SCIO* *DIC QVOD ROGO quia obscure responderat interrogata Mysis cuius puer esset, quae dixerat ‘tu nescis?’, ut facilius Chremes audiret, respondet Dauus ‘omitte quod scio, quod rogo dic’. denique* cogit *ad aper-*
765 *tiorem compositionem: nam cum illa dixisset* **26** *VESTRI, et nunc interrogat CVIVS NOSTRI,* ut ad nomen proprium ueniretur, quod *illa continuo dixit* *PAMPHILI.* post quasi iratus *et Dauus* nomen repetit, ut duplicatio uocis nomen Chremeti plenius indicaret.* *dixit igitur HEM QVID PAM-*
766 *PHILI. atque illa, quasi dubium sit, confirmat* **27** *EHO AN*

α*[1] etiam illudo tibi dicimus.
*[11] unde supra (*IV 3, 20*) ‘uide ut subseruias orationi’. subseruire quippe .... (*6—7 litt. detritae in B′, non liquet S*; *fort.* significat *fuit*) nihil aliud dicere nisi quod interrogatum fuerit.
*[19] nam dolo illi crimen obicit, quod dum illa ueraciter depellit, certum Chremetem reddit. et suae causae ex testibus argumentum capit.

1 locutio est *F*, -tione *rell.* ‖ 2 ⟨hoc clare⟩ imperat α ‖ 4 ⟨et⟩ post α | submissa *F*α ‖ 5 ut — recedat] mane caue .... (istū *ut vid. B′*; istuc*?*) ne excessis α | enim — patefacta] .... (ı τındor· — *ut vid. B′*) tota causa α ‖ 7 indicatum erat α ‖ 8 esset] est *LF* ‖ 9 et hunc expectet *F*, & n͞r expeti& *L* ‖ 10 DIC *om. L* ‖ 14 dic quod rogo *FG* | ⟨et ita interrogationibus⟩ cogit ⟨illam⟩ α ‖ 15 compositionem] *uerborum sc.*; expos- *Lindenbr.* ‖ 16 NOSTRI] uestri *L* | proprium] Pamphili α ‖ perueniret α | iratus quasi β ‖ 19 planius*?* ‖ 20 EHO] haec *L*, hero (*ante corr.*) *G*

NON EST. *ita omni modo Chremes Pamphili filium* ⟨*esse*⟩
768 *ex altercatione cognouit* **29** RECTE EGO HAS SEMPER FVGI
NVPTIAS. — QVEMNE EGO HERI VIDI AD VOS AFFERRI VESPERI
astute et callide Dauus rem confirmatam coepit dicere esse
mendacium, quod puer a meretrice sit suppositus neque
pepererit ex Pamphilo, sed propter nuptias †ut fiat primum†
769 *ut eadem nocte hic puer adlatus sit.* — **30** VERVM VIDI
CANTHARAM SVBFARCINATAM *subfarcinari* dicitur quasi sarcina aliqua fulciri.* *'ego uidi Cantharam puero subfarcinatam'*: *cum negat ipsam peperisse, prouocat ad ueritatem,*
770 *ut apertius fiat Chremeti. denique illa adiecit* **31** DIS POL
HABEO GRATIAM CVM IN PARIENDO ALIQVOT ADFVERVNT LIBERAE:
sic enim confirmatur partus, quod liberae praesentes sunt,
772 *quae possint dicere testimonium.* — **33** NE ILLA ILLVM HAVD
NOVIT CVIVS CAVSA HAEC INCIPIT *ualde, inquit, nescit Chre-*
775 *metem Glycerium, propter quem fingit ista.* — **36** NVNC
ADEO VT TV SIS SCIENS quoniam omnia, quae indicanda fuerant, patefacta sunt Chremeti, *etiam* uere imperat et minatur et puerum ab aedibus poscit auferre. sed haec omnis oratio superior illud egit, ut Pamphilus doceretur et amor commendaretur *tantummodo, non tamen, ut omnino Chremes se crederet expulsum.**

α* [9] siquidem farcio farsi et farcior (-cinor *S?*) fartus, unde suffarcinor, facit. et 'cantharam suffarcinatam' dixit quasi corbem supponendo puero repletum. —
772 **33** NE ILLA pro ualde illa. uel NE ILLA pro illane (*B'*; puella *ut vid. S*), id est num quid illa, per soloecismum mutato ordine coniunctionis (*om. S*).
*[22] quod uero ait (*v. 34*) 'Chremes si positum puerum', ob-

1 esse *add. W.* ‖ 4 callide ⟨se⟩ *L* | cupit *LF* (*recte? cf. p. 21, 1*) ‖ 6 peperit *FG* | ut fiat primum] ne fiant prouisum*?* ‖ 8 suffarc- *bis* α, subsarc- *bis F* | subfarcinari — fulciri] *fort. haec debentur interpolatori, qui* SVBSARCINATAM *legit* ‖ 9 ergo *G* (*recte?*) | uidi *om. LF* ‖ 11 apertius (us *ex corr. m. 2*) *G*, ... *L* (adaperta *V*) ‖ 12 aliquod *LG* ‖ 13 quod *G*, ne *L*, ut *F*, cum *V* ‖ 14 testimonio *L* | hau *L*, haut *F* ‖ 19 et (ait *L*) — auferre] ut puerum ab aedibus auferat α ‖ 20 ut ⟨ad disturbandas nuptias⟩ α | Pamphilus ⟨pater⟩ α (*recte?*) ‖ 21 amor ⟨Glycerii⟩ α

α liquo ductu agit, ut quasi altercando non uideatur de-
fendere quod defendit. ab eo quoque loco, ubi ait (*v.* 7)
'annona cara est' usque (*v.* 28) 'facinus animaduerten-
dum' ita sermonem Dauus suspendit, ut nec ueritati
778 nec falsitati obnoxius sit. — **39** FALLACIA ALIA ALIAM TRV-
DIT id est expellit. fit hic argumentum a simili. dum
788 itaque Mysis dixit **49** NIHIL POL FALSI DIXI MI SENEX si-
mulati (*gloss. ad* FALSI), uoluit eam Dauus percutere, unde
789 illa **50** NE ME ATTIGAS SCELESTE. — SI uero quod sequitur
795 iurantis est. — **56** NATVRA AVT DE INDVSTRIA natura est
creaturarum originalis condicio, cuius imitatrix est in-
dustria, id est sagacitas. quod (quo *B'*; *fort.* in quo)
est a simili argumentum (*haec omnia inde a* quod uero ait
ex solo B', *cum V desit et in S plane nihil legi possit*).

5.

796 **1** IN HAC HABITASSE PLATEA *DICTVM EST CHRYSIDEM*
haec scaena percontationem tenet, ubi Chrysis habitet.
habet tamen deliberatiuae formam: nam Crito conso-
brinus est Chrysidis, qua mortua ad eum lege hereditas
pertinebat. deliberat ergo, an ad⟨eat⟩ eandem heredi-
tatem, *maxime cum sciat Glycerium, sororis loco habitam
esse ⟨a⟩ Chryside eamque esse iam adulescentulam. haec
igitur deliberatiua est in eo, quod audit mortuam Chrysidem,
puellam uero et nunc nondum parentes suos hic cognouisse,
quam constat esse Atticam ciuem. continuo* tractat articulos
807 honesti et utilis, cum hoc dicit **12** HAVD AVSPICATO HVC
ME ATTVLI hoc est: non recte neque bono omine huc ueni,
siquidem *ea*, quae soror dicta est *Chrysidis,* et nunc pa-
rentes suos non repperit, unde non possum honeste petere
hereditatem. *hic magis honesti partibus dicit non esse cau-
sandum*, nam ab utili satis pro ipso est. *quamquam an*

2 tenet] habet α ‖ 4 est *post* Chrysidis α, *om. G* | quia *LG* | 5 adeat *W.* | hereditatem ⟨aspiret⟩ α ‖ 7 a Chryside *W.*: chrisidem *codd.* ‖ 10 tractat — dicit] et tractat ab honesto et utili dicendo α ‖ 11 cum *om. LF* | aut haut respicato *L* ‖ 12 appuli *F* α (*Ter.*) ‖ 13 et nunc — non] nondum α ‖ 14 honeste *om. L* ‖ 16 quamquam] quam *G*, quia *V*

810 *fieri possit tractat,* cum dicit **15** NVNC ME HOSPITEM *LITES
SEQVI QVAM ID MIHI EST FACILE ATQVE VTILE ALIORVM EX-
EMPLA COMMONENT.* huc accedit quod iam illi est defensor
aliquis *uel amicus uel maritus*, contra quem peregrinum
hominem litigare *satis* esse uidetur difficile. concludit
816 ab honesto **21** IPSAM [PRAETEREA] DESPOLIARE NON LIBET.
797 **2** *QVAE SESE INHONESTE OPTAVIT PARERE HIC DIVITIAS*
boni uiri personam merito sustinet *et honesti hominis.* sed
quoniam meretricis affinis est, ne aliquid criminis in se re-
dundet *ex ea, quae sibi iuncta est sanguine,** accusat illam,
800 quod 'inhoneste optauit parere* *hic* diuitias'. — **5** SED
QVOS PERCONTER VIDEO percontatio namque est apud
dialecticos inquisitio, cui respondetur aliter quam est illa
responsio, ubi aut 'etiam' ponimus aut 'non': haec enim
interrogatio dicitur. 'uidisti hominem?' *haec inter-
rogatio est:* necessario *enim* respondemus aut 'etiam' aut
'non'. at uero percontatio est *haec* 'ubi habitat Chrysis?'
huic responderi non potest aut 'etiam' aut 'non', sed 'hic'
'illic'. *ergo percontatio est ista, illa uero interrogatio.*
803 — **8** ITAN CHRYSIS *HEM* breuiter interrogationem de Chry-
804 sidis morte efficit cum dolore. — **9** *NOSNE SIC VT QVIMVS
AIVNT QVANDO VT VOLVMVS NON LICET cum interrogasset
Crito, an recte uiuerent, ⟨respondit⟩ 'nosne? sic ut possu-
mus, quoniam quemadmodum uolumus non licet'.* —
806 **11** *QVID GLYCERIVM IAM HIC SVOS PARENTES REPPERIT* recte
et ordine conquisiuit, an Glycerium cognouerit suum

α* [10] ut solet, a specie ad genus
* [11] id est congregare

2 ID] hic *F* (= *Ter.*) | EST] sit *F* (= *Ter.*) ‖ 5 uidetur esse *Fα* | conclusit *S* ‖ 6 PRAETEREA *secl. W.* (*gloss. ad* TVM) | dispoliare *β* | licet *α* ‖ 9 affinis] aut (haut *LF*) finis *β* ‖ 14 etiam] et *L*, ex *G*, est *Fα*; *cf. Don. ad h. l.* ‖ 16 etiam] est *β*, uidi *α* ‖ 18 etiam] est *codd.* ‖ 19 illuc *β* ‖ 20 Ita ne *L*, ita ĩ *G* ‖ 21 effecit *α* | SIC *om. FG* ‖ 22 AIVNT] Nunc *LG*, *om. F* ‖ 23 respondit *add. W.* ‖ 25 Quid ⟨hic⟩ *LG* | recte (-to *G*) et (etiam *G*) *β*, et recto *α* ‖ 26 requisiuit *α*

patrem: tunc enim honeste poterit hereditatem petere, si
illa iam ciuis cognita uideatur. *denique cum hoc compe-
risset non cognitam esse Atheniensem ciuem, respondit non*
808 *se bono auspicio huc uenisse* **13** NVMQVAM HVC TETVLISSEM
PEDEM numquam huc uenire uoluissem:* est enim pedem
ferre ire et proficisci, ut Virgilius (*Aen. II 657*) 'mene
809 efferre pedem, genitor?' — **14** *SEMPER EIVS DICTA EST
HAEC ATQVE HABITA EST SOROR quo magis difficile esse
ostendat hereditatem petere, adiecit*, quod haec soror et
dicta est et habita, *unde iure* debet ea quae Chrysidis
811 fuerant possidere.* — **16** *FACILE ATQVE VTILE hic et an
fieri possit tractat et an expediat, quod utique deliberatiuae*
817 *partibus dicitur.* — **22** *PER POL CRITO* ANTIQVVM OBTINES*
sine dubio sic loqueris, quemadmodum antiquorum mores
sunt. 'pol' autem iuratio est *per Pollucem*, quomodo 'eca-
stor' per Castorem.

α* [5] et 'tetulissem' dixit per prothesin (-tesin *S*).
814 *[11] **19** GRANDIVSCVLA EST argumentum est ab aetate.
*[13] scilicet morem.

V.

1.

820 **1** SATIS IAM SATIS *SIMO SPECTATA ERGA TE EST AMICITIA
MEA SATIS PERICLI INCEPI* Chremes Simonem reum iniuria-
rum facit, quod eo usque persuasione duxerit animum suum,
uti ad periculum deueniret, *quippe qui coegerit se filiam*

1 tunc — uideatur] nam si hoc esset, honeste peteret hereditatem α ‖ 2 repperisset *L* ‖ 4 HVC *om.* *S* | detulissem *FG* 5 ⟨id est⟩ numquam (huc *om.*) α | uenire uoluissem] uenissem *G*α ‖ 9 quod] quoniam α | soror ⟨chrisidis⟩ α | et *om.* α ‖ 10 debet — possidere] in hereditate debet Chrysidi succedere α ‖ 12 tractat *W.*: tractabit *LF*, -bat *G* ‖ 13 ⟨e⟩ partibus *codd.* ‖ 14 loqueris — sunt] id est more antiquorum hominum loqueris α ‖ 15 quomodo] sicut α | ecastor] hercle et ecastor (cast- *S*) α, *om.* β ‖ 19 suum] eius α

dare ei adulescentulo, qui non solum amicam haberet, uerum et peregrinam nescio quam pro uxore retineret et ex ea filium suscepisset. huic responsio fit,* et est status coniecturalis, falsum istud esse neque adulescentem habere illam *peregrinam* pro uxore, *neque talem illum esse filium, sed meretricem propter disturbandas nuptias ista cogitasse.* — *SATIS IAM SATIS SIMO SPECTATA ERGA TE EST AMICITIA MEA probata, inquit, olim est amicitia mea: iam desiste amplius calamitatis imponere: usque ad periculum custodita famili-*
822 *aritate perueni.* — **3** *DVM STVDEO OBSEQVI TIBI* PAENE ILLVSI VITAM FILIAE* haec omnis accusatio est. dum obsequor, inquit, tibi, iam et filia mea periclitari coepit. *hoc est*
823 *illud 'illusi uitam filiae'.* — **4** IMMO ENIM NVNC CVM MAXIME *ABS TE POSTVLO* generalem supra positam accusationem parum intellexerat Simo *et idcirco se conuertit ad preces, ut hic Chremes potius in promissionibus perseueret et quod uerbis ante dixerat ipsa compleat ueritate.* —
825 **6** VIDE QVAM INIQVVS SIS supra generaliter Chremes accusauerat, nunc descendit ad speciem* '*uide quam iniquus sis*'. — *PRAE STVDIO DVM ID FACIS QVOD VELIS NEQVE MODVM BENIGNITATIS NEQVE QVID ME ORES COGITAS cupiditatis, inquit, studio et ardore nimio uoluntatis non animaduertis benignitatis modum uel quod postulas diligenter intelligis.* —
828 **9** *AT ROGITAS* PERPVLISTI ME hic est omnis aperta illa accusatio, quae summam continet omnium factorum.* — *QVOD HOMINI ADVLSCENTVLO cui lubrica aetas uarium dat*

α*[11] inludo accusatiuo seruit hoc loco.
*[19] et ex differentia est argumentum.
*[25] et est syndyasmos (sindi- *codd.*), qui fit, cum bona malis conferimus.

4 falsum *G*, -so *rell.* ‖ 7 ERGA TE *om.* *L* ‖ 11 ⟨in⟩ uitam *L*; *sic et infra 13* | dum — coepit] quia ipse et filia inciderant in iocularium (-re *S*) malum, hoc est in publicam irrisionem *α* ‖ 13 CVM] quam *FG*, *om.* *S* ‖ 14 accusationem positam *codd.* ‖ 18 sit *L*; *sic et infra 20* ‖ 20 FACIS] efficias *F* (= *Ter.*) | VELIS] cupis *F* (= *Ter. codd. praeter* D^2; *cf. Don.*) ‖ 23 uel] nec *Schopen* ‖ 24 illa aperta *FG* ‖ 26 QVOD] ut *Ter.* | cui ⟨utique⟩ *F*

829 *ingenium* **10** IN ALIO OCCVPATO AMORE *qui amet alteram*
830 ABHORRENTI AB RE VXORIA *qui uxorem nolit ducere* **11** FI-
LIAM VT DAREM IN SEDITIONEM ATQVE INCERTAS NVPTIAS *huic adulescenti amanti inuito uxorem ut darem coegisti filiam, cum futurae seditiones essent, cum incertae nuptiae, quippe ille amore meretricis cotidie seditiones faceret neque certas nuptias perimpleret.* exequitur deinde, quanta calamitas filiae esse potuisset, si adulescenti amanti aliam *filia* traderetur. *uerum haec quoniam sciens ante promiserat Simoni, leuia sunt: hic est omnis accusatio, quod iam idem adulescens ex meretrice suscepit filium, unde omnino fieri non potest, ut ei filiam suam Chremes tradat uxorem.* —
832 **13** IMPETRASTI INCEPI DVM RES TETVLIT *ut darem filiam amanti filio tuo, impetrasti, et coepi, dum res passa est.* — NVNC NON FERT FERAS quidam *sic* distingunt, ut dicant '*nunc non fert*' *scilicet res ipsa iam non sustinet, et quasi* ex persona Simonis *subiungitur* 'feras', *quasi dicat* '*sustineas*'. cui respondet, quod *iam omnino* ferri non potest,
834 quod *illam* ciuem dicunt, *quod puer natus est**. — **15** PER EGO TE DEOS ORO hinc incipit defensio secundum coniecturalia argumenta, uti falsa esse doceat ea, quae ad accusandum sunt collocata. *denique* '*per ego te deos oro*' *inquit*, 'ut ne illis animum inducas *credere*'. facit autem argumentum a persona, quippe cum meretrix sit, deinde a causa, quod illis utile est Pamphilum esse quam deter-
836 rimum*. — **17** NVPTIARVM CAVSA HAEC SVNT FICTA ATQVE

833 α*[19] **14** NOS MISSOS FACE pro fac, seruata regula (serua regulā *S*) tertiae coniugationis.
*[26] id est pessimum. et per epitrochasmon (-trocosmon *codd.*) exequitur cur id fiat.

2 ⟨et⟩ qui *codd.* ‖ 3 ⟨in⟩ incertas *F* (= *Ter. codd. praeter* D^1B) ‖ 4 cogisti *LG* ‖ 5 cum⟨que⟩ *2. F* ‖ 7 deinde] et *ante* exequitur α ‖ 8 aliam *om.* β ‖ 13 detulit *L*, tulit α ‖ 15 dicant] sit α ‖ 16 et *om.* *L* ‖ 17 dicant *L*, -cas *F* ‖ 18 cui ⟨ille⟩ α ‖ fieri *F*, ferre α ‖ 20 hic α ‖ 21 ea — collocata] obiecta α ‖ 23 inducas animum *G* α ‖ 24 a persona argumentum *L*

INVENTA OMNIA *quae causa si auferatur, cum duxerit Pamphilus uxorem, dimittent omnia et a propositione desistent.* —
838 **19** ERRAS *CVM DAVO EGOMET VIDI IVRGANTEM ANCILLAM* iam hic probatio est *uera esse illa, quae Simo dixerat falsa, ex hoc* quod illam ancillam uiderit iurgantem. deinde cum simulatio haec fuerit, adiecit 'uero' *se* 'uultu'* *uidisse.*
839 et ne uultus ad ueritatem fuerit compositus, adiecit **20** *CVM* IBI ME ADESSE NEVTER *TVM* PRAESENSERAT *cum, inquit, neque* Dauus neque Mysis *sciret me esse praesentem.** —
840 **21** CREDO *ET ID FACTVRAS DAVVS MIHI PRAEDIXIT* redit rursus, ut neget uera *esse,* sed illam dolo et fraude ista componere, *quippe cum sibi hoc factuiri dixerit Dauus.*

α * [6] id est tristi
* [9] 'praesenserat' uero est intellexerat.

2.

842 **1** ANIMO NVNC IAM OTIOSO ESSE IMPERO egreditur Dauus de domo Glycerii, *audit Critonem id scire illam ciuem esse Atheniensem,* gaudet *et exultat. egrediens domo mandat gaudium,* quod laeta sint omnia *et* suo praesidio et eius hospitis, qui aduenit. uerum haec scaena tantummodo iram continet domini commoti, *quod Dauus de domo Glycerii exeat. continuo eum in pistrinum mittit: hoc enim futurum ante promiserat, cum dixit (I 2, 28; 25—26) 'in pistrinum, Daue, te dedam caesum uerberibus usque ad necem,*

1 dixerit *LG* ‖ 5 illam — iurgantem] uiderit Dauum iurgantem cum ancilla α | deinde — fuerit] et ne simulatio esset α ‖ 7 uultus — adiecit] propter Chremetem hoc actum Simo diceret, addit α ‖ 8 neuter adesse α ‖ 9 neque *2.*] scilicet aut α ‖ 10 CREDO ET ID] id adeo et *LF*, et ideo et *G* ‖ 11 sed — componere] quae erant dolo ficta α | illam (-a *G*) ⟨ea⟩ *LG* ‖ 12 factuiri *Schoell*: factum *L*, actum *FG*; *an* futurum? *cf. p. 6, 26* | dixerit *W.*: -rat *codd.* ‖ 13 IAM *om. L* | IMPERO] id est (uel *G*, *om. L*) censeo *add. codd.* | Dauus egrediens α ‖ 14 audiuit *FG* | ⟨se (sed *L*)⟩ id *LF* ‖ 16 sint *S* (?), sunt *rell.* ‖ 17 hospitis ⟨Critonis⟩ α | iram tantummodo α ‖ 21 caesum — usque] usque *F*, quae *L*

si sensero quicquam in his te nuptiis fallaciae conari'. —
844 **3** *EGO COMMODIOREM HOMINEM ANTE HOC TEMPVS NON VIDI**
845 singula pronuntianda sunt. — **4** OMNIS RES EST IN VADO
hoc est: in tuto *sunt iam uniuersa.* uada enim loca
sunt humilia*. *ergo res uniuersa iam in uado collocata*
847 *est.* — **6** OMNIA IAM PARATA SVNT *INTVS* dissimulat ser-
uus domino uiso *et dicit ad nuptias cuncta disposita esse.*
848 — **7** **BENE SANE ID ENIMVERO HINC NVNC ABEST* *recte,*
inquit, dicis: hoc enim solum iam deest, ut ipsa puella de-
849 *beat euocari.* — **8** MODO INTROII interrogatus Dauus, quid
negotii haberet in domo Glycerii, non quare respondet,
sed *de tempore,* quando *ingressus sit. quare utique diuersa*
responsio est. ideo Simo adiecit QVASI EGO QVAM DVDVM
ROGEM *quasi ego interrogem, quamdudum sis ingressus.* —
851 **10** CVM TVO GNATO VNA conturbatus seruus quoniam se
865 defendere non potuit, *a domino constringitur.** — **24** QVA-
DRVPEDEM CONSTRINGITO hoc est: *ita eum tu nodis et uin-*
culis colligato, ut quadrupedem facias, cum eius manus
retro uertens compedum ligaturis efficias quasi quadrupe-

844 α * [2] **3** ADVENTVM TEMPVS pro ad tempus uentum.
* [5] ut sit a causa uel simili.
848 * [8] **7** VBI VOLES ACCERSE diasyrtice (-sirtice *codd.*) loquitur. est autem diasyrmos (-sirmos *codd.*), ubi leuiter ad nostram et aduersariorum partem reflectitur oratio, ut Sinonis in Virgilio (*cf. Serv. ad Aen. II 80*; *142*; *158*; *193*). — ID ENIM VERO scilicet solum HINC NVNC ABEST id est puella.
853 *[16] **12** CVM ILLA LITIGAT periphrasis (-frasis *codd.*) est. hinc secuntur plura, quae faciunt fidem a persona.

1 nuptiis te *FG* ‖ 3 ⟨et⟩ singula sunt pron- *α* ‖ 4 id est *α* | sunt loca *α* ‖ 7 uiso domino *α* ‖ 8 ID] is *G* ‖ 10 MODO INTROII *post* 11 respondet, *quod legitur post* 12 quando *α* | quid — Glycerii] quare domum Glycerii intrasset *α* ‖ 11 quare] hac re *G* (de hac re *Schopen*); cur *α* ‖ 12 sit] est *LG* | quare utique *om. L* ‖ 13 idcirco dominus adiecit *α* ‖ 15 nato *LF* | conturbatus — se defendere non potuit *ante* ⟨ait⟩ CVM TVO GNATO VNA ⟨ut se dimisso filii curam gereret⟩ *α* ‖ 16 QVADRV-PEDEM CONSTRINGITO *om. LF* ‖ 17 id est *α*

dem. quidam *hoc* aliter intelligunt, quod dominus *iratus* iracundiam suam deriuauerit et leni uoce dixerit '*quadrupedem constringito*', hoc *est* ut iumentum aliquod alliget, non ipsum, et confirmari uolunt ex eo, quod, ⟨cum⟩ Pamphilus interrogarit non recte Dauum uinctum, respondet Simo 'haut ita iussi' (*V 4, 52*). sed melior sensus superior.*

866 *α* * [7] **25** IAM EGO POL HODIE definire uult per differentiam, quid distet inter filium et seruum. et sequitur argumentum a maiore ad minus (a — minus *om. B'*), quia (*om. S*) pietate gnati in seruum factus est crudelis.

3.

872 **1** QVIS ME VVLT *PERII PATER EST* haec scaena uenialem
statum habet: accusatur enim*, *quod peregrinam, quod*
meretricem eandem uelit uxorem ducere, sed purgat se, ut
necessitate compelli possit; tamen inserit, ut noscatur, quod
Crito se scire dicat ciuem esse Atticam Glycerium. — *QVID*
AIS OMNIVM iracundiae familiare hoc esse saepe dictum
873 *est. hic intercessit Chremes et dixit* **2** *REM POTIVS IPSAM*
DIC OMITTE MALE LOQVI omissis maledictis tantum filio
877 *crimen intenta. accusatio incipit* **6** *NVM COGITAT QVID*
882 *DICAT NVM FACTI PVDET.* deinde defensio a precibus **11** ME
MISERVM. tota rursus accusatio supponitur a factis prae-

α * [9] a dictis, a factis, ab habitu faciei, ubi signum paenitentiae perquisiuit.

2 leui *G B'*; *cf. p. 67, 5* ‖ 4 non ipsum ⟨sed⟩ *ante* iumentum *α* | confirmari uolunt] confirmant *α* | cum *add. W.* | Pamphilum — uinctum] post (*om. S*) conquerenti Pamphilo de Dauo uincto *α* ‖ 5 interrogarit *L*, -uerit *F*, -uit *G*; interrogans dixerit *Goetz* | respondet *Goetz*: -dit *codd.* ‖ 6 superior sensus ⟨est⟩ melior *α* ‖ 10 eandem *om. L* ‖ 11 quod *G*, quicquid *L F* ‖ 12 dicit *G* | qui *ante* ciuem *add. L*, *ante* se *F* ‖ 13 agis *F G* ‖ 14 est *om. L F* (*recte?*) ‖ 15 dicito (OMITTE — LOQVI *om.*) *L F* | omissis maledictis *om. G* ‖ 18 a *om. β*

teritis*, *quod diu amauerit meretricem, a praesentibus, quod iam uxor sit, quod susceptus filius. deinde con-*
889 *cluditur accusatio per sententiam* **18** *IMMO VALEAT HABEAT VIVAT CVM ILLA.* plena confessio incipit, cuius principium est MI PATER, *nam* ex nomine beniuolentia com-
893 parata est*. deinde petitur audientia **22** LICETNE PAVCA. post subiungitur narratio, in qua status est *ille* uenia-
896 lis **25** EGO ME AMARE HANC CONFITEOR. quamquam incidit ueluti definitiuus status, ⟨si⟩ id peccatum est: quaeritur
897 enim, an amor crimen sit. petit ueniam sic **26** TIBI ME PATER DEDO. et ponuntur duae partes, una ex uoluntate,
898 altera contra uoluntatem **27** VIS ME VXOREM HANC DVCERE VIS AMITTERE. concluditur cum affectu VT POTERO FERAM: *hic enim ostendit se nihil aliud uelle nisi ut eam uxorem ducat. insinuatur et illud, quod supra diximus, ut Crito*
902 *quod nuntiat audiatur.** — **31** *QVIDVIS CVPIO NE AB HOC ME FALLI COMPERIAR CHREME pati omnia uolo, dummodo non cognoscam ab hoc me falli.**

886 α *[1] **15** CVR ME EXCRVCIO et est pysma (pi- *codd.*), id est multiplex interrogatio, per auxesin, id est augmentum; post per synchoresin (*Zeune*: sinchresin *B'*, -cresin *S*) VALEAT HABEAT VIVAT.

*[6] quod pater reprehendit ex his quae sequuntur repugnantibus.

899 *[16] **28** 'Allegatum' dixit introductum, qui purgationi meae proderit.

903 *[18] **32** PAVLVLVM SVPPLICII aduerbia frequenter fiunt nomina, cum pro casu accipiuntur, ut p a u l u l u m et s a t i s. Horatius (*c. I 2, 1*) 'iam satis niuis misit pater'. et est definitio a causa, id est a filio, cui semper indulgere conuenit.

3 sententiam] *cf. V 6, 11, quod propter Gerstenb. p. 93 moneo* ‖ 3 confessio *Schoell*: esse *codd.* ‖ 5 beniuolentiae *β* ‖ 6 LICETNE PAVCA *om. β* ‖ 7 status *post* uenialis *α* ‖ 8 fateor *F* (= *Ter.*; confiteor *fort. gloss. ad* fateor) ‖ 9 si *add. Schoell* ‖ 10 pater me *α* (= *Ter.*) ‖ 11 ⟨hic⟩ duae *F* ‖ 12 hanc *ante* uxorem *G*, *post* ducere *F* (= *Ter.*) ‖ 18 cognoscar *codd.*

4.

904 **1** MITTE ORARE haec scaena cognitionem habet puellae,
quod ciuis Atheniensium sit, ut omnis error in comoe-
dia solui possit. *praesentes igitur duo sunt senes, Chremes*
et Simo, praesens etiam Pamphilus, et Crito egreditur oratus
a Pamphilo, ut diceret Atheniensem ciuem esse istam pu-
ellam. dicit autem iustum esse ac propterea esse facturum,
deinde eo quod uerum est et quod meretur adulescens et
quod ipsa Glycerium digna sit: ita se omnibus causis
compelli, ut istud faciat; *unde se amplius non debere ro-*
906 *gari.* — **3** *ANDRIVM CRITONEM EGO VIDEO ET CERTE IS EST*
QVID TV ATHENIS INSOLENS* *unde Cicero (pro Deiot. 2, 5)*
'*moueor et loci insolentia*'. alioquin 'insolens' superbus
911 dicitur.* — **8** *IMPERITOS RERVM ADVLESCENTVLOS hoc est in*
rebus imperitos. — *IN FRAVDEM ILLICIS dolis in persua-*
912 *sionem deducis.* — **9** EORVM ANIMOS LACTAS *eorum in-*
genia fallis* *ac decipis. hoc est enim* l a c t a r e: *quasi*
913 *consueto nutrimento decipere.* — **10** AC MERETRICIOS AMO-
RES *NVPTIIS CONGLVTINAS* et efficis, ut meretrices fiant
914 uxores. — **11** *PERII* METVO VT SVBSTET* HOSPES *uereor,*
inquit Pamphilus, ne patris sermone hospes Crito territus non

α*[11] id est non solitus uenire Athenas (*cf. Bruns et Schlee*).
*[13] **6** TV NEGAS affirmanti enim opponitur negatio. — **7** TVNE
909/10 (Tun *S*) HOMINES in (*om. S*) hoc uersu antitheton est, id
(hoc *B'*) est compositum ex contrariis.
*[16] uel IACTAS (*sic Ter. codd. praeter* D^1E^2) per hypallagen (yp- *codd.*; -ge *B'*), id est in iactantiam, hoc est in superbiam mittis.
*[19] id est succumbat (*om. S?*). 'ut' uero dixit pro ne.

2 in comoedia] huius comoediae α ‖ 3 possit solui α ‖ 4 Simo] Crito *codd.* ‖ 6 dicit — 9 faciat] nam Crito pro tribus causis propositis iustum esse dicit, ut exequatur quod coepit α ‖ 11 ⟨insolitus⟩, unde*?* *cf. Don.* ‖ 14 IN FRAVDEM *om. L* ‖ 15 LACTAS (*S?*)] iactas β *B'* ‖ 16 ⟨id est⟩ fallis α | ac] et *L* | lactare] iactare *FG*, τactare *L* ‖ 17 consuto *L* ‖ 18 et] id est α | fiant] faciant (et fiant *add. LF*) β ‖ 19 subsistat *L*, suspitat *G*

919 *possit resistere fortiter.* — **16** SYCOPHANTA *calumniator.*
hoc uerbum est ab his, qui apud Athenas accusabant eos,
921 qui ficos extra ciuitatem ferebant.* — **18** *EGO ISTAEC*
MOVEO AVT CVRO hoc est: ista facile contemno. — *NON TV*
TVVM MALVM AEQVO ANIMO FERAS calamitatem tuam, Simo,
et quodcumque tibi accidit, aequo animo ferre debes neque
923 *alteri maledicere.* — **20** ATTICVS QVIDAM *FVIT NAVI FRACTA*
926 narratio incipit* *ad cognitorem.* — **23** ITA VERO OBTVRBAT
930 ita scilicet interloquitur. — **27** *RAMNVSIVM SE AIEBAT ESSE*
931 *locus est prope Athenas.* — **28** MVLTI ALII IN ANDRO bene
fecit et aliis ostensum dicere, ne parum sibi fides haberetur. — VTINAM ID SIT QVOD SPERO Chremes posteaquam audiuit nomen fratris sui, qui Phania fuit, suspicatur eam puellam, quae cum illo nauigauerat, filiam suam. *ideo dicit: 'utinam hoc sit' inquit 'quod spero', et interrogat, an ille Phania filiam suam diceret.* quod cum audisset, confirma-
933 uit dicendo **30** CERTE MEA EST. — ARRIGE AVRES PAM-
PHILE* *hoc est intende auditum: uota etenim sunt, quae*
934 *nuntiantur.* — **31** *PHANIA ILLE FRATER MEVS FVIT implet,*
937 *quod errorem fecerat, uti doceat filiam suam.* — **34** VIX

α*[3] et est calumniator. siquidem (*hinc rursus vetus cod. V fam. α accedit*) ex tempore argumentum elicuit, ut hunc sycophantam uocaret; ubi est figura sardismos propter
920 commixtionem linguarum. — **17** SI MIHI PERGET enthymema (enthim- *codd.*) est, id est breuis syllogismus, qui fit ex oppositis ita: si mihi perget quae uult dicere, igitur quae non uult audiet.

*[8] et quia fuerit naufragus, ait definiendo 'naue fracta est eiectus'.

*[18] cacenphaton (cachenf- *codd.*) est. significat tamen eleua et erige, id est diligenter ausculta.

1 calumniator *del. ut gloss.?* ‖ 2 ⟨tractum⟩ est*?* ‖ 3 ficos *W.*: cum fico (fisco *F*, sacco *α*) frumenta (*hoc post* ferebant *α*) *codd.*; cum fico⟨s tum⟩ frum- *Schoell* ‖ 4 AVT] et *L* ‖ 8 cognitionem *α L*, *Lindenbr.* | Itane *F α* ‖ 9 ita scilicet *Lindenbr.*: ita sic (sic *om. G*) *β*, id est pro uero sic *α* | esse aiebat *FG* ‖ 10 bene — dicere] alios id cognouisse asseruit *post* 11 haberetur *α* | parum ⟨uideretur quod⟩ *G* ‖ 13 qui Phania fuit] Phaniae *ante* fratris *α* | suspicatur *G*, -tus *LF*, (*add.* est) *α* ‖ 14 suam ⟨esse⟩ *α* ‖ 15 inquit *om. G* | illam *G* ‖ 19 PHANIA *om. L*

SVM APVD ME* *ITA ANIMVS COMMOTVS METV SPE GAVDIO metum de praeterito intelligimus, qui tamen adhuc manet. deinde ordine fecit, nam post metum spes collocata est, quae boni imminentis est semper; deinde adiecit confirmatum bonum, quod dixit 'gaudio'; ipsumque totum supposuit*
938 **35** *MIRANDO HOC TANTO TAM REPENTINO BONO.* — **36** NE
939 ISTAM MVLTIMODIS* *TVAM INVENIRI GAVDEO ualde gaudeo istam tuam inueniri.* ut (*Andr. prol. 17*) 'faciunt ne in-
940 tellegendo, *ut nihil intellegant.'* — **37** SCRVPVLVS *ETIAM RESTAT sollicitudo et quasi quiddam, quod animum compungat.* scrupuli dicuntur lapilli admodum leues et parui*, unde 'scrupeam speluncam' Virgilius dixit (*Aen. VI 237—*
941 *38*), hoc est lapillis aspersam*. — **38** NODVM IN SCIRPO QVAERIS scirpum dicimus herbae genus, ut est iuncus, qui omni leuis corpore longitudinem suam aequali parte custodit, ut dixit in Eunucho (*II 3, 25*) 'reddunt curatura iunceam'. ergo* hoc dicit: rem, omnino quae esse non possit, nimia sollicitudine et cura inquiris*. —

α * [1] deinde exequitur notas quattuor passiones animi (passan- *om. B*), de quibus Virgilius (*Aen. VI 733*) 'hi metuunt cupiunt gaudentque dolentque'. nam metus de praeterito, spes de futuro, gaudium de praesenti intel-
938 ligitur. — **35** MIRANDO HOC quod aliquo modo ad dolorem attinet, quia nondum uenerat ad effectum: huc usque metui, nunc spero et gaudeo esse melius.

* [7] 'ne' pro ualde.

* [11] diminutiuum a scrupo.

* [13] qui tam parui sunt, ut calcati uix sentiri possint. ponitur uero 'scrupulus' pro dubietate per metaphoram (methaf- *codd.*). — DIGNVS ES (*om. VS*) CVM TVA RELIGIONE ODIO (o- *om. VS*) sarcasmos (sarch- *codd.*) est.

* [17] per aenigma uel paroemiam

* [18] siquidem 'nodus' pro difficultate quaestionis ponitur

1 commotus ⟨est⟩ *F* | metum — 5 gaudio *om. G* ‖ 3 denique *F* | ordinē *LF* ‖ 7 multis modis *codd. praeter L* ‖ 9 ⟨At mihi unus⟩ scrupulus *α* ‖ 12 dixit uirgilius *α* ‖ 15 leuis *W.* (*cf. Don.*): leui *FS*, -ni *rell.* (*cf. p. 67, 5*) ‖ 17 iunceas *α* | quae — possit] intellectu facilem *α* ‖ 18 cura et sollicitudine *α*

943 **40** EGONE HVIVS MEMORIAM* *PATIAR MEAE VOLVPTATI OBSTARE Pamphilus scit nomen quod quaeritur, nam ab ipsa Glycerio frequenter audiuit, quali nomine uocaretur. idcirco ait non pati se Critonis memoriam uoluptati suae obstare, cum sibi ipse auxilium ferre possit nomen suggerendo, quod*
947 *audierat.* — **44** QVOD RESTAT *PATER illud* significat, ut
949 eam ducat *uxorem et sibi hoc permittat pater.** — **46** *DE VXORE ITA VT POSSEDI* NIHIL MVTAT *CHREMES* ut *neque* condicionem nouam ferat et omnia quae eius fuerunt habeam.
950 — **47** NISI QVID PATER AIT ALIVD *hic intelligi uult Chremes nihil se de bonis Glycerii ablaturum, sed* quaerere, *num* amplius aliquid *pater* uelit. — NEMPE hoc uerbo indicat *dotem*, et quasi *manu* tangatur uestis, ita intelligi debet, ut expetere uideatur. ideo adiectum SCILICET, posteaquam intellectum est.* probatum est Dauum non esse menti-

*α** [1] per catachresin (-chrisin *B′*, -crisin *VS*) pro obliuione, siquidem hoc dixit: an patiar, id est sustinebo, quod hic oblitus est nomen Glycerii, quod fuit illi paruulae, scilicet Passibulae, ut obstet meo desiderio? et 'uoluptas' metalempsis (methalemsis *B′*, -lensis *VS*) est gradatim
944 aliud innuens. — **41** MEDICARI MIHI pulcherrimus tropus est in negotiis seruata translatione a personis, quippe
945 medicina uiuentibus proprie prodest. — **42** QVOD QVAERIS PASSIBVLA EST interdum neutro generi regulariter aliud subiungitur genus, uelut 'ipsum (*W.*: uel ipsum ut *codd.*) munus mitto tibi, q u i est stilus' uel 'q u o d est stilus'. —
947 **44** CREDO CREDERE argumentum est a coniugatis: coniugata enim sunt c r e d e r e et c r e d o, sicut s c r i b e r e et s c r i p t o r.
948 * [7] **45** IAM RES REDVXIT IN GRATIAM charientismos (car- *codd.*) est, quo pater filio gratius respondit. — O LEPIDVM PATREM id est dulcem, suauem: tractum a suauitate leporinae carnis, quae metaphora (-fora *VS*) est a gustu.
*[15] nam antiquitus dos dabatur a patre puellae. est autem

1 EGONE HVIVS *om. VS* ‖ 2 nomen] num *L*, non *F*, nunc *G* ‖ 5 possit *Lindenbr.*: -et *codd.* ‖ 6 QVOD] quid *F α* | significat] scilicet *α* ‖ 7 ⟨nunc⟩ eam ducam *α* ‖ 9 habeat (*ante* fuerunt) *β* ‖ 11 quaerere *ante* 12 uelit *α* | num] ne *L*, me *G* ‖ 12 ⟨id est⟩ aliquid amplius *α* ‖ 13 uestis tangatur *α* ‖ 14 ut ⟨dotem⟩ *α* | adiecit *α* | postquam *FG α* ‖ 15 intellexit *α*

tum, qui nescio quem dixerat uenisse, qui sciret Glycerium ciuem esse Atticam. ideo dixit Dauum non recte
955 uinctum, quod non falsa nuntiauerit. — 52 HAVD ITA IVSSI hoc est: non ita uehementer ligari iussi.*

α dos, quo se coniuges coemunt more antiquo, ex qua coemptione **m a t e r f a m i l i a s** dicitur. est quoque decima species definitionis, quae fit per ostensionem ueluti (*om. B′; cf. Cassiod. in ps. 48, 12; de dial. II 504*[b] *Gar.*); ut est DOS EST DECEM TALENTA. **t a l e n t u m** uero est magnum pondus cuiuslibet metalli. quod ad pluralitatem singularitas redigitur, tale est, ut si quaeras 'quid est bipenna?' respondetur 'arma'.

953 *[4] 50 'Negotium' est cuiusque rei actio.

5.

957 1 PROVISO QVID AGAT PAMPHILVS *ATQVE ECCVM* haec scaena Charini aduentum tenet, ut et ipsi laetitia generari possit ex cognitione: *si enim Pamphilo Glycerium datur, dari potest ipsi Philumena, quam diligebat, quae Pamphilo offerebatur.* — ALIQVIS *FORSITAN* PVTET ME NON PVTARE HOC VERVM *AT MIHI NVNC ESSE HOC VERVM LIBET laetitia elatus Pamphilus* 'forsitan' inquit 'putet me aliquis *hoc quod mihi contigit uerum* non credere, *at uero sic esse ego hoc uerum credo et gaudeo, ut* deorum uitam *propterea credam* sempiternam, quod eorum uoluptates propriae sunt*. *ergo*

α*[14] id est perpetuae. et per aetiologiam (ethiol- *B′*, aethol- *VS*) cur crederet manifestauit, uidelicet a minore ad maius argumentans parabolam fecit: quid mirum, si dii sempiterna uoluptate fruuntur, cum mihi iam perpetua uoluptas contigerit? et tale gaudium mihi accidit, ut, si nulla aegritudo, id est tristitia, huic gaudio interuenerit, fere deus uidear, quia sola ⟨im⟩mortalitas, quam hi plus me habent, mihi parata est.

2 ideo *om. LF* ‖ 3 quod] q; ut *L*, qui *F* ‖ 4 id est α | ita *ante* est β ‖ 5 Reuiso *V*, *om. B′* ‖ 9 putet aliquis α | me putet *F* ‖ 10 AT — VERVM *om. L* | lubet *G* ‖ 11 aliquis me α, me alius β (*recte?*) ‖ 12 contigit *Lindenbr.*: -tingit *codd.* ‖ 14 ⟨esse⟩ sempiternam quod ⟨idcirco credo quia⟩ uoluptates eorum sunt propriae α

quemadmodum intelligo hoc uerum, ut mihi immortalitas
962 *parata sit, si nulla gaudio aegritudo intercesserit.* — **6** SED
QVEM EGO *POTISSIMVM OPTEM CVI NVNC HAEC NARREM DARI*
adulescentium iste affectus est, uelle indicare gaudium,
unde in Eunucho *(III 5, 5)* Chaerea '*sed neminemne curi-*
osum interuenire nunc mihi!'* —

964 *α* * [6] **8** GAVISVRVM GAVDIA coniugata sunt.

(6.)

966 **2** *NESCIS QVID MIHI OBTIGERIT quo gaudium melius*
nuntiet, primo generaliter cum interrogatione proponit:
'*nescis*' *inquit* '*quid mihi obtigerit?*' *sed Dauus qui uinctus*
fuerat, aliud quid accepit ac respondet CERTE: *nescio quidem*
quid ⟨*tibi*⟩ *obtigerit,* *SED QVID MIHI OBTIGERIT SCIO, quod*
967 *in pistrinum missus et uinctus sum.* — **3** *ET QVIDEM EGO*
quod tu passus sis, Daue, scio. — MORE HOMINVM EVENIT*
VT QVOD SIM MALI NACTVS PRIVS RESCISCERES TV QVAM EGO
ILLVD QVOD TIBI EVENIT BONI famam malorum celerem nun-
tium omnes dixerunt: idcirco hominum more hoc contigit,
ut mali quid ego passus essem prius scires, quam ego quid
971 *tibi contigisset boni audirem.* — **7** *NVM ILLE SOMNIAT EA*
QVAE VIGILANS VOLVIT Charinus non credit ista omnia con-
975 *tigisse, quae Pamphilus dixit.* — **11** *AGE ME NVNC IN TVIS*
SECVNDIS RESPICE exhortatur Charinus Pamphilum, ut auxi-

α * [13] argumentum a genere trahens ad speciem, quia fama
generalis specialiter relata est. 'nactus' uenit a nan-
971 ciscor et perdit in praeterito n. — **7** NVM ILLE SOMNIAT
argumentum a repugnantibus, nam uigilare repugnat
somniare (-ri *codd.*), sicut nigrum pallido.

5 unde] ut *α* | chereas (-a *G*) in eunucho *G α* | -ne] hic *F*, *om. G* ‖ 7 *Noua scaena non est in codd.* ‖ 8 praeponit *L G* ‖ 9 mihi *om. L F* ‖ 10 aliud quid *W.*: aliquid *codd.* ‖ 11 tibi *add. W.* ‖ 12 sum] est *L*, es *F* ‖ 14 VT *om. L* ‖ 18 audirem boni *codd.* ‖ 20 dixit *G*, ait *F* (*recte?*), *om. L* ‖ 21 secundis ⟨rebus⟩ *G*, ⟨rebus⟩ sec- *F*

lium sibi praebeat: in secundis, inquit, rebus tuis respice me: habes in potestate Chremetem, omnia potest ille facere quae tu uoles. — Post hunc uersus secuntur continentes illam sententiam, quemadmodum itum est ad Chremetem, quemadmodum exoratus Charino promiserit filiam. sed
977 *hos tollendos esse uersus persuadet qui sequitur* **13** MEMINI ATQVE ADEO* LONGVM EST *EXSPECTARE DVM EXEAT:* si enim acta sunt ista *omnia* in publico, quemadmodum dici possunt,
980 maxime cum sequatur **16** NE EXSPECTETIS DVM EXEANT HVC INTVS DESPONDEBITVR *INTVS TRANSIGETVR* SI QVID EST QVOD RESTAT? *ergo* cum legerimus primum (*v. 12*) 'tuus est nunc Chremes: facturum quae uoles scio esse omnia', continuo debemus subiungere 'atque adeo longum est illum exspectare dum huc exeat': ita enim integritas fiet sensus sublatis uersibus, qui intus gesta continebant.*

α*[7] id est ualde
981 *[15] **17** SI QVID EST QVOD RESTAT scilicet de nuptiis, fiet intus. quod uero sequitur ω · PLAVDITE, uerba sunt Calliopii eius recitatoris, qui dum fabulam terminasset, eleuabat auleam scaenae et alloquebatur populum 'uos ualete', 'uos plaudite' siue 'fauete' (*ad* quod — fauete *cf. Bruns I p. 7*).

2 facere ille *L* ‖ 5 exortatus *L*, -tur *G* ‖ 6 uersus esse *L* ‖ 7 ATQVE *om. L* | ⟨illum⟩ expectare *F* ‖ 8 quomodo α | dici potest α ‖ 9 cum sequitur α, consequatur *LG* | EXSPECTETIS] expectet (-tetis *F*) hic β ‖ 11 restet *F* | legeremus *LF* | nunc est tuus α ‖ 13 est *om. Lα* ‖ 15 continebant *Grauert*: retin- -ten- *L*) *codd.* (*cf. I 5, 46; II 1, 6*)

EVGRAPHI
COMMENTVM EVNVCHI

Rec. β
- L = cod. Leid. Voss. lat. Q. 34 s. X: — V 6, 21 *v. praef.*
- F = cod. Laudun. 467 s. XV.
- G = cod. Sangall. 860 s. XV.

Rec. α
- B = cod. Vatic. Basil. 19 H. s. X comm. prius: prol. — *v. praef.*
- B′ = cod. Vatic. Basil. 19 H. s. X comm. posterius: — V 4, 17 — *v. praef.*
- V = cod. Leid. Voss. lat. Q. 36 s. X.
- S = cod. Paris. lat. 16235 s. X.
- P = cod. Paris. lat. 7520 s. XI: V 2, 57 — fin. *v. praef.*

β = consensus codicum *LFG* aut omnium aut eorum qui exstant.
α = „ „ *BB′VSP* aut omnium aut eorum qui exstant.

Lindenbr. = editio Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623.
Westerh. = „ A. H. Westerhovii Hag. 1726.
Zeune = „ I. C. Zeunii Lips. 1774.
Klotz = „ R. Klotzii Lips. 1838.

Bruns = scholia et glossae (rec.) cod. Halensis in edit. Ter. Hal. 1811.
Schlee = scholia (et glossae rec.) Terent. coll. et disp. Fr. Schlee Lips. 1893.

W. = Wessner.
* * * * *lacuna.*

Litteris inclinatis indicavi quae in sola rec. β exstant.

EVNVCHVS

PROLOGVS

SI QVISQVAM EST QVI PLACERE SE STVDEAT BONIS *QVAM PLVRIMIS* hic prologus habet controuersias duas, unam ex accusatoris persona, aliam ex defensoris: nam et Terentius obicit crimen et obiectum purgat. in eo, quod obicit, talis est controuersia: comoedias dedit aduersarius, in his unam, in qua priori loco causam dicit a quo petitur, non ille qui petit. hoc itaque crimen stultitiae est et imprudentiae. ita status est qualitas. alia controuersia est, quae obicitur Terentio, quae talis est: Graecam comoediam in Latinam transferre liceat, de Latina non liceat. Eunuchum Terentius dedit comoediam ⟨***⟩ mores parasiti et militis. quod Plautus in sua comoedia habuerat, nunc Terentius in Eunucho posuit. reus est, quod contra legem fecerit. hic status primo qualitas absoluta ex iuris ratione, deinde qualitas uenialis per ignorantiam. nunc iam singula, ut proposuimus, explicemus.

1 **1** SI QVISQVAM EST QVI PLACERE SE STVDEAT BONIS *QVAM PLVRIMIS* controuersiae principium semper est ad beniuolentiam captandam auditorum aut a nostra persona aut ab aduersariorum aut a iudicum aut a rebus ipsis. hic nunc utrumque complectitur, et a nostra persona et ab

3 ex *2. F*, *om. rell.* ‖ 6 in *2. G.*, *om. rell.* ‖ 7 itaque S^{2}, ita quod *rell.* ‖ 11 *lac. sign. W.*; et in ea descripsit *suppl. Goetz,* mor⟨ibus addit⟩is *coni. Schoell* | mores *W.*: moris *L*, personam (*post* parasiti) GS^{2}, *om. rell.; cf. schol. ad v. 30* ‖ 12 habuerat *W.*: -rit *codd.* ‖ 15 ratiocinatione *L* ‖ 16 singula *G*, -las *rell.* ‖ 18 controuersia *codd. praeter LS* ‖ 20 aduersariorum *Schopen* (*cf. infra*): auditorum (-ri^{um} *L*) *codd.*

Rec. β { *L* = cod. Leid. Voss. lat. Q. 34 s. X: — V 6, 21 *v. praef.*
F = cod. Laudun. 467 s. XV.
G = cod. Sangall. 860 s. XV. }

Rec. α { *B* = cod. Vatic. Basil. 19 H. s. X comm. prius: prol. } *v. praef.*
B' = cod. Vatic. Basil. 19 H. s. X comm. posterius: — V 4, 17 }
V = cod. Leid. Voss. lat. Q. 36 s. X.
S = cod. Paris. lat. 16235 s. X.
P = cod. Paris. lat. 7520 s. XI: V 2, 57 — fin. *v. praef.* }

β = consensus codicum *LFG* } aut omnium aut eorum qui
α = „ „ *BB'VSP* } exstant.

Lindenbr. = editio Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623.
Westerh. = „ A. H. Westerhovii Hag. 1726.
Zeune = „ I. C. Zeunii Lips. 1774.
Klotz = „ R. Klotzii Lips. 1838.

Bruns = scholia et glossae (rec.) cod. Halensis in edit. Ter. Hal. 1811.
Schlee = scholia (et glossae rec.) Terent. coll. et disp. Fr. Schlee Lips. 1893.

W. = Wessner.
* * * * *lacuna.*

Litteris inclinatis indicavi quae in sola rec. β exstant.

EVNVCHVS

PROLOGVS

SI QVISQVAM EST QVI PLACERE SE STVDEAT BONIS *QVAM PLVRIMIS* hic prologus habet controuersias duas, unam ex accusatoris persona, aliam ex defensoris: nam et Terentius obicit crimen et obiectum purgat. in eo, quod obicit, talis est controuersia: comoedias dedit aduersarius, in his unam, in qua priori loco causam dicit a quo petitur, non ille qui petit. hoc itaque crimen stultitiae est et imprudentiae. ita status est qualitas. alia controuersia est, quae obicitur Terentio, quae talis est: Graecam comoediam in Latinam transferre liceat, de Latina non liceat. Eunuchum Terentius dedit comoediam ⟨***⟩ mores parasiti et militis. quod Plautus in sua comoedia habuerat, nunc Terentius in Eunucho posuit. reus est, quod contra legem fecerit. hic status primo qualitas absoluta ex iuris ratione, deinde qualitas uenialis per ignorantiam. nunc iam singula, ut proposuimus, explicemus.

1 **1** SI QVISQVAM EST QVI PLACERE SE STVDEAT BONIS *QVAM PLVRIMIS* controuersiae principium semper est ad beniuolentiam captandam auditorum aut a nostra persona aut ab aduersariorum aut a iudicum aut a rebus ipsis. hic nunc utrumque complectitur, et a nostra persona et ab

3 ex *2. F*, *om. rell.* ‖ 6 in *2. G.*, *om. rell.* ‖ 7 itaque S^2, ita quod *rell.* ‖ 11 *lac. sign. W.*; et in ea descripsit *suppl. Goetz,* mor⟨ibus addit⟩is *coni. Schoell* | mores *W.*: moris *L*, personam (*post* parasiti) GS^2, *om. rell.; cf. schol. ad v. 30* ‖ 12 habuerat *W.*: -rit *codd.* ‖ 15 ratiocinatione *L* ‖ 16 singula *G*, -las *rell.* ‖ 18 controuersia *codd. praeter LS* ‖ 20 aduersariorum *Schopen* (*cf. infra*): auditorum (-ri^{um} *L*) *codd.*

aduersariorum. a nostra sic 'si est aliquis, qui placere
se studeat bonis et minime multos laedere, in his poeta
nomen profitetur suum'; ab aduersariorum 'tum si quis
est, qui dictum in se inclementius existimauit esse, sic
existimet' *sciat, praesumat* '*responsum, non dictum esse,*
quia laesit prius'. — BONIS QVAM PLVRIMIS quidam in-
telligunt quam 'plurimis bonis', nos intelligamus ex-
trinsecus plurimos nihil aliud posuisse nisi malos:
boni enim admodum pauci sunt. ita in numero, quod
2 dixit 'plurimis', qualitatem potius declarauit. — **2** ET
MINIME MVLTOS LAEDERE duo praecepta posuit: placere
bonis, non multos laedere. haec et Cicero *(divin. in Caec.*
1, 1) tenuit 'in causis iudiciisque publicis ita sim uersatus,
5 ut defenderim multos, laeserim neminem'. — **5** INCLE-
6 MENTIVS iniustius, acerbius. — **6** RESPONSVM NON DICTVM
ESSE QVIA LAESIT PRIOR ne uideatur Terentius improbam
continuo maledici subisse personam, quod prior laederet,
dixit respondisse *se* potius, non maledixisse. hoc enim
est, quod positum est 'non dictum': dictum enim Cicero
de oratore (*II 60, 244 ?*) maledictum ponit. hinc et male
dicere dicta dicere. sequitur controuersia ipsa et crimi-
7 natio a parte accusatoris **7** QVI BENE VERTENDO ET EASDEM
SCRIBENDO MALE. bene uertere est de Graeco in Latinum,
9 male scribere est male uerba componere. — **9** IDEM
MENANDRI FAMA NVNC NVPER DEDIT* nomen comoediae
Fama est. et bene addidit 'nunc nuper', ut crimen istud,
quod obicit, non longi temporis ⟨sit⟩, sed ut recens me-
10 moria uideatur esse peccati. — **10** SCRIPSIT CAVSAM DICERE

α * [25] aliter FANA (*cf. Ter. codd. BC*).

3 suum *om. L* ‖ 9 quod dixit in numero α ‖ 12 Cicero *Schopen*: hic *codd.* ‖ 14 sit ... defenderit ... laeserit α ‖ 15 ⟨id est⟩ iniustius α ‖ 16 quale sit prius (-or *B*) *FGB*, *om. B'V* ‖ 19 est *2. om. L* ‖ 20 hinc et *Schopen*: hoc est *codd.* ‖ 21 ⟨male⟩ dicta *L* | et *S*, est (*om. F*) *rell.* ‖ 22 eas (eos *F*) describendo *F* α ‖ 23 uertere est (est *om. LF*)] uertit α ‖ 24 scribere est] scribit α | componit α ‖ 25 fasma *ex corr. FS*² | comoediae] fabulae α ‖ 26 fama *L*, -na *rell.* ‖ 27 sit *add. W*.

PRIVS VNDE PETITVR AVRVM QVARE SIT SVVM QVAM IPSE QVI PETIT VNDE IS SIT THESAVRVS SIBI AVT VNDE IN PATRIVM MONIMENTVM PERVENERIT in comoedia sua hoc argumentum est: quidam agrum uendidit, illic habuit patrium monimentum, in quo thesauros emptor inuenit. comperit uenditor: in iudicium uenitur. utique ex ratione et ex consuetudine prior loqui debet ille qui petit — petitor hic autem uenditor est —, ut secundo loco respondeat a quo petitur, hoc est emptor. at contra Luscius Lanuinus fecit, ut prior loqueretur unde petitur, quam ille qui petit. ergo propositio criminis collocata est: incipiunt eius causae quaestiones. ac primo praescriptionis est status. potest enim dicere Luscius Lanuinus 'reprehendi non possum'. placuit in hac

14 comoedia hanc praescriptionem solui sic **14** DEHINC NE FRVSTRETVR IPSE SE AVT SIC COGITET DEFVNCTVS IAM SVM NIHIL EST QVOD DICAT MIHI. sed hanc praescriptionem donat et admonet, ne peccet; quam rem subtili accusatione composuit: ex hoc enim plus accusatur, siquidem de praeteritis se donare crimen ostendit et monuit quasi iterum peccaturum. simul et alia crimina multa donare se dicit nunc uelle et nihilo minus *se* post ea nolle reducere, si non laedat inimicus. quibus rebus et personam suam commendat et aduersarii ad confirmandam impudentiam

19 †mittat. — **19** ITA VTI FACERE INSTITVIT omni enim genere laborare debemus, ut aduersarios aut in odium aut in contemptionem aut in inuidiam adducamus. ita in odium adduxit, quod dixit 'si perget laedere, ita uti facere instituit', in contemptionem, quod dixit esse tali ingenio, ut ignorauerit, qui prior loqui in actione deberet. subiungit deinde alteram controuersiam QVAM NVNC ACTVRI SVMVS

5 uenditor *Westerh.*: emptor *codd.* ‖ 7 autem hic *F α* ‖ 8 a quo petitur] aut petitor *β* ‖ 11 incipiunt] incipit enim *α* | quaestio *α* ‖ 13 possum] positum *L¹F*, posse mortuum *G* ‖ 15 cogitat *L*, cogito *F* ‖ 19 promittit crimen *α* | monet *F α* ‖ 20 multa crimina se donare *α* ‖ 21 uelle *W*: nolle *codd.* | postea *codd.* | reducere *W.*: se ducere *LF*, dicere *G*, male dicere *α* ‖ 24 mittat (*sscr. m. rec.* inuitet) *L*, iniecit *rell.* ‖ 26 in *2. om. LG* ‖ 27 ita ⟨enim⟩ *α*

MENANDRI EVNVCHVM POSTQVAM AEDILES EMERVNT. hic a
narratione incipit, quia supra exordium collocatum est.
⟨est⟩ ergo haec tota narratio usque ad propositionem
23 criminis et quaestionis, quae incipit ex hoc uersu **23** EX-
CLAMAT FVREM NON POETAM FABVLAM DEDISSE ⟨ET NIHIL
DEDISSE⟩ VERBORVM. pulchre primo generaliter proposuit
illam ex aduersarii persona: ita enim oportet, ut sic species
subiciatur, quae talis est, ut diximus supra: de Latino in
Latinum transferre non liceat. haec quaestio sic propo-
25 nitur **25** COLACEM ESSE NAEVI ET PLAVTI VETEREM FABV-
LAM PARASITI PERSONAM INDE ABLATAM ET MILITIS. 'per-
sonam' autem hic intelligo non nomina, quod postea de-
clarabo. subiungit responsionem primo quasi quodam statu
27 finitiuo, quae sic iungitur **27** SI ID EST PECCATVM hoc est:
an hoc peccatum sit uerum, donat. hinc ad qualitatem
ipsam descendit uenialem, quam sic proponit PECCATVM
INPRVDENTIA EST POETAE. uenia enim tribus modis fit: ui,
casu, ignorantia. cum autem imprudentia uel una de tribus
fuerit, sequitur ut coniectura sit, ne aliquid animo fecerit.
28 adiunxit ergo Terentius **28** NON QVO FVRTVM FACERE STVDV-
ERIT. haec tamen repromissionem argumentorum tenent, non
29 ueritatem. ergo adiungit **29** ID ITA ESSE VOS IAM IVDICARE
POTERITIS. quoniam diximus illam legem: ex Graeco in La-
30 tinum transferre liceat, hoc dicit, quod **30** COLAX MENANDRI
EST IN EA EST PARASITVS COLAX ET MILES GLORIOSVS. 'para-
situs' autem 'colax' — id est adulator: hoc enim signi-
ficat — 'et miles gloriosus': et gloriosus et colax mores
sunt, ut supra diximus 'parasiti inde personam ablatam

3 est (*post* narratio) *add.* S^2, *om. rell.* || 7 species sic *α* || 8 talis *W.* (*cf. p. 89, 9*): litteris (*om. G*) *β*, qualitatis (*in mg.* uel litteris *m. 1 V*) *α* || 14 iungit *α F* || 15 peccare *LG* | hinc *W.*: hoc (et *add. G*) *codd.* || 19 sequitur ut *om. α* | sit] erit *α* | ne *G*, nec *rell.* | animo *G* (*cf. I 2 in.*): -us *rell.* || 20 QVO] quod *G α* || 21 tamen ⟨uerba⟩ *F α* || 22 adiunxit *G* || 24 hoc ⟨namque⟩ *α* | dicit *W.*: -co *codd.* || 25 in ea est fabula de parasito colace et glorioso milite *α* || 27 et (ut *codd.*) gloriosus — ut] apud Latinos, quod colax (*immo* alazon) apud Graecos. sicut igitur *α* || 28 inde est ablata persona parasiti *α*

et militis': ergo hae personae in Menandri comoedia sunt,
31 quod concludit **31** EAS SE NON NEGAT PERSONAS TRANSTV-
LISSE IN EVNVCHVM SVAM EX GRAECA. ergo iam non con-
tra legem fecit, quod ex Graeca transtulit. sed quoniam
et Latinae comoediae sunt, redit ad uenialem statum, ut
33 nescisse se dicat **33** SED EAS FABVLAS FACTAS PRIVS LA-
TINAS SCISSE SE ID VERO PERNEGAT. sic iungitur qualitas
absoluta de iuris ratione, quoniam licitum est ex neces-
sitate rerum, ut nota similitudo personas singulas reseruet:
35 hoc est enim quod dicit **35** QVODSI PERSONAS ISDEM ALIIS
VTI NON LICET *QVI MAGIS LICET CVRRENTIS SERVOS SCRIBERE*:
haec enim semper necessitate naturali sunt apta et in-
ligata personis. ita fit, ut, quicumque personam aliquam
collocat, eius debeat mores exprimere. quam rem con-
40 cludit **40** DENIQVE NVLLVM EST DICTVM QVOD NON DICTVM
SIT *PRIVS*. sed hic res intelligamus, non uerba. haec quae
dicunt Graeci *πράγματα* naturaliter omnibus semper sunt
aequalia ad dicendum, uerba sunt *terminata* ⟨*natura*⟩
nostra. et haec controuersia. sequitur iam ratio prologi,
quam in Andria praecepi, ut audientiam a populo petat,
42 concludens simul cum ueniali statu prologum **42** QVARE
AEQVVM EST VOS COGNOSCERE ATQVE IGNOSCERE *QVAE
VETERES FACTITARVNT SI FACIVNT NOVI*, ut hic et absoluta
qualitas per exempla contacta sit. deinde sic audientia
44 petitur **44** ET CVM SILENTIO ANIMADVERTITE VT PERNOSCA-
TIS QVID SIBI *EVNVCHVS* VELIT. hic iam comoediae ipsius
res potestatemque noscamus.

2 personas non negat *α* ‖ 4 transtulit. sed *W.*: -lisset *LF*, -lit *rell.* ‖ 5 redit] redditae *α* ‖ 7 SE *om.* *LG* ‖ 8 ratiocinatione *β*, *at cf. p. 9,19; 89,15* | quoniam *L*, quod *rell.* ‖ 10 enim *om.* *L* ‖ 11 non licet uti *α* ‖ 12 inlegata *LFα*, illisgrata *G* ‖ 15 dictum est *α* ‖ 16 SIT] est *L* | sed] et *Goetz* (*coll. schol. ad v. 25*) ‖ 17 *πράγματα Lindenbr.*: ΠΡΓΜΔ *L*, ΠΡΑCΜα *F*, ΠΡΑΤΜ *G*, ΠΡΑΤΜΑ *α* ‖ 18 ad dicendum (ducendum *G*, dic̄ dū *α*) *codd.*; at dicta *edd.* | terminasti *L* | natura *add.* *W.* ‖ 19 et] sed *α* | hic *G* | controuersia ⟨est⟩ *B*, *edd.* ‖ 23 et *W.*: est *codd.* ‖ 24 contracta *G*, cum tacta *V*, cum tacita *BS*

MENANDRI EVNVCHVM POSTQVAM AEDILES EMERVNT. hic a
narratione incipit, quia supra exordium collocatum est.
⟨est⟩ ergo haec tota narratio usque ad propositionem
23 criminis et quaestionis, quae incipit ex hoc uersu **23** EX-
CLAMAT FVREM NON POETAM FABVLAM DEDISSE ⟨ET NIHIL
DEDISSE⟩ VERBORVM. pulchre primo generaliter proposuit
illam ex aduersarii persona: ita enim oportet, ut sic species
subiciatur, quae talis est, ut diximus supra: de Latino in
Latinum transferre non liceat. haec quaestio sic propo-
25 nitur **25** COLACEM ESSE NAEVI ET PLAVTI VETEREM FABV-
LAM PARASITI PERSONAM INDE ABLATAM ET MILITIS. 'per-
sonam' autem hic intelligo non nomina, quod postea de-
clarabo. subiungit responsionem primo quasi quodam statu
27 finitiuo, quae sic iungitur **27** SI ID EST PECCATVM hoc est:
an hoc peccatum sit uerum, donat. hinc ad qualitatem
ipsam descendit uenialem, quam sic proponit PECCATVM
INPRVDENTIA EST POETAE. uenia enim tribus modis fit: ui,
casu, ignorantia. cum autem imprudentia uel una de tribus
fuerit, sequitur ut coniectura sit, ne aliquid animo fecerit.
28 adiunxit ergo Terentius **28** NON QVO FVRTVM FACERE STVDV-
ERIT. haec tamen repromissionem argumentorum tenent, non
29 ueritatem. ergo adiungit **29** ID ITA ESSE VOS IAM IVDICARE
POTERITIS. quoniam diximus illam legem: ex Graeco in La-
30 tinum transferre liceat, hoc dicit, quod **30** COLAX MENANDRI
EST IN EA EST PARASITVS COLAX ET MILES GLORIOSVS. 'para-
situs' autem 'colax' — id est adulator: hoc enim signi-
ficat — 'et miles gloriosus': et gloriosus et colax mores
sunt, ut supra diximus 'parasiti inde personam ablatam

3 est (*post* narratio) *add.* S^2, *om. rell.* ‖ 7 species sic *α* ‖ 8 talis *W.* (*cf. p. 89, 9*): litteris (*om. G*) *β*, qualitatis (*in mg.* uel litteris *m. 1 V*) *α* ‖ 14 iungit *α F* ‖ 15 peccare *L G* | hinc *W.*: hoc (et *add. G*) *codd.* ‖ 19 sequitur ut *om. α* | sit] erit *α* | ne *G*, nec *rell.* | animo *G* (*cf. I 2 in.*): -us *rell.* ‖ 20 QVO] quod *G α* ‖ 21 tamen ⟨uerba⟩ *F α* ‖ 22 adiunxit *G* ‖ 24 hoc ⟨namque⟩ *α* | dicit *W.*: -co *codd.* ‖ 25 in ea est fabula de parasito colace et glorioso milite *α* ‖ 27 et (ut *codd.*) gloriosus — ut] apud Latinos, quod colax (*immo* alazon) apud Graecos. sicut igitur *α* ‖ 28 inde est ablata persona parasiti *α*

et militis': ergo hae personae in Menandri comoedia sunt,
31 quod concludit **31** EAS SE NON NEGAT PERSONAS TRANSTV-
LISSE IN EVNVCHVM SVAM EX GRAECA. ergo iam non con-
tra legem fecit, quod ex Graeca transtulit. sed quoniam
et Latinae comoediae sunt, redit ad uenialem statum, ut
33 nescisse se dicat **33** SED EAS FABVLAS FACTAS PRIVS LA-
TINAS SCISSE SE ID VERO PERNEGAT. sic iungitur qualitas
absoluta de iuris ratione, quoniam licitum est ex neces-
sitate rerum, ut nota similitudo personas singulas reseruet:
35 hoc est enim quod dicit **35** QVODSI PERSONAS ISDEM ALIIS
VTI NON LICET *QVI MAGIS LICET CVRRENTIS SERVOS SCRIBERE*:
haec enim semper necessitate naturali sunt apta et in-
ligata personis. ita fit, ut, quicumque personam aliquam
collocat, eius debeat mores exprimere. quam rem con-
40 cludit **40** DENIQVE NVLLVM EST DICTVM QVOD NON DICTVM
SIT *PRIVS*. sed hic res intelligamus, non uerba. haec quae
dicunt Graeci πράγματα naturaliter omnibus semper sunt
aequalia ad dicendum, uerba sunt *terminata* ⟨*natura*⟩
nostra. et haec controuersia. sequitur iam ratio prologi,
quam in Andria praecepi, ut audientiam a populo petat,
42 concludens simul cum ueniali statu prologum **42** QVARE
AEQVVM EST VOS COGNOSCERE ATQVE IGNOSCERE *QVAE
VETERES FACTITARVNT SI FACIVNT NOVI*, ut hic et absoluta
qualitas per exempla contacta sit. deinde sic audientia
44 petitur **44** ET CVM SILENTIO ANIMADVERTITE VT PERNOSCA-
TIS QVID SIBI *EVNVCHVS* VELIT. hic iam comoediae ipsius
res potestatemque noscamus.

2 personas non negat *α* ‖ 4 transtulit. sed *W.*: -lisset *LF*, -lit *rell.* ‖ 5 redit] redditae *α* ‖ 7 SE *om. LG* ‖ 8 ratiocinatione *β, at cf. p. 9,19; 89,15* | quoniam *L*, quod *rell.* ‖ 10 enim *om. L* ‖ 11 non licet uti *α* ‖ 12 inlegata *LFα*, illisgrata *G* ‖ 15 dictum est *α* ‖ 16 SIT] est *L* | sed] et *Goetz* (*coll. schol. ad v. 25*) ‖ 17 *πράγματα Lindenbr.*: ΠΡΓΜΔ *L*, ΠΡΑϹΜα *F*, ΠΡΑΤΜ *G*, ΠΡΑΤΜΑ *α* ‖ 18 ad dicendum (ducendum *G*, dic̄ dū *α*) *codd.*; at dicta *edd.* | terminasti *L* | natura *add. W.* ‖ 19 et] sed *α* | hic *G* | controuersia ⟨est⟩ *B*, *edd.* ‖ 23 et *W.*: est *codd.* ‖ 24 contracta *G*, cum tacta *V*, cum tacita *BS*

I.

1.

Prima igitur scaena deliberatiuam integram tenet, quae talis est: deliberat adulescens, an expulsus a meretrice, cui munera missurus est, rursus rogatus ut redeat
46 iterum reuertatur. — **1** QVID IGITVR FACIAM haec deliberatiua duas partes in propositione deliberantis continet ⟨et⟩ ex utraque parte argumenta, sed eo hic seruus accedet, ut possit alteram partem persuadere. deliberatiua utique ab honesto et ab utili et ab eo an fieri possit et an necesse sit semper diuiditur. haec igitur an seruata sint considerare debemus. ac primo propositio est QVID IGITVR FACIAM, quae communis est ad utramque partem. deinde incipit una pars NON EAM. adiecit causam cur ire debeat NE NVNC QVIDEM CVM VLTRO ACCERSOR. deinde alterius
47 partis est propositio **2** AN POTIVS ITA ME COMPAREM. ab
48 honesto diuisio ponitur **3** NON PERPETI MERETRICVM CONTVMELIAS *EXCLVSIT REVOCAT REDEAM NON SI ME OBSECRET.* rursus diuisio in alteram partem ex diuisione uidelicet illa
50 an fieri possit, ut amator contemnat quam diligit **5** SI QVIDEM HERCLE POSSIS NIHIL PRIVS *NEQVE FORTIVS*, et quasi asserit fieri non posse. deinde adiungit ab inhonesto, quod ultro ad eam ueniet. atque hic adiungit et ab inutili 'quod confessus fueris te amare, *eludet, ubi te uictum senserit*'. consideratis partibus adulescens concludit ad
56 ipsam rursus deliberationem **11** PROIN TV DVM EST TEMPVS *ETIAM ATQVE ETIAM COGITA ERE QVAE RES IN SE NEQVE* ⟨*MODVM NEQVE*⟩ CONSILIVM. hic iam persuasio accedit, quo-

1 igitur *om. B′* (*edd.*) ‖ 4 iterum *G*, ut *LVS*, *om. FB′* | reuertatur ⟨ad ipsam meretricem thaidem⟩ *α* ‖ 5 duas partes] oratio est *α* | propositione] est *add. VS* | et *add. W.* ‖ 6 eo *Zeune*: ea *codd.* | accedit *GF*[1] ‖ 8 honesto ⟨est⟩ *codd.* ‖ 10 primo *post* est *α* ‖ 12 ire ⟨non⟩ *F*, iri *α* ‖ 13 accesor ultro *F* ‖ 17 diuisio ⟨illa⟩ *L* | uidelicet *W.*: uidet *L*, *om. rell.* ‖ 18 contempnet *L α* | quẽ *LB′*, que *G* ‖ 23 ⟨et⟩ adulescens *G* ‖ 24 tempus est tempus (t. *2. om. FG*) *β* ‖ 25 IN SE] inquit *codd.*, *cf. infra* ‖ 26 accidit *L α*

niam cogitatio superior ex utraque parte concepta ad integrum aequali cogitationum ratione prorupit. persuadet autem, ut reuertatur ad meretricem, ab eo quod fieri non possit, ut non reuertatur. respondet autem se iniuriam passum. uerum quaestioni opponit illud, quod *in amore* semper amantium ista sit consuetudo. ergo primo an possit repugnare: QVAE RES inquit ⟨IN SE⟩ *NEQVE MODVM NEQVE CONSILIVM HABET VLLVM EAM CONSILIO REGERE NON POTES.* aduersus iniuriam, quam passus est, *sic* opponitur con-
59 suetudo **14** HAEC OMNIA VITIA SVNT *INIVRIAE SVSPICIONES INIMICITIAE INDVTIAE.* — INCERTA HAEC *SI TV CVPIAS RATIONE CERTA FACERE* sensus est hic: si haec, quae in amore semper uarie contigerunt ac propterea uidentur incerta, *si* tu uolueris ratione corrigere, ut certa perficias, tale erit, inquit, ut si operam des, ut cum ratione insanias. subiungit deinde orationem irascentis amatoris exclusi, in qua exprimitur ira, quae numquam uerbo com-
65 plet, quod cogitat mens. ita posuit **20** EGONE ILLAM ut desit 'non puniam' QVAE ILLVM 'amat' scilicet QVAE ME 'exclusit' QVAE NON *aut* 'ueretur' *aut* '*metuit*': sic enim iram exprimimus. haec igitur molestiam faciunt: 'tu ergo ea uitia *per curas* noli cumulare, ne sollicitudo geminetur'. et quoniam serui persuasio parum profecerat circa adulescentis animum dolentis quod esset exclusus*, optima

70 α*[24] **25** O INDIGNVM FACINVS ex his, quae amori accidunt, et se et illam esse aliter atque aliter asserit, se miserum, illam scelestam dicens. cui seruus persuadet, ut se ab ea redimat quam minimo queat pretio. quam etiam

1 suscepta α ‖ 2 prorupit ⟨ere quae res in se⟩ α ‖ 4 respondit *L* ‖ 6 ita *LG* | repugnat ⟨dum proponit⟩ α ‖ 8 potest *L* ‖ 9 consuetudo ⟨ubi sic assumit (-itur *S*)⟩ α ‖ 11 ⟨et post ita concludit⟩ incerta ⟨igitur⟩ haec α | CVPIAS] postules *Ter.* ‖ 13 uarię *L*, -ia *rell.* ‖ 17 uerbo *G*, -a *rell.*; -is *Zeune* ‖ 18 ut desit] scilicet α ‖ 19 non *om.* α | ⟨scilicet⟩ amat α ‖ 20 metuet *L* ‖ 21 molestia *L*, -sta α | faciunt *om.* *L* ‖ 22 per curas *W.*: percurras *codd.* ‖ 23 partum *L*, -tim *F* ‖ 24 dolentis animum α | optima] *initium novae scaenae in* α

ratione subiungitur scaena, in qua meretrix ipsa est, cuius praesentia et oratio persuadere possit et uultus, ut amator iniuriam ignoscat.

α Bacchidem longius sumpta (supra *S*) translatione definit quid sit, scilicet 'calamitas nostri fundi' id est miseria per hypallagen (yp- *codd.*), quod miseros faciat.

2.

81 **1** MISERAM ME VEREOR *NE ILLVD GRAVIVS PHAEDRIA TVLERIT* in hac scaena primo controuersia est, dein deliberatiua. controuersia talis est: adulescens amator missurus munera fuerat, quae eadem meretrix postulauerat, et multa alia. meretrix habens amatorem, qui promiserat uirginem quandam, quae aliquando eius meretricis soror dicebatur, sed aberrauerat ⟨et⟩ a praedonibus rapta uenumdata *fuerat,* hanc inquam amator alius cum promisisset, meretrix adulescentem amatorem exclusit. rea fit iniuriarum. haec controuersia uenialem statum continet: confitetur enim se fecisse iniuriam, uerum dicit necessitate, quod uelit eam puellam a milite recipere, quae sibi soror antea fuerat. et quoniam semper uenialis status sub qualibet purgatione coniectura tractatur, an hoc animo fecerit siue necessitate siue alia qualibet causa, tractanda hic erit etiam similiter coniectura. quam quidem rem breuiter percurrit ipsa dicens (*v. 16—17*) 'non quo quemquam plus diligam, eo feci; sed ita erat res, faciendum fuit'. haec controuersia accusationem habet et defensionem, sed defensio perseuerat usque ad deliberatiuam: nam petitura est meretrix aliquot dies, se adu-

2 et uultus *ante* persuadere α | ut] et *LF* ‖ 5 deinde *F* ‖ 6 ⟨quae⟩ talis α ‖ 7 postularat α ‖ 8 meretrix — qui] cui alter amator α | qui ⟨ei⟩ *F*, *om. L* ‖ 10 et *hic add. W.*; *post* rapta *legitur in* α ‖ 12 ⟨a se⟩ exclusit α ‖ 17 coniecturam (per coni- *G*) *LG* ‖ 18 tractanda (-tata *G*, -ta *L*) hic erit] hic erit tracta α | coniectura similiter α ‖ 19 ipse *LG* ‖ 22 deliberatiuam ⟨orationem⟩ α ‖ 23 aliquos *codd.* | se — pollicetur] et pollicetur haberi deinceps se a phedria adulescente suo amatore α

lescens amatorem futurum pollicetur. omnis autem petitio uim deliberatiuam tenet. ergo secundum ordinem ad singula reuertamur.

Egreditur meretrix primo: ex hoc declarat se quod fecerit necessario fecisse, quod dicit VEREOR NE ILLVD GRAVIVS PHAEDRIA TVLERIT *NEVE HOC ALIORSVM ATQVE EGO FECI ACCEPERIT.* duo posuit: 'ne ⟨****' et 'ne⟩ factum meum aliter Phaedria acceperit quam a me factum est
83 *aut non intellexerit'*. — 3 *QVOD HERI INTRO MISSVS NON EST* propositionem iniuriae tenuauit nunc, quod quasi minus est ab excluso: non enim dixit 'quod exclusus est', sed
85 'quod intro missus non est'. — 5 ACCEDE AD IGNEM HVNC *IAM CALESCES PLVS* quidam intelligunt 'ad ignem' ad amorem, hoc est ad ipsam meretricem. sed melius illud est, quod quidem Menander aperte dixit, meretrices iuxta domum suam uel in atrio solitas habere aram Veneris uulgariae, cui cotidie sacrificent, ut hoc sit: 'accede ad ignem' hoc est ad aram, ut iocatus seruus sit 'iam calesces plus
86 satis'. — 6 TVNE HIC ERAS PHAEDRIA *CVR HIC STABAS CVR NON RECTA INTROIBAS* optimum principium sumpsit meretrix: cum rea ipsa sit facti, adulescentem coepit arguere,
87 quod non ingressus est. — 7 CETERVM DE EXCLVSIONE VERBVM NVLLVM hoc seruus dicit, quod meretrix callide loquitur. dicit tantum de iniuria, unde intelligi licet, quod hic exclusionem posuit, quia seruus accusatoris animo dicit ad illa supra (*v. 3*) 'quod intro missus non est'. —
89 9 SANE QVIA HAE MIHI SEMPER FORES accusatio hic sumit exordium — quod quanto temperamento dictum est! —, quod non semper meretricis fores amatori pateant, quod riualis

1 petitio uim *W.*: petitionem (-tio orationem *B'*) *codd.* ‖ 2 deliberatiua *F* ‖ 5 quod dicit] dicens *α* ‖ 7 *lac. sign. W.* ‖ 8 acceperit phedria *α* ‖ 9 aut *W.*: an *codd.* ‖ 10 nunc *W.*: non *codd.* ‖ 11 quod] quo *LVS* ‖ 15 meretricis *LFV*^{1} ‖ 16 haberet *LFV*^{1} | aram *S*, ara *G*, annū *LFV*, ignē in arā *B'* | uulgariae *Lindenbr.*: illi carā (illic aram *F*, illis caram *G*) *β V*, ulli garæ *S*; illecebrae *Schoell* ‖ 17 ut hoc sit] pro hoc igitur dictum est ei *α* ‖ 18 ut] et*?* | seruus ⟨parmeno⟩ sit ⟨dicens⟩ *α* ‖ 22 est] sit*?* | 24 unde] id inde *Zeune* ‖ 29 meretrices *LG*, -cis (*post* fores) *α*

sibi praeponatur: hoc enim dixit QVIA SVM APVD TE PRI-
MVS. et cum meretrix dissimularet totum impetum, rursus
91 adulescens accusationes effudit **11** QVID ⟨MISSA⟩ O THAIS
THAIS. iteratio nominis accusantis ostendit iracundiam. —
VTINAM ESSET MIHI PARS AEQVA AMORIS TECVM sensus hic
est: utinam et tu amoris partem mecum habuisses: si
enim hoc fuisset, posset contingere, ut in hac iniuria aut
tibi doleret, ut mihi dolet, *aut mihi non doleret, ut tibi*
94 *non dolet.* hoc enim dixit **14** EGO ISTVC ABS TE FACTVM
NIHILI PENDEREM hoc est: factum tuum contemnerem. —
95 **15** NE CRVCIA *TE OBSECRO ANIME MI PHAEDRIA* incipit de-
fensio, quae optimum principium tenuit, ut irascentis
primum animus temperaretur. deinde consilio generaliter
subiungit argumentum meretrix, sed coniecturale, quod non
hoc animo fecerit, quo alium apud se uideatur habere po-
96 tiorem: hoc enim dixit **16** NON POL QVO QVEMQVAM PLVS
AMEM AVT PLVS DILIGAM EO FECI. similiter subiungit gene-
97 rale aliud argumentum status uenialis ex necessitate **17** SED
ITA ERAT RES *FACIENDVM FVIT.* post meretrix conturbata
oratione serui petit audientiam, ut plenior origo narretur:
non tantum exclusionem ipsius narrare debet, sed et cau-
sam. post principia petit audientiam, qua concessa nar-
107 ratio incipit **27** SAMIA MIHI MATER FVIT. breuitas semper
in narratione seruanda est et in dictione aperta uerba.
ita hic *et* nomen et affectum et locum posuit habitationis.
narrat matri suae datam puellam dono a quodam merca-
tore ab Atheniensi ciuitate sublatam ac se ignorare dicit,
utrumne ipsa ciuis Atheniensium fuisset ⟨an⟩ tantum de
ciuitate sublata sit. adicit illud, quod 'nomen matris et
patris dicebat ipsa' (*v. 31*): etenim proficit ad causam
eius rei, quam petitura est. scimus enim in narratione

5 amatoris *L* | sensus ⟨enim⟩ *α* ‖ 6 amoris *G*, amatoris et (amoris *post* mecum *addito*) *LFα* | sic *LVS* ‖ 10 nihil *L* ‖ 13 temperaretur *L*, -peretur *rell.* ‖ 16 QVO *om.* *LGα* ‖ 22 quam *β V* ‖ 24 in *1. om.* *L* ‖ 25 posuit (primum *add.*) *Zeune*: posuimus *codd.* ‖ 28 an *add.* *Zeune* ‖ 29 sit *in mg.* *V*, *sscr.* *FB'* (*del.?*) ‖ 30 etenim *FG*, enim *rell.* | ⟨hoc⟩ proficit *FB'* ‖ 31 quam

rationem futuris quaestionibus collocari. quoniam ergo dictura est concedi sibi debere aliquot dies, ut puellam recipiat, et hanc adiungit causam, ut suis parentibus reddat: 'uolo enim' inquit 'amicos sic parare beneficio meo' (*cf. v. 69*). ideo praemisit 'matris nomen et patris', ut ueri simile sit posse hinc parentes sciri, si nomina iam tenentur. denique adiecit et alia signa sibi cognita esse, quia mercator ex praedonibus unde emerat se audisse dixerit abreptam esse e Sunio. 'Sunio' autem intelligit locum prope Athenas iuxta mare collocatum. redit rursus ad affectum, quod dicit sibi carissimam esse puellam, cum mater sic eam educauerit, ut opinione populi filia diceretur. inde narrat discessum suum: excitat enim, quod cum hospite Athenas uenerit, qui sibi haec omnia, quae habebat meretrix, dereliquit. quam rem quidem non sine causa uidetur adiecisse, sed ut ostenderet, quanta semper mercede dilecta sit, ut adulescens intelligat, non se maximum munus dedisse, cum uideat tantum donari meretrici. hoc quidem seruus negat factum dicens et dominum multa donasse. concedit mulier et ad narrationem redit et dicit profectum militem amatorem suum ⟨et⟩ ad adulescentis Phaedriae notitiam se nunc peruenisse. qua in re com-
127 mendat animum, cum dicit **47** TVTE SCIS POST ILLA QVAM INTIMVM HABEAM TE ET MEA CONSILIA VT TIBI CREDAM OMNIA. pergit narrationis partes uniuersas complere, quod mortua matre frater materna bona inuaserit, uirginem uenumdederit et speciosam ac peritam artis, quod fidibus sciret, deinde quod eam ille amator suus emerit miles, quod uenerit et irascatur, quod meretrix coeperit alium amatorem habere. hic intelligendum acriter illud est, quod

(*sscr.* uel cum) *F*, cum *rell.* || 2 debere sibi *α* || 6 parentis (*om.* sciri) LV^1 || 9 Sunium *2. F* | intelligũt *G*, -gitur *α* || 10 locus .. collocatus *α* || 12 eam sic *FGα* || 14 uenerit ⟨rite⟩ *α* | qui *G*, quae *rell.* || 15 ⟨illa (-i *VB'*)⟩ meretrix *α* | derelinquit *LG* | ⟨illa⟩ non *α* || 19 et *om. α* || 20 dedisse *FG* | concedit *W.*: -tendit *codd.* | et *1. B'*, *om. rell.* | redit et (ac *FG*)] rediens *α* || 21 et *add. W.* | ad *om. LG* || 22 se nunc *Westerh.*: sed hunc *LFα*, se *G* || 25 pergunt *G*, per^{git} igitur *V*

supra (*v. 46*) dixit 'te amatorem interea loci cognoui',
ut ideo miles puellam tanto pretio emerit, quod sciret se
tantum amari a meretrice, quippe cum eam sic reliquis-
set, quae adhuc nullum haberet amatorem. ergo conse-
quenter hodie irascitur miles, posteaquam inuenit mere-
138 tricem cum hoc amatore. hoc ergo adiungit **58** FINGIT
CAVSAS NE DET SEDVLO. et hoc temperate: ostendit hoc
militem uelle, ut praeponatur alteri amatori. qua re ac-
cepta se pollicetur munus miles quod comparauerat do-
139 naturum. — **59** SI FIDEM HABEAT SE IRI PRAEPOSITVM
TIBI hoc est: si accipiat fidem ⟨me⟩ ipsum praeposuisse
140 tibi **60** APVD ME AC NON ID METVAT duo sunt 'si fidem
habeat' et 'si non metuat'. quid autem metuat? NE VBI
ACCEPERIM SESE RELINQVAM. hic iam causas petitionis
ostendit: hoc enim petitura est meretrix, ut paucos interim
dies, quousque puella dono detur, miles apud meretricem
in amore praeponatur. finita narratione concludit ad suspi-
cionem nescio quam exitum narrationis, quod idem miles
iam omisso amore meretricis nunc uirginem diligat: hoc
142 enim dixit **62** SED EGO QVANTVM INTELLEGO AD VIRGINEM
ANIMVM ADIECIT. petit rursus Phaedriam, ut paucos dies
sibi commodet, quibus prior esse apud se miles possit.
dicit causas quod soror dicta est, quod uelit parare ami-
cos beneficio suo. sed post haec iratus adulescens redit ad
accusationem uehementer, quo eam declarare possit in-
gratam enumeratque beneficia sua uel quae praestiterit
uel quae parauerit. quibus accusationibus meretrix uicta,
quo facilius adulescenti persuadere possit, quod antea
postulauerat, dicit se ei ad omnem uoluptatem commodare
consensum, ne eum aliquo offendat. qua re uictus adu-

1 dixit ⟨postea miles⟩ te *L* ‖ 4 quae *FG*, cum *rell.* | haberet nullum *FGα* | ergo *F'B'*, ego *rell.* ‖ 8 acceptasse *L*, concepta se *G*, concessa se FV^1, concessū se SV^2, concessisse *B'* ‖ 9 miles munus *VS* ‖ 10 ire *LGV* ‖ 11 me *add. Lindenbr.* | ipsam *F*, *om. L* ‖ 16 ⟨a milite⟩ puella donetur ⟨sibi⟩ *α* ‖ 17 a suspicione nescio quem *FGα* ‖ 18 narrationis *W.*: narrantis *codd.* ‖ 22 esse *Lindenbr.*: is (*om. G*) *codd.*

lescens omnia se quae meretrix uellet facturum esse promittit et monet, ut memoriam sui nominis teneat. quo discedente ista secum loquitur, quod uehementer diligat Phaedriam neque aliquid callide fecerit, sed cuncta ratione complerit.

II.

1.

207 1 FAC ITA VT IVSSI DEDVCANTVR ISTI haec scaena
tenet prima parte mandata serui 'ducantur ad meretricem
208 et illa dona, quae ante comparaui'. — 2 SATIN HOC MAN-
DATVM EST TIBI aperte, inquit, dicta sunt tibi ista? —
209 3 ROGARE QVASI DIFFICILE SIT sensus est: quasi quid me
210 fugerit, sic interrogas. — 4 VTINAM TAM ALIQVID IN-
VENIRE FACILE POSSIS PHAEDRIA QVAM HOC PERIBIT sen-
sus: tam facile utinam lucri aliquid inuenias, quam facile
214 istuc amittes. — 8 ET ISTVM AEMVLVM QVOD POTERIS AB EA
PELLITO mandat adulescens seruo, uti munus suum uerbis
216 ornet et militem meretricis amore discludat. — 10 ⟨ETSI⟩
NVLLVS MONEAS hoc est: etsi non moneas, quod alio in
loco (*Hec. I 2, 4—5*) ait 'nullus dixeris, alias ut uti pos-
225 sim causa hac integra'. — 19 DI BONI QVID HOC MORBI
EST seruus confirmatus dat consilium domino, ut rus per-
gat, quia meretrici ante promisit. secum loquitur conque-
rens fortunas domini: quae est allocutio sola continens
dolorem. generaliter tractat tamen, cum non tam de do-
230 mino quam de amore conqueritur. — 24 MIRVM NI EGO

1 meretrix quae *L* | promittit ⟨adulescens⟩ *L* ‖ 2 quo discedente *W.*: quod inscident et (q- i- *om. G*) *codd.* | ista *Schoell*: ita *codd.* ‖ 8 et *L*, *om. rell.* | comparaui *B′*, -uit *rell.* ‖ 9 tibi *ante* dicta *FG*α ‖ 10 rogitare *FG* (= *Ter.*) | ⟨si⟩ quid *B′SV*² | me *om. G* ‖ 11 fugerit] fuerit *G*, fugiat *F*, -git *rell.* | difficile *ante* sic *add. G*, *post* interrogas *rell.* | TAM *om. LGVS* ‖ 14 istud α | amittes *V*²*S*², -tis *rell.* ‖ 15 ut *FG*² α ‖ 16 ⟨ab⟩ amore α ‖ 18 ut *om. L*α | uti *om. G* | possum *LGB′V* ‖ 20 confirmat *L*, -mans *F* ‖ 21 antea α | ⟨cum (con- *VS*, col- *GB′*)⟩ loquitur *LG*α ‖ 23 tamen] tande *G*, de *L*

ME TVRPITER DABO mirum est, inquit, ni turpiter ego hic
231 accipiar: hoc est 'me turpiter dabo.' — **25** CVM DECRE-
PITO HOC EVNVCHO d e c r e p i t i dicuntur magis senes, si qui
longa senectute uix loqui possunt et tantummodo fractis
uocibus exprimunt quae loquantur ac sunt quasi quaedam
crepitacula.

2.

232 **1** DI INMORTALES HOMINI HOMO QVID PRAESTAT haec
scaena exultationem continet, in qua nihilo minus parasitus loquitur, cuius de moribus et persona collocauit, cum dixit *(prol. v. 30)* 'colax' id est adulator. nam cum parasitorum personae antea his moribus essent, uti plagis atque uerberibus risum dominis euocarent, hic nouo more artem exercere monstratur, ut omnia dominis consentiendo hoc genus artis exerceat: ita enim dixit hanc nouam personam de Graeco esse translatam. ergo hic mores exprimit suos. et fit comparatio per qualitatem, quae melior ars in parasito esse uideatur, utrum illa, quae plagis ac uerberibus uitam perturpiter contineat, an haec quae adsentando et arridendo ipsa potius habere in potestate uideatur dominos. — HOMINI HOMO inquit QVID PRAESTAT STVLTO INTELLEGENS sensus est: homini stulto homo intelligens quid praestat, hoc est quantum antecedit, ut (*Sall. Catil. 1, 1*) 'omnes homines, qui sese student praestare
234 ceteris animalibus'. — **3** MEI LOCI ATQVE ORDINIS 'mei
loci' pauperem dicit, 'ordinis' parasitum. — HOMINEM HAVD INPVRVM non malum: i n p u r o s enim crudeles et saeuos

3 si quis *L* ‖ 5 hac sunt *G*, assunt *L α* | quasi *om. L* ‖ 9 collocauit] ////////////t *L* ‖ 12 euocarent *Schoell*: colloc- *codd.*; concit- *Lindenbr. Cf. etiam p. 120, 17* ‖ 13 dominis *Schoell*: hominis (-ni *G*) *codd.* ‖ 18 perturpiter *L*, turp- *rell.* | contineat *Zeune*: -nebat *codd.* ‖ 21 ⟨non⟩ intelligens *L F α* ‖ 22 praestat ⟨id est praecellit⟩ *F G α* | quantum antecedit *W.*: a (ad *F G α*) te quantum accedit (-dunt *G*) *codd.* | ut *L*, *om. rell.* ‖ 24 animalibus ⟨Multum distant, ut Cicero (*cf. De inv. I 4, 5; De or. I 8, 32*) 'hoc a bestiis differimus, quod loqui possumus'⟩ *F G* ‖ 25 hominis *L α* ‖ 26 seruos *L G α*

appellant, unde et spurcos dicebant saeuissimos, ut Tul-
lius in Galliana (*fr. 3 M.*) 'qui spurce dictum commemorarent
235 in libera ciuitate'. — 4 PATRIA QVI ABLIGVRRIERAT BONA
ligurrire est leuiter cibos suspensis quodammodo digitis
tangere, ut idem Terentius *in Eunucho* (*V 4, 14*) dixit de
meretricibus 'quae foris ⟨cum⟩ cenant, ligurriunt'. ita ad-
iecta praepositione abligurrire plurimum consumere signi-
236 ficat. — 5 VIDEO SENTVM SQVALIDVM AEGRVM PANNIS AN-
NISQVE OBSITVM miserorum expressio his modis semper
impletur: uultu, habitu corporis atque uestitu. ita uesti-
tus est, quod dixit 'sentum' et 'pannis obsitum', corporis
habitus 'squalidum', uultus est 'aegrum'. sic Virgilius (*Aen.*
III 593—94) 'respicimus: dira inluuies inmissaque barba,
consertum tegimen spinis' et supra (*v. 591—92*) 'mise-
randaque cultu procedit'. — PANNIS ANNISQVE OBSITVM
obtectum intelligimus 'obsitum', unde intellectus uerbi
ipsius efficitur 'pannis obsitum' et 'annis obsitum'. —
237 6 QVID ISTVC ORNATI EST ornamenta et in malis dicimus,
non solum in pulchris et melioribus hoc nomen colloca-
tur. ita cum supra de deterioribus dixerit, subiecit 'quid
istuc, inquam, ornati est?' ipse similiter paulo post, cum
eunuchum mutata ueste uestitum uideret indecore, ait
(*IV 4, 6*) 'ita iam adornabat fugam'. sic ipse alibi (*Ad.*
239 *II 1, 22*) 'ornatus esses ex tuis uirtutibus'. — 8 HIC EGO
ILLVM CONTEMPSI PRAE ME hoc est: me considerans illum
241 miserum dixi. — 10 EX EODEM ORTVM LOCO scilicet quia
supra (*v. 3*) dixit 'quendam mei loci atque ordinis'. —
242 11 QVI COLOR hoc est, quod supra (*v. 5*) positum 'uideo
aegrum' NITOR VESTITVS quod supra dixerat 'sentum' QVAE
HABITVDO CORPORIS 'annis obsitum', cum contra Virgilius
(*Aen. III 590*) dixisset 'macie confecta suprema'. hic

2 in Galliana qui] in gallia (galia *L*) aqua *codd.* ‖ 4 ⟨ab⟩-ligurrire *LFα* ‖ 6 ⟨ab⟩ligurriant *L* ‖ 7 ⟨coepit⟩ abligurrire *L* ‖ 8 AEGRVM *om. L* ‖ 12 habitus ⟨est⟩ *SV*² | squalidum (-us *S*) ⟨est⟩ *SV*² | aegrum ⟨est⟩ *SV*² | sicut *G* ‖ 14 memorandaque *codd.* ‖ 17 pannis] *de cod. V v. praef.* ‖ 22 indecorum *F* | ait *W.*: ut *codd.* ‖ 30 ⟨est⟩ annis *SV*²

interrogatus ille nescio qui, cur tali habitu et miseria
esset ornatus, docet illam artem, quae in parasitis antea
244 fuerat. ideo subiecit **13** AT EGO INFELIX NEQVE RIDICVLVS
ESSE NEQVE PLAGAS PATI POSSVM. ita utrumque, quod in
disciplina fuerat, breui responsione conclusit, quod et ri-
diculus antea fuerit et uerberatus, at contra colax para-
situs quod nunc melius artis genus parasitorum esse uide-
atur, idque dicit a se primum institutum propterea, quod
est hominum genus, qui omnium rerum sibi uindicant
principatum, quos sectando et consensu his commodando
facile in amorem tuum possis inducere. exinde natum
248 dicit parasitorum hoc genus, ut colaces sint. — **17** EST
GENVS HOMINVM QVI SE PRIMOS OMNIVM RERVM VOLVNT
NEC SVNT 'omnium rerum primos' in omnibus rebus pri-
253 mos. — **22** IS QVAESTVS EST MVLTO VBERRIMVS concludit
hanc parasitorum sectam ad sectandum omnibus esse po-
254 tiorem. — **23** SCITVM HERCLE HOMINEM HIC HOMINES EX
STVLTIS INSANOS FACIT 'scitum' inquit elegantem, ironia
tamen. quod autem dixit hunc facile ex stultis reddere
insanos, certa ratione conclusit, quod semper insanos fa-
255 ciat praua laudatio, ut Sallustius ⟨* * *⟩. — **24** IN-
TEREA LOCI VBI AD MACELLVM VENIMVS significaui iam
'interea loci' nihil aliud tenere nisi interim, ut 'loci'
256 adiectio sit nihil significans. — **25** CVPPEDINARII OMNES
'cuppedinarii' sunt qui cupiditatibus populi seruiunt, quos
257 omnes enumerat: **26** CETARII ⟨'cetarii'⟩ sunt qui salsa-
menta uendunt, nam cetariae dicuntur bolonae: cete
enim genere neutro pisces sunt, qui ad salsamenta pro-
ficiunt. LANII COQVI FARTORES PISCATORES AVCVPES hi
sunt 'cuppedinarii omnes'. 'fartores' dicimus, qui gallinas

2 artem *B'*, *om. rell.* ‖ 4 utroque *β V¹* ‖ 5 concludit *GB'S* ‖ 6 et⟨si⟩ *codd., corr. Lindenbr.* ‖ 7 esse *om. L* ‖ 8 dicta se *L*, dictasse *F*, dicti se *VS* ‖ 10 consensum *FB'* (*edd.*) ‖ 11 tuum] *pro* tui | natum *B'*, ratum *rell.* ‖ 15 IS] his *L α* ‖ 17 ⟨parasitus⟩ hic *SV²* ‖ 19 tamen ⟨est⟩ *SV²* ‖ 22 significaui *W.*: -uit *codd.* ‖ 24 cupedinarii *GS* ‖ 25 cuppidinarii *LV¹*, cupped- *B'SV²*, cuped- *FG* ‖ 26 cetarii *add. W.* ‖ 29 hi *glossae AA*: aucupes *codd.* ‖ 30 cupidinarii *G*, cuped- *rell.* | dicimus ⟨illos⟩ *SV²* | qui

farciunt, ut in meliorem usum sagina pinguescant. —
258 **27** QVIBVS ET RE SALVA ET PERDITA PROFVERAM supra (*v. 4*) dixerat hic parasitus de alio 'itidem patria abligurrierat bona', unde ait se quoque bona patria consumpsisse. ergo sensus hic est: quibus cuppedinariis et de meo patrimonio mihi demens ad uictum necessaria profueram et de alieno cum obsonaram: hoc enim dixit 'quibus et re salua' cum adhuc integrum patrimonium haberem, cum de meo emerem, 'et perdita' cum consumpto patrimonio de aliena
259 re mercarer. — **28** SALVTANT AD CENAM VOCANT quidam intelligunt 'ad cenam uocant' inuitant: solet enim aduenientibus cena promitti, ut Plautus in multis comoediis (*Epid. I 1, 6; cf. Poen. V 3, 32; Truc. I 2, 27*) 'aduenienti' inquit 'tibi cena dabitur'. sed melior sensus est 'ad cenam uocant' hoc est ad emenda, quae in cena sunt necessaria. ⟨nam⟩ hoc est ueri simile eum, qui aliquid uendat, lucrum potius uelle ab eo, qui ad se †uenire aut quiddam per ob-
261 sequium uelle. — **30** TAM FACILE VICTVM QVAERERE hic uere quasi quidam intellectus ille superior explicatur, quod dixit 'ad cenam uocant', ut inde intellexerit ille nescio qui facile quaeri uictum. quamquam et si ad cenam emendam intelligat, nihilominus poterit cogno-
263 scere facile sibi parasitos uictum quaerere. — **32** SI POTIS EST TAMQVAM PHILOSOPHORVM HABENT DISCIPLINAE EX IPSIS VOCABVLA PARASITI ITIDEM VT GNATHONICI VOCENTVR nomina disciplinae apud philosophos saepe ab auctoribus uidentur imposita, ut a Platone P l a t o n i c i, ab Epicuro E p i c u r e i. ita hic parasitus exultans nouam hic disciplinam parasitorum cum adulatione complens dicit suum

gallinas *W.*: quia ui *LV*, quia ut *G*, qui aues *F*, qui *S*, qui aucillas *B'*; qui pallia *glossae AA* (*ubi* qui altilia *Buecheler*) ‖ 2 profuerant *L α* ‖ 4 ait *Goetz-Schoell*: et *codd.* | bona quoque *LFα* ‖ 5 cupedinariis *FG* | de medio *α* ‖ 7 obsonaram *Lindenbr.*: -rem *codd.* ‖ 10 mercare *Lα*, -rẽ *G* ‖ 13 aduenienti inquit *W.*: aduenientum quid *codd.* ‖ 15 nam *add. W.* ‖ 17 quam *S* | uenerit *G*; *videntur nonnulla excidisse* | quoddam (quodam *G*) *βV* | per *om. G* ‖ 20 uocant *om. L* ‖ 24 disciplinae ⟨item⟩ *codd.*; item *glossema vid. esse ad* ITIDEM

nomen imponi, quod ipse eam primus inuenerit: si quis
se parasitus huic nationi et actui uoluerit applicare, ut Gna-
265 thonicus esse dicatur. — **34** VIDEN OTIVM ET CIBVS QVID
FACIAT ALIENVS duo ad detractionem posuit: 'otium', cum
neque animus neque corpus ex otiis curationem humani-
tatemue cognoscit; uerum istud parum est: adiecit 'cibus
268 alienus', ut et de uictu sit iam nulla cogitatio. — **37** RI-
VALIS SERVVM riuales dicuntur, qui unam amant uel
meretricem uel amicam, quod quasi uno riuo amoris utan-
tur. — SALVA RES EST NIMIRVM HOMINES FRIGENT hic sen-
sus est: integra nobis sunt omnia, siquidem aduersarii
269 ante ostium stantes propterea frigide agunt. — **38** NEBV-
LONEM uel uanum, ut nebula est — neque enim aliquod
corpus uel ulla soliditas — uel 'nebulonem' furem, quo-
niam nebula semper utuntur. Homerus (*Il. III 11*) '*κλέ-
πτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω*'. — HISCE HOC MVNERE ARBITRAN-
TVR SVAM ESSE THAIDEM 'hisce' nominatiuus pluralis est
pro 'hi'. credunt exinde suam Thaidem esse, quod tale
271 munus adducent. — **40** IMPERTIT participem facit. —
272 **41** NVM QVIDNAM HIC QVOD NOLIS VIDES hoc dicit Par-
menoni obiciens uirginem in aspectum, quod, cum uidere
se Parmeno dissimulasset etiam frequenter obiectam, pa-
273 rasitus interrogare maluit **42** SED QVID VIDETVR TIBI HOC
MANCIPIVM, ut tam pulchra uirgo mancipium diceretur.
deinde nuntiat irridens seruum hoc munus Thaidi mitti,
quod quidem ille cognoscit. idcirco dicit, quo dominus
276 suus intelligatur exclusus **45** OMNIVM RERVM HEVS VICISSI-
TVDO EST, ut usque seruis Terentius uehementes grauesque

4 facit *FG* | detrectationem *Gerstenb., at cf. III 2, 26* ‖ 5 ex otiis *V*², excitus (et c- *S*) *rell.* ‖ 6 ⟨insuper⟩ adiecit *SV*² ‖ 7 deuinctus *LGV*¹ ‖ 11 sunt nobis *FG* ‖ 12 stantes] stant et *?* ‖ 14 quoniam] qui *L* ‖ 15 RΔЄΠΙΗΔΤЄΝΙΙCΤΟCΔΜΙΝΟΝ *L*, ΚΔЄΠΙΗΔΤЄΝΙΚΤΟCΔΜΙΝΟΝ *F*, RΔЄΠΙΝΙRΤΟCΔΜΙΝΟΙΙ *G*, RΔЄΠΗΔΤЄΝΙRΤΟCΔΜΙΝΟΝ *VS* ‖ 16 arbitrabantur *LG* 18 pro *W.*: quo *codd.* | exinde *om. L* ‖ 19 adducit *L*, -cunt *F* (*recte?*) | IMPERTIT *om. L* ‖ 20 NOLIS] uelis *L* ‖ 24 duceretur *G α* ‖ 26 quo *W.*: quod *codd.* ‖ 28 EST *om. L* | ut usque *Schoell*: utrisque *codd.*; ubique *Lindenbr.*

sentententias applicauit, ut in Andria (*I 1, 34*) Sosia dixit
'ut ne quid nimis': est enim astutum seruorum genus et
satis ad intelligendum mente uersutum. est autem sensus:
nihil in proprio statu perpetuo permanere, sed uerso car-
277 dine in diuersas uices cuncta mutari. — **46** SEX EGO TE
TOTOS PARMENO HOS MENSES QVIETVM REDDAM familiare
Terentii 'sex menses' dicere: est enim dimidia anni pars,
unde non paululum tempus est. sic alibi (*Ad. III 3, 42—43*)
279 'ac non prius sex mensibus olfecissem'. — **48** ECQVID
281 BEO TE hoc est beatum reddo. — **50** TVM TV IGITVR PAV-
LVLVM DA MIHI OPERAM FAC VT ADMITTAR AD ILLAM pul-
chra parasiti illusio, ut, cum ipse adducat munus, nun-
tiari ab aduersario seruo uelit. quam enim stultum est,
cum aduersarius aduersarium nuntiat dona esse missurum!
283 — **52** NVM QVEM EVOCARI VIS et haec arte tractata sunt:
nam cum parasitus domum fuisset ingressus, Parmenoni
dicit, an aliquem sibi uelit euocari, tamquam ipse in-
grediendi iam non habeat potestatem. — SINE BIDVVM HOC
PRAETEREAT scit enim dominum affuturum et ita eum
285 meretrici absentiam promisisse. — **54** CALCIBVS SAEPE
INSVLTABIS FRVSTRA hoc est: in fores saltabis calcibus, hoc
286 est insilies. — **55** ETIAM NVNC HIC TV STAS per silentium
intelligimus parasitum iam ingressum esse ad meretricem
et dona tradidisse et nunc egredi, Parmenonem et nunc
288 stare ante ostium. — **57** FACETE DICTVM suaue *et* io-
290 cunde. — **59** EX PIRAEO locus est mari uicinus iuxta
Athenas aptus ad uoluptatem. denique commemorat po-
stea adulescentes illic sibi conuiuium praeparasse, quibus

5 mutari *Lindenbr.*: -re *codd.* ‖ 7 Terentio *Lindenbr.* ‖ 12 nuntiari *S*, -re *rell.* | quam *Westerh.* (*cf. II 3, 47*): cum (Tum *G*) *codd.* ‖ 15 QVEM] quam LV^1, quemquam *F* | euocare uis *G*, euocari ⟨hinc⟩ vis ⟨foras⟩ SV^2, euocari *F* ‖ 17 euocare *G* ‖ 18 habet LGV^1 ‖ 19 cum meretrice *codd., corr. Lindenbr.* ‖ 21 ⟨frustra⟩ in SV^2 | sultabis (-bit *L*, exult- SV^2) *codd.* ‖ 22 tu hic stas *G*, hic stas *S* ‖ 24 et nunc *1. W.*: et (&ĩ V^2, *om. S*) non *codd.* | et nunc *2.*] etiam nunc V^2 ‖ 27 uoluntatem *α* | postea commemorat *FG α* ‖ 28 adulescens *α*

Chaerea praepositus cenam contubernalibus praeparat. ideo
291 adiecit NAM IBI CVSTOS PVBLICE EST NVNC. — **60** NON TEMERE EST non passim, non sine causa.

3.

292 **1** OCCIDI NEQVE VIRGO EST VSQVAM NEQVE EGO QVI ILLAM E CONSPECTV AMISI MEO haec scaena prima parte ⟨con⟩questionem tenet, quod impeditus sit, cum uirginem sequeretur, in cuius amorem inciderat, quominus eam deduceret et ubi habitaret agnosceret. post cognitionem — nam fit agnitio ubi maneat seruo indicante — efficitur deliberatio, an ad eam pro eunucho ire debeat. illae diuisiones plenae sunt suasoriae: ab utili, ab honesto, ab eo quod fieri potest, quas, ut aequum est, suo loco per ordinem tractabimus. nunc ad conquestionem reuertamur. OCCIDI NEQVE VIRGO EST VSQVAM NEQVE EGO utique neque ego usquam sum, qui illam e conspectu meo perdidi. —
293 **2** VBI QVAERAM VBI INVESTIGEM quaerere est alicubi rem repositam persequi, inuestigare suspicione aliquid ubi lateat inquirere. — QVEM PERCONTER quem interrogem. inter percontationem et interrogationem hoc interest, quod percontatio responsionem habet ex scientia confirmante uel ex narratione: cum dicimus 'ubi habitat?' — hic enim hoc nescire se dicit — responsurus est 'in uia' uel aliquid tale; interrogatio uero est, cui respondetur 'non' aut ⟨'etiam'⟩, uelut 'fecisti quod iusseram?', cui necessario de duobus superioribus efficitur ab eo, qui interro-

6 conquestionem *W., cf. infra* ‖ 7 amore *L F α* ‖ 10 ad eum *L F B′ V* | illa *L* V^1 ‖ 11 suasoriis ⟨uerbis⟩ *S* V^2 ‖ 12 ⟨ad⟩ quas *L α*, ⟨at⟩ quia has *F* ‖ 13 tractauimus *L α* ‖ 15 qui] quod *L G* V^1 ‖ 16 rem *V*, iam *rell.* ‖ 17 suspicionē *L G* V^1, -nis V^2 (*lac. in S*) | aliquam *G* ‖ 18 per contra *L* V^1 | quem] quo *L* V^1 ‖ 20 confirmantis*?* ‖ 21 dicimus] dicit quis*?* | hic ⟨est⟩ *S* V^2 ‖ 23 non aut *post* 20 habet *codd.*, *transp. Schoell*; etiam *add. W.* (*cf. Andr. IV 5, 5*) ‖ 24 uelut ⟨est illud⟩ *B′ S* V^2 ‖ 25 afficitur *L α*

gatus est, responsio. ergo hic 'quem perconter?' uides
utique, quia de habitatione futura fuerat interrogatio
(v. 30). ita et in Andria *(IV 5, 5)*, cum Crito quaereret,
ubi habitaret Chrysis, dixit 'sed quos perconter uideo'. —
297 — **6** TAEDET COTIDIANARVM HARVM FORMARVM iam, in-
quit, me paenitet uidere mulieres cotidianas et assueta
forma. — HIC VERO EST QVI SI OCCEPERIT AMARE LVDVM
IOCVMQVE FVISSE DICES ILLVM ALTERVM sensus est: hic
adulescens si amare coeperit, fratrem eius Phaedriam
dices ludum et iocum fuisse, hoc est non amasse: ita
302 enim hic insanibit in amore. — **11** VT ILLVM DI DEAEQVE
304 OMNES SENEM PERDANT hic incipit conquestio. — **13** QVID
TV ES TRISTIS QVIDVE ES ALACRIS dicitur cum quodam gaudio
idem tristis: nam ex hoc, quod uidisse se pulchram uirginem
dicit, quadam laetitia contactus est, quod eandem tamen ex
aspectu perdidit, tristis esse debet, ut non solum in fine *(v. 11)*,
305 uerum et in principio *(v. 1)* significarat. — **14** VNDE IS
310 unde aduenis. — **19** CVM IN CELLVLAM AD TE PATRIS
PENVM OMNE CONGEREBAM CLANCVLVM hoc in loco persua-
det seruo, ut auxilium sibi et consilium commodet, et re-
petit gratiam, quam dicit se ante praestitisse, ut in An-
dria *(I 5, 57; 59)* 'si te in germani fratris dilexi loco . . .
seu tibi morigera fuit in rebus omnibus'. — CVM IN CELLV-
LAM AD TE PATRIS PENVM OMNE CONGEREBAM CLANCVLVM
apte beneficium se antea praestitisse, quod conueniret per-
sonae, dixit, cum seruulis ⟨in⟩ cellulam patris omnem
penum sit solitus transferre. 'penum' tamen intelligimus
omne quicquid ad uictum est: quidam enim tantummodo
pulmentaria hoc sermone significata uoluerunt. ut Virgilius
(Aen. I 703—4) 'quibus ordine longo cura penum stru-

1 uides *fort. del., cf. infra* ‖ 4 habitaret ⟨et⟩ *LFα* | dixit sed *W.*: dixisset *codd.* ‖ 5 HARVM *F, om. rell.* ‖ 6 asuetas formas *G* ‖ 7 hoc coeperit *Lα* ‖ 10 dices *F*, -cis *rell.* ‖ 11 insanibit *G*, -uit *rell.* ‖ 15 contractus *codd.*, *corr. Goetz (cf. p. 93, 24)* ‖ 16 esse debet ut *F*, esse debet *G*, es ut debes *Lα* | ⟨hoc⟩ non *F* ‖ 17 significarat *Schoell*: -ret (-re *SV*[2]) *codd.* ‖ 20 accommodet *B'SV*[2] ‖ 21 se dicit *FGα* ‖ 25 conuenire *LFα* ‖ 26 in cellulam *W.*: cellula *β*, de cell- *α* ‖ 27 tamen] autem *Lindenbr.*

311 ere et flammis adolere ⟨penates'. — 20 AGE INEPTE⟩
ineptum prorsus est, quod non aptum est. ideo 'age
312 inepte'. — 21 SIVE ADEO DIGNA RES EST VBI TV NERVOS
INTENDAS TVOS sensus est: si talis haec res est, ubi omnes
tuos cogitatus possis intendere et plurimum inlaborare.
denique ⟨quia⟩ digna res est, ubi laborandum sit, conti-
313/14 nuo subiungit 22 HAVD SIMILIS VIRGO EST. — 23 DE-
MISSIS HVMERIS ESSE non cibo in tota aliqua pinguedine
subleuatis. — VINCTO PECTORE macie ita deducto, ut
uinctae esse uideantur. — GRACILES SIENT legitur et
'gracilae', ut declinauerit Terentius haec gracila. —
315 24 SI QVA EST HABITIOR PAVLO si est aliqua corpulentior. —
316 25 DEDVCVNT CIBVM minus cibi dant. — REDDVNT CVRA-
TVRA IVNCEAS per hanc operam ita instituendi et ita cibos
dandi reddunt uirgines iunco similes, quod herbae genus est ita
in longitudinem aequali modo porrectum, uti nulla per corpus
317 appareat uel nodo effecta pinguedo. -- 26 NOVA FIGVRA
ORIS et in Andria *(I 1, 91—92)* diximus formam esse lau-
318 dandam 'ibi uideo adulescentulam forma'. — 27 COLOR
VERVS et hic quoque ad pulchritudinem proficit, ut apud
Virgilium *(Aen. I 1, 590—91)* 'lumenque iuuentae pur-
pureum', in quo et anni declarati sunt, quod 'iuuentae'.
ita et hic anni indicati sunt plurimi, id est FLOS IPSE. —
319 28 HANC TV MIHI VEL VI VEL CLAM VEL PRECARIO quem-
admodum petitio a maioribus ad inferiora descendit, si-
cuti semper diximus in petitione esse faciendum. —
320 29 MEA NIHIL REFERT DVM POTIAR MODO quaelibet causa
sit, dummodo ego ad hoc perueniam, ut possim potiri. —
321 30 QVID VIRGO CVIA EST hic iam quaeritur, an fieri possit,
a facultate: quam rem interrogatus adulescens redit ad

1 penates *add. B'G*; AGE INEPTE *add. Lindenbr.* ‖ 3 SIVE] si *G* ‖ 5 cogitatus *W.*: cognatus (-tos *GS*) *codd.* | in labore (ra) L^1V^1 ‖ 6 quia *add. W.* ‖ 7 uirgo est ⟨uirginum nostrarum⟩ *FG* | ⟨quas matres student⟩ dimissis *FGα*; dim- *etiam L* ‖ 9 deducta *LG* ‖ 10 uincta esse uideatur *codd., corr. Lindenbr.* ‖ 16 utinilla *β B' V^1* ‖ 17 nona figuris *LGV^1* ‖ 19 uideo] aspicio *Ter.* ‖ 24 ⟨uide⟩ quemadmodum? *cf. p. 120, 24 al.* ‖ 28 ut possim *F*, possim ut *rell.* ‖ 29 CVIA] cui *L V^1*

conquestionem, quod sic eam de conspectu impeditus ami-
329 serit. — **38** IMMO ENIMVERO INFELICITER recte adulescens
reprehendit seruum dicentem 'incommode': est enim in-
commodum, cum nos nobis causa sumus, ut aliquid damni
sentiamus; at uero hic parum feliciter gesta res est uel
infeliciter potius, cum ex euentu et ex fortuna quidam
occurreret senex, ut impedimento esse potuisset. et certe
mihi uidetur idcirco mutasse genus calamitatis, ut infeli-
citatem potius quam incommodum diceret, quod incom-
modum iam malum est quod euenerit, infelicitas uero
id malum est, quod peruersa fortuna contingit, quod tamen
331 consilio et uirtute corrigi et sustineri potest. — **40** LIQVET
MIHI DEIERARE manifeste, inquit, possum iurare: 'liquet'
enim hoc est clarum et manifestum est, ut Cicero pro
Cluentio (*28, 76*) 'quidam sibi iudices non liquere dixerunt'.
335 'deierare' autem est sancte iurare. — **44** ACCVRRIT AD
ME QVAM LONGE QVIDEM hic in omnibus exprimenda est
tarditas, quo impedimentum non parui temporis possit
ostendere: nam licet 'accurrit' diceret, tamen certum est
istam properationem in sene fuisse tardissimam. deinde
adiecit et locum, quod dixit 'quam longe quidem'. iste
corporis qualitatem subiungit TREMENS, deinde LABRIS DE-
MISSIS. haec iam ad impedimenta loquendi uidentur ap-
posita, et quod dixit 'tremens' ⟨et quod 'labris demissis'⟩:
scimus enim retortis ad hiatum labris et proeminentioribus
minus facile sonos exprimi. adiecit tamen GEMENS, quod
tardius in gemitu natura senectutis expresso sono aliquid
locutura prorumpet. deinde congeminat quasi reuocationem

1 si *LGV* ‖ 3 incommode] -dum *codd.* ‖ 5 res est *Lindenbr.*: re se (sed *B'*) *codd.* ‖ 6 ex *2. om. α* ‖ 11 peruersū *V* ‖ 12 sustineri *S*, -re *rell.* | possit *F* ‖ 13 deierare *F*, (*add.* illum) *SV*², delerare *V*¹, delirare *L*, delilare *G* | ⟨ualde⟩ iurare *Gα* ‖ 14 pro *F*, *om. rell.* ‖ 16 delirare *L*, delilare *V*¹*G*¹ ‖ 18 quo *W.*: quod *codd.* ‖ 19 dixerit *Lindenbr.* ‖ 20 sene *G* -nē *rell.* ‖ 21 isti *Lindenbr.* ‖ 22 dimissis (dem- *B'*) *codd.* ‖ 24 et — demissis *add. W.* ‖ 25 et *W.*: sed *codd.* | proeminentioribus] *cf. Thes. gloss. II 137*ᵇ ‖ 26 sonos *W.*: son⁹ *L*, solius *Gα*, solere *F* ‖ 27 natura *Zeune*: -rae *codd.* | sono *S*, suo *rell.*

337 uel salutationem quod dicit **46** HEVS HEVS, in quo osten-
ditur tarditas, simulque illud declaratur, quod uere uox
ista ab eo coeperit sono, qui et uocem et gemitum decla-
raret. — TIBI DICO et hic quam stulte, ut, cum iam re-
uocauerit, adiceret 'tibi dico'! sed inde subiunxit, cum
338 utique paratus esset adulescens ad audiendum, **47** SCIS
QVID EGO TE VOLEBAM: quam enim stultum est, ut, cum
ante debeat dicere, ueluti interroget ac dicat 'scis, quid
ego te uolebam?'! ita coactus est adulescens respondere,
ut diceret DIC. inter uices uocum magna tarditas decla-
ratur. contra respondit ille CRAS EST MIHI IVDICIVM: etiam
hoc stultum est, quod ait 'quod cras fuerat futurum, pridie
nuntia'. deinde tarda narratio est, quod dicit 'est mihi
iudicium'. denique dolor adulescentis et hac narratione
339 exprimitur, quod dicit **48** QVID TVM. atque ille adiecit
uerba paene non necessaria, cum respondet VT DILIGENTER
NVNTIES PATRI ADVOCATVS MANE MIHI ESSE VT MEMINERIT.
denique ista sic expressa ex hoc intelligi datur, cum ad-
341 iunxit **50** DVM HAEC DICIT ABIIT HORA atque iniecit ROGO
NVM QVID VELIT, quo quidem fortasse uerisimile uideatur
esse eum, qui properaret, tacente eo, qui retinebat, am-
plius interrogare uoluisse. uerum hoc ad festinantem
magis pertinet: qui enim dixit 'rogo numquid uelit', me-
tuebat, ne forte discedentem rursus senex reuocaret. de-
342 nique cum ille respondisset **51** RECTE INQVIT, tunc dicit
adulescens ABEO. — CVM HVC RESPICIO AD VIRGINEM post
locutionem diu habitam respicio, inquit, ad eam quam
344 sequebar uirginem. — **53** MIRVM NI HANC DICIT MODO
HVIC QVAE DATA EST DONO hic cognitio efficitur eius, quae
346 quaerebatur. — **55** COMITES SECVTI SCILICET SVNT VIR-
GINEM interrogat signa, quo facilius quam suspicatur eam

1 in quo *W.*: inquit *codd.* ‖ 8 dicit *LV*^{1}*B'* ‖ 11 etiam *W.*: et in *codd.* ‖ 13 nuntia *W.*: -at *codd.* ‖ 14 et] ex *B'* ‖ 17 nuntiet *LGVB'* ‖ 18 cum] quod*?* ‖ 20 quo *W.*: quod *codd.* ‖ 23 cui *FB'S* | ne quid *β V* ‖ 26 habeo *codd.* ‖ 27 locutionem ⟨inquit⟩ *codd.* (*ergo bis* inquit) ‖ 28 ni *F*, ne *rell.*

347 uirginem esse cognoscat. — **56** IPSA EST ILICET DESINE
IAM CONCLAMATVM EST quotiens causa ab oratoribus finiebatur et a iudice sententia ferri habuerat, semper conclamabatur 'ilicet', hoc est ire licet. signum ergo finis et cognitionis plenae istuc uerbum dicit 'desine, iam conclamatum est', illud scilicet conclamatum est, quod 'ilicet'
354 dicitur. — **63** DVRAS FRATRIS PARTES PRAEDICAS si enim
eum riualem habet frater, cum ipse sit pauper. et bene huius comparatione lapsus est sermo ad id, quod necessarium fieri posset, ut ad consilium responderet seruus
355 **64** IMMO ENIM SI SCIAS QVOD DONVM HVIC DONO CONTRA
COMPARET: indicat enim eunuchum mitti, ex quo consilium nascitur, ut ipse pro eunucho ad meretricem pergat. —
357 **66** INHONESTVM HOMINEM quod contra est, ut ipse dixit
(*Andr. I 1, 95*), 'facies honesta ac liberalis'. — SENEM MVLIEREM singula sunt, ut aetatis indicium sit, quod 'senex'
362 'mulier', quod sexus a mare uideatur alienus. — **71** OB-
SECRO HERCLE PARMENO FAC VT POTIAR res redit ad preces: quam quidem se effecturum seruus pollicetur et fingit se discessurum, sed tenetur a domino et, dum laudatur a domino fortuna eunuchi, quod ad eam iturus est domum, ubi uirgo pulcherrima est, sic subit ratio, ut ipse debeat pergere. quam rem prouidus seruus agnouit:
369 **78** QVID SI NVNC TVTE inquit FORTVNATVS FIAS an fieri
possit. ut dixi supra, deliberatiuae praecepta percurrit:
0/71 a facultate **79** CAPIAS TV ILLIVS VESTEM . . . **80** PRO ILLO
TE DVCAM . . . TE ILLVM ESSE DICAM; deinde ab utili
372 **81** TV ILLIS FRVERE COMMODIS QVIBVS TV ILLVM DICEBAS
374 MODO et reliqua; deinde an fieri possit **83** QVANDOQVIDEM
ILLARVM NEQVE TE QVISQVAM NOVIT NEQVE SCIT QVI SIES

1 silicet *V*, scil- *rell.* ‖ 4 silicet V^1, scil- *B'SV*^{2} | scire *B'SV*^{2} ‖ 5 cognationis *Gα* | uerbum ⟨est, unde⟩ dicit*?* ‖ 8 sic *β* ‖ 10 posset ut ad *G*, possit ad *rell.* ‖ 16 indicium *Lindenbr.*: iud- *codd.* ‖ 17 a mare *Sabbadini*: amare *codd.* ‖ 20 laudantur *FB*, -dentur *GVS* ‖ 21 fortuna *W.*: -nae *codd.* | ad *om. L* | est] sit *G* ‖ 25 ut — deliberatiuae *W.*: ut dixit (-xi *FG*) prodidi liberatiuae (*in mg.* delib- *F*) *codd.* ‖ 29 ⟨uel aut⟩ an *α*

PRAETEREA FORMA ATQVE AETAS IPSA EST FACILE VT PRO
EVNVCHO PROBES. hoc quidem ioco dicebat seruus, sed
rem inuentam pulchre cogit fieri adulescens, cumque diu
repugnaret ad terrendum eum, periculum futurum esse,
ne in domo meretricis tamquam adulter teneatur, hic ille
respondet, adulterium in domo meretricis esse non posse,
381 per statum finitiuum. — **90** AT ENIM ISTAEC IN ME CVDE-
TVR FABA ex prouerbio est, nam dicunt quendam auarum
rusticum, cum fabam coxisset et cum socio inuaderet in
eodem uasculo, partem sibi depoposcisse et aquam adiecisse
parti suae, quae corrupta et alteram quoque corrupit: unde
communis faba corrupta est et in eum, qui hoc fecerat, tota
conuersa est. igitur prouerbium est, ut qui male fecit, in
383 eum recidat quod fecit. — **92** QVAE NOS NOSTRAMQVE
ADVLESCENTIAM HABENT DESPICATAM quasi insertam et ad
se quadam diuisione pendentem, quale est illud (*Verg.*
386 *Geo. I 292)* 'ferroque faces inspicat acuto'. — **95** AN POTIVS
HAEC PATRI AEQVVM EST FIERI melius est, inquit, ut in
domum meretriciam deducar et referam gratiam, quam
389 patrem fallam. — **98** IVBEO COGO ATQVE IMPERO cum ne-
390 cessitate sunt. — **99** NVMQVAM DEFVGIO AVCTORITATEM hoc
est: obtemperabo, non auctoritatem tuam defugiam.

III.

1.

391 **1** MAGNAS VERO AGERE GRATIAS THAIS MIHI haec
scaena gloriosi militis tenet iactationem et exultantiam,

4 eam *LFB'V* | esse *G*, est *rell.* ‖ 6 respondit *FG* ‖ 9 ⟨ut cum socio inuaderet⟩ in eodem uasculo *post* depoposcisse(t) *codd.*, *corr. W.* ‖ 10 depoposcisset . . . adiecisset *codd.*, *corr. Lindenbr.* ‖ 13 est *2. G*, *om. rell.* (*ras. in V*) | fecit] facit *LFα* ‖ 14 quod *Lindenbr.*: qui *codd.* ‖ 16 diuisio LV^1 | quale *S*, quod *rell.* ‖ 17 facis *codd.* ‖ 19 et (*post* referam) *add.* SV^2, -que *B'*, *om.* βV^1 ‖ 21 NVMQVAM — defugiam] *haec erasa sunt in LS, at in L liquido agnosci possunt* | defugiam $B'V^2$ | hoc — auctoritatem *om. B' V* ‖ 22 diffugiam *codd.* ‖ 24 et *F*, *om. rell.* | exultanti V^1, -tationis $B'SV^2$

quae narratio bellissime agitur. primo cum nuntiatum
fuisset meretricem libenter missa dona sumpsisse, parum
credidit, nisi iterum diceretur. ita interrogat 'magnas uero
92 gratias?' — **2** INGENTES hic persona colacis parasiti
custoditur, nam cum ille dixisset 'magnas', hic periculum
adiecit 'ingentes'. ita et illud, cum ipse quaesisset AIN
TV LAETA EST, adiecit parasitus NON TAM IPSO QVIDEM
DONO QVAM QVOD ABS TE DATVM EST ID VERO SERIO TRIVM-
95 PHAT. — **5** EST ISTVC DATVM PROFECTO VT GRATA MIHI
SINT QVAE FACIO OMNIA haec oratio gloriosi est militis,
hoc est nimiam sibi gloriam uindicantis, quippe cum di-
cat sibi fato uel quadam natura esse concessum, uti cuncta,
97 quae faciat, grata sint omnibus. — **7** VEL REX MIHI SEM-
PER GRATIAS MAXIMAS AGEBAT 'uel' et significat, ut (*Verg.
Ecl. VIII 69*) 'carmina uel caelo possunt deducere lu-
nam'. et est sensus: et rex mihi maximas agebat gratias,
98 quodcumque feceram. — **8** ALIIS NON ITEM pulchre adiecit,
ne natura regis talis esse uideretur, ut maximas gratias
99 omnibus ageret. — **9** LABORE ALIENO MAGNAM PARTAM
GLORIAM VERBIS SAEPE IN SE TRANSMOVET QVI HABET SA-
LEM QVOD IN TE EST sensus: ex alieno labore gloriam
praeparatam solo sermone in se transferre potest, qui-
cumque instructus est corde. hic 'quod in te est' quod
non ad salem transferimus — nam salem genere dici-
mus masculino —, sed illud totum 'quod in te est': ut
transferre in te possis alieno labore gloriam praeparatam. —
06 **16** QVASI VBI ILLAM EXSPVERET MISERIAM EX ANIMO ut
posset curam et sollicitudinem ex animo remouere. —
08 **18** IMMO SIC HOMO EST PERPAVCORVM HOMINVM hoc est:
talis est, inquit, ut cum paucis esse uelit. denique hoc

1 bellissime *W.*: breu- *codd.*; lepid- *Schopen* ‖ 3 ita] iterum *L* ‖ 4 hic — 6 ingentes *om. L* ‖ 6 AIN — EST] intuita est *L*, ain tu inuita (*in mg.* uel laeta) est *F*, inuita est *VS* ‖ 8 EST] esse (*om.* QVOD) *F* (= *Ter.*) ‖ 12 fato *B'*, facto *rell.* ‖ 16 et *1. hic est inser. W., post* gratias *habent codd.* ‖ 17 quodcumque] quidquid *F* ‖ feceram *om. L* ‖ 19 agere *LV*[1] | labores *LSV* ‖ 21 sensus ⟨est⟩ *F* ‖ 22 solo — 26 praeparatam *om. L* ‖ 27 expueret *B'*, -rit *rell.*

409 intellexit et Parmeno, cum dixit **19** IMMO NVLLORVM ARBI-
411 TROR SI TECVM VIVIT. — **21** EGO NON FLOCCI PENDERE
413 contemnere et nullius momenti ducere. — **23** ELEPHANTIS
QVEM INDICIS PRAEFECERAT quem praeposuerat elephantis,
418 qui sunt ex India. — **28** QVID NI ESSET hoc est: dubium
419 non est, quin mutus existeret. — **29** MISERVM HOMINEM
ET ILLVM SACRILEGVM 'miserum' dixit militem, 'sacrilegum'
parasitum, †quia eius laudabat militem 'me hercule' (*v. 26*),
420 quod utique falso iurauit. — **30** QVO PACTO RHODIVM TETI-
GERIM IN CONVIVIO hoc est: quemadmodum per iocum male
424 tractauerim atque pulsauerim. — **34** COEPIT AD ID LV-
426 DERE ad id scortum ludere. — **36** LEPVS TVTE ES ET
PVLPAMENTVM QVAERIS hic est sensus: cum tu ipse praeda
sis, praedam quaeris. quidam intelligunt 'lepus tute es',
quod natura leporis talis est, ut incerto sexu uiuat. iterum
432 est ergo hic quasi tactus adulescens. — **42** QVI ADERANT
EMORIRI comice tantum dicitur, nam e m o r i facit. —
434 **44** SED HEVS TV PVRGON EGO ME DE ISTA THAIDI hic
quasi consilium petitur, an purget se miles apud Thaidem,
quod Thais credit militem iam uirginem amare, sicuti
etiam ipsa supra (*I 2, 62—63*) dixit 'sed ego quantum sus-
picor, ad uirginem animum adiecit'. dat autem consilium
parasitus, ut magis augeat suspicionem, et huius argu-
mentum profert, quod prosit, ut, si quando illa mentionem
Phaedriae fecerit, miles contra Pamphilam commutet et
sic inuicem iniuriae Thaidis parem gratiam ipse referat,
445 cum Pamphilam nominat. hoc enim dixit **55** PAR PARI
446 REFERTO QVOD EAM MORDEAT. — **56** SI QVIDEM ME AMA-
RET TVM ISTVC PRODESSET GNATHO bona quaestio, ⟨an⟩

2 NON *om.* *GB'SV*^{2} ‖ 6 quin] quia *F*, qua *VS*, quo *B'* ‖ 8 quia eius] quia is *Lindenbr.*, quia iurans *Goetz*; *fort.* qui acrius. *An* qui nimis? *cf. Don.* | laudabit *VS* ‖ 10 per iocum *F*, per eo cum *Lα*, per cocum *G* ‖ 13 quaeres *LG*^{1}*V*^{1} ‖ 15 incerto *B'* (*cf. Don.*): incesto *rell.* ‖ 16 est *F*, et *L α*, *om. G* ‖ 17 nam emori] an memori *LVS* ‖ 18 purgone *V*^{1}, purgen *FGV*^{2} | istac *α* | thaide *codd.* ‖ 19 si miles *L*, se similes *V*, sese miles *B'S* ‖ 23 et huius] et uaus *L*, et uius *V*^{1}, cuius *G* ‖ 25 commutet *L*, nominat *FG*, -net *α* ‖ 26 ipse] se *LF* ‖ 27 ⟨pro⟩ pari *FB'V*^{2} ‖ 29 an *add.* *W.*

contemni se doleat: 'non' inquit 'diligit'. huic respondet parasitus probans, quia diligit, ex his argumentis, quando illud, quod dat miles, meretrix expectet atque amet: 'ergo
452 utile est consilium, quod tibi dedi'. — **62** RIDICVLVM NON ENIM COGITARAS parasitus, tametsi bonum consilium inuenerit, tamen, quoniam colax est, dicit ipsum militem, si cogitasset, melius inuenire potuisse.

2.

454 **1** AVDIRE VOCEM VISA SVM MODO MILITIS haec scaena oblationem munerum tenet, quippe Parmeno oblaturus ⟨est⟩ Aethiopissam et eunuchum, quos ut oportet secundum domini praeceptum laudabit. igitur demonstratiuum genus causae ⟨est⟩, ubi laus erit; sed quoniam praesens est miles et eius parasitus, erit et uituperatio. quae omnia ex oratoriae artis partibus tractabuntur, quippe cum omnis laus uel uituperatio hominis dumtaxat diuidatur ex animi bonis uel malis. haec omnia exequemur suo loco. ac primum miles meretricem conuenit et ab ea petit, ut dicat quemadmodum dona susceperit. — AVDIRE VOCEM VISA SVM MODO MILITIS pulchre factum, ut meretrix intus posita uocem militis audire se dixerit: est enim consuetudo hominum, ut ob recens munus omnia officia et obsequia praebeant; ut superba illa meretrix in amatores suos,

1 doleat *SV²*, dolet *FB′*, ⟨ne⟩ dolāet *G*, ⟨nc⟩ dol& *V¹*, ⟨ne⟩ uell& *L* | huic *W.*: hic *codd.* ‖ 3 spectat (-ant) *V*, speret (*post* atque *add.* ex) *L* | amat (*om. L*) *codd.*. ‖ 4 ridicule *α, om. L* ‖ 5 cogitauit *LFVS* | tuam (*om. G*) etsi *β* ‖ 6 est (es *V*) dicit] adit *L* ‖ 7 cogitasset *S*, -taret *rell.* ‖ 8 modo *ante* uocem *L, ante* uisa *rell.* ‖ 9 oblationem *W.* (*cf. infra*): subl- *codd.* ‖ 10 est *add. Schopen* ‖ 11 laudabit *Schopen*: -uit *codd.* | demonstrat eum (eum *ante* dem- *B′, om. F*) genus *LFVB′* ‖ 12 est *add. W.* ‖ 15 homines *L α* ‖ 16 animi *Lindenbr.*: -mis (-os *B′*) *codd.* | exequemur *B′*, -quentur *LS*, -quamur *FGV* ‖ 21 munus] mixtis p *L* ‖ 22 praebeant ut *W.*: praebeamus (-ant *G*) *codd.* | ⟨et⟩ in *LFα*

quae et Phaedriam paulo ante excluserat domo uenientem,
nunc post munus acceptum egreditur et audisse se uocem
457 militis dicit. — 4 ⟨FIDICINA quae⟩ fidibus scit, hoc est
458 citharam nouit. — 5 PLVRIMVM MERITO TVO astuta mere-
trix, ne muneris gratia dixisset se amare militem, respon-
460 dit 'amo te, sed merito tuo'. — 7 VBIVIS NON MOROR
462 'non moror' non impedimento sum. — 9 ITVRAN THAIS
QVOPIAM ES interrogat Parmeno, an aliquo itura sit. —
465 12 QVID STAMVS CVR NON IMVS HINC miles, posteaquam
riualis seruus uidetur offerre dona, properat, ut discedat
466 meretrix, ne cogatur accipere. — 13 QVAESO HERCLE VT
LICEAT PACE QVOD FIAT TVA bene tamquam cum milite
468 'pace' inquit 'quod fiat tua'. — 15 PERPVLCHRA inquit
CREDO DONA AVT NOSTRI SIMILIA uituperationis exordium
sumitur, generale tamen, scilicet a corporeis bonis uel ma-
lis: quippe sua dona per comparatiuam qualitatem a bonis
corporis collaudauit, hoc scilicet donis detrahens riualis
471 sui. — 18 EX AETHIOPIA EST VSQVE HAEC hic, quoniam
supra aduersarius dixerat 'perpulchra dona aut nostri
similia', quam Aegyptus produxerat, a corporis bonis
laudare non potuit: laudauit extrinsecus, quae sunt ex
loco et ceteris partibus, ut ex longinquitate regionis
gratiam muneri praepararet. — HIC SVNT TRES MINAE
hic uituperatio rursus extrinsecus facta est ab opinione,
ab existimatione, a pretii qualitate, ubi totum callide
a Parmenone factum, uti primum ea, quae in corpore
non placebat, promeretur, post eunuchus, qui utique erat
pulcherrimus, quia adulescens Chaerea. hic omnis laus
472 a corpore est, quod dixit 19 ⟨EM⟩ EVNVCHVM TIBI QVAM

2 se *om.* α ‖ 3 FIDICINA quae *add. Lindenbr.* ‖ 4 astuta] multata *L* ‖ 10 auferre α, afferre *G* ‖ 11 ⟨ea⟩ accipere *S* ‖ 14 haut *FG*, haud *B'S* | nostris *FGS* ‖ 15 scilicet *W.*: sed (et *S*) *codd.* ‖ 16 ab bonis (*in mg.* donis) *F*, ab donis *rell.* ‖ 17 corporeis *G* | laudauit *F* ‖ 18 suis *L* α ‖ 19 haud *FB'S* | nostris *FG* α ‖ 21 ⟨itaque⟩ laudauit? ‖ 25 totum ⟨domum (donum *FG* α)⟩ *codd.* ‖ 27 ⟨primo⟩ promitteretur *codd.*, *corr. W.* ‖ 28 quia *S*, qui *rell.* ‖ 29 est *F*, *om. rell.*

LIBERALI FACIE QVAM AETATE INTEGRA. haec quidem aetas naturalis est et eunucho, siquidem mature datur. sed haec
474 omnia personae sunt attributa. — **21** QVID TV AIS GNATHO NVM QVID HABES QVOD CONTEMNAS hic insultat Parmeno, quoniam pulcherrimum donum a meretrice iam probatum est, et concludit ex eo, quod non audeant uituperare et conticescant potius quam satis laudent. adiecit ab animi
476 bonis laudem: **23** FAC PERICVLVM inquit IN LITTERIS FAC IN PALAESTRA IN MVSICIS QVAE LIBERVM SCIRE AEQVVM EST ADVLESCENTEM. artes et disciplinas animi bona nos tradimus, et liberos adulescentes aequum est ista cognoscere. sunt autem litterae, palaestra, musica et praecipua duo, palaestra et musica, quae alia corporis, alia animi scientia est, de quibus et Plato de republica (*cf. II 17*) loquitur dicitque omnes ciues in adulescentia etiam his artibus operam debere tradere, ut omni genere adulescenti robur ad uirtutis indolem suscitetur. et hoc igitur contra militem est: nam his rebus dicit Plato milites et uiros fortes posse existere meliores; unde Achilles ab Homero (*cf. Il. IX 186 sq.*) inducitur ⟨ut⟩ uir fortissimus, sic arte doctissimus, et reliqui, qui in palaestra plurimum ualent. idcirco adiecit
478 'quae liberum scire aequum est adulescentem.' — **25** SOL-
479 LERTEM DABO peritissimum exhibebo. — **26** EGO ILLVM EVNVCHVM SI SIT OPVS VEL SOBRIVS pulcherrimum eunuchum quoniam negare non potest miles, detractionem repperit, quod in eunucho ad turpitudinem libidinis pulchritudo uerti potest. et quoniam 'sine Cerere et Libero friget Venus' (*IV 5, 6*), dixit etiam 'hunc sobrium eu-

2 eunucho — mature *W.*: eunuchus equidem (quid- *FG*) naturae *codd.* ‖ 4 exultat *S* ‖ 6 audeant *Zeune*: -at *codd.* ‖ 7 conticescant *Lindenbr.*: -at *codd.* | laudet *FG* ‖ 12 et] haec V^2B', *om. FGS* | praecipua duo ⟨praecipua⟩ *LGVS* ‖ 13 et *W.*: uel *codd.* | alia *2.*] sunt *G* | scientia est *W.*: -tiae *codd.* ‖ 15 etiam *W.*: ÷ & in LV^1, et in *rell.* ‖ 16 debere] de rebere *S*, de robore *LFB'V*, (operan-)do robori se (tradere) debetur *G* | omni genere *W.*: omnia (-ni *G*) onerē (one *F*, honore *GB'V*, more *S*) *codd.*; omni opere *Schoell.* | adolescentie *G* ‖ 20 ut (*pro* uir) *Schopen* ‖ 24 SI — SOBRIVS *om.* $FB'SV^2$ ‖ 28 hunc etiam *FGα* | sobrius *S*

nuchum, si opus sit —': intelligitur autem quid consequa-
480 tur. — **27** ATQVE HAEC QVI MISIT NON SIBI SOLI POSTVLAT TE VIVERE memor est mandatorum, nam quoniam dominus dixerat (*II 1, 8*) 'munus nostrum ornato uerbis, quod poteris', hoc supra factum est, et quoniam adiecerat dominus 'et istum aemulum, quod poteris, ab ea pellito', nunc hoc exequitur, cum dicit 'dominus meus neque
487 pugnas narrat neque cicatrices ostentat suas'. — **34** NAM HERCLE NEMO POSSET SAT SCIO SI HABERET ALIVM HVNC PERPETI istum enim seruum, quod malus sit, nemo posset, inquit, perpeti, si haberet tantum, unde alium compararet, ut ostendatur dominus pauper. haec propter malitiam, quia
497 neque nudare se posset, ut alius compararetur. — **44** ISTVC QVOD DIXTI MODO ET ILLVD DE RHODIO DICTVM CVM IN MENTEM VENIT colax parasitus suum ubique implet officium: nam cum leuiter locutus miles fuisset, qui dixerat (*v. 43*) 'domini similis es', continuo risus sibi commouit et dixit ex ioco nunc dicto et commemoratione illius dicti, quo Rhodium adulescentulum miles se ⟨tetigisse⟩ dixerat, sese
501 ridere coepisse. — **48** SI FORTE CHREMES HVC ADVENERIT FAC VT ORES PRIMVM VT MANEAT hic est Chremes frater puellae, quae a milite Thaidi donata est; hunc fratrem esse eiusdem et meretrix suspicatur. hanc ⟨ob⟩ causam mandat ancillae, ut, si uenerit, maneat, et uide quemadmodum mandat! tria praecepta sunt, quae scilicet secundum gradum petitionis ad minora descendunt: primo enim quod maius est petimus — hoc dixit 'ut maneat' —, deinde
502 quod minus est, ut dixit **49** SI ID NON COMMODVM

1 quod *codd.* ‖ 2 QVI] que *FG* ‖ 4 quo *G* ‖ 5 poterit *LV*[1] ‖ 6 quo *G* ‖ 7 nunc] non *LS* ‖ 9 HVNC] non *LVS* ‖ 11 tantum *S*, tamen (*om. G*) *rell.* ‖ 12 quia *Schoell*: qui *codd.* ‖ 16 dixerat ⟨parmenoni⟩ *FB'* ‖ 17 commouit et *W.*: -uit *G*, -uet *rell.* ‖ 18 ex] et *LFV*, *om. G* | ⟨ex⟩ commemoratione *VS* | quo *W.*: quod *codd.* ‖ 19 tetigisse *add. Schoell* ‖ 20 ridere *F*, uid- *rell.* ‖ 23 meretrix *G*, -tricis *rell.* | ob *add. Zeune* ‖ 25 secundum *FB'*, -do *rell.* | gradum *B'*, -du *rell.* ‖ 28 ID NON *om. LGVS*

EST VT REDEAT, tertio quod uult ac desiderat ex necessi-
503 tate **50** SI ID NON POTERIT AD ME DEDVCITO: quae tria
504 seruabit ancilla. — **51** QVID QVID ALIVD VOLVI DICERE expressit morem domo proficiscentis, ut in properatione mandare aliquid cupiamus et in obliuionem ueniat ac post memoria repetatur.

3.

507 **1** PROFECTO QVANTO MAGIS MAGISQVE COGITO NIMIRVM DABIT HAEC THAIS MIHI MAGNVM MALVM haec scaena suspicionem habet adulescentis, quod sibi meretrix insidias praepararet, quo facilius se ad amorem posset adducere: unde sic ad coniecturam argumenta sumuntur. ac primo ipsa summa est 'profecto quanto magis magisque cogito, nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum'. deinde incipiunt argumenta: a dictis 'quod me accersiri iussit', deinde ⟨a⟩ factis 'quod cum uenissem, causam ut ibi manerem repperit', rursus a dictis 'quod ait rem diuinam fecisse se et rem seriam uelle mecum agere', a factis 'quod ipsa accumbere mecum, mihi sese dare, sermonem quaerere', deinde a dictis 'quod quaesiuit, quam pridem mihi mater et pater mortui essent, quod quaesiuit rus Sunii ecquod ⟨habeam' * * *, a factis 'quod⟩ nunc misit ut ueniam'. haec a summo ad imum argumenta dicuntur, quorum quidem causae denudatio manifesta est: nam haec omnia fecit meretrix, non ut adulescentem in amorem posset inducere, sed uti de puella quod quaerit agnoscat. haec

1 ac desiderat *B′*, ac dederat (ac * * * *S*, addiderat *F*) *rell.* ‖ 4 proficiscentis *W.*: -ns *codd.*; -tium *Lindenbr.* ‖ 6 memoriã *L G* ‖ 14 a *1. B′*, *om. rell.* | quo *L α* | a *2. add. Lindenbr.* ‖ 17 mecum agere *G*, intellegere uel agere *L*, agere *rell.* ‖ 18 daret *L V S* | ⟨quod⟩ sermonem *L G V*¹ | quaereret *L V*¹ ‖ 20 rusuni *L V*¹ | et quod *codd.* ‖ 21 habeam — quod *add. W.*; *fort. plura exciderunt* ‖ 23 denudatio] *an* deriuatio? *cf. infra* ‖ 24 ut *om. L V S* | possit *Lindenbr.*

omnia ex deriuatione causae explicabimus singula. namque quaesiuit 'rus Sunii ecquod habeam', quia supra (*I 2, 35*) in narratione dictum est abreptam puellam e Sunio; quaesitum est 'quam longe a mari' propterea, quia puella a praedonibus rapta est. deinde reliqua quae consecuntur aperte hanc indicant causam, de puella scilicet, quod adiecit 'ecqua inde parua perisset soror, ecquis
511 cum ea una, ecquid habuisset, cum periit'. — **5** ROGET QVIS QVID TIBI CVM ILLA si me aliquis interroget, quid mihi cum meretrice sit, respondeam NE NORAM QVIDEM. —
513 **7** REM DIVINAM FECISSE hoc est sacrificium fecisse. — REM SERIAM VELLE AGERE MECVM rem necessariam et
517 grauem mecum loqui. — **11** VBI FRIGET ubi oratio deficit et quid agat non habet. — HVC EVASIT eo usque conscendit et exiuit, ut *(Verg. Aen. II 458)* 'euado ⟨ad⟩
525 summi fastigia culminis'. — **19** EAM SESE INTENDIT ESSE VT EST FALLACIA hanc sese mihi obicit et inten-
526 dit et probare cupit, ut est audacia. — **20** VERVM EA SI VIVIT ANNOS NATV EST SEDECIM NON MAIOR THAIS QVAM EGO SVM MAIVSCVLA EST certos adulescens dixit annos sororis suae, quod et nuper (*II 3, 27*) adulescens †Phaedriae indicauerat, cum dixit 'anni sedecim' et ita, ut nos diximus, optimus sensus est, quod annos nata sedecim sit, non maior, post inferatur 'Thais quam ego sum
531 maiuscula est'. — **25** O CAPITVLVM LEPIDISSIMVM impetratura primum praebet obsequium, deinde mandata ex-
532 equitur tria illa, quae supra dixi: nam primum **26** THAIS MAXIMO TE ORABAT MODO CRAS REDIRES; at cum hoc nollet,

2 rusuni LV^1 ‖ 3 abripiam *LVS* ‖ 4 est *om. FG* | quia] quod *S* ‖ 5 puellã (*om.* a) *LV* | praedonis *LFV* ‖ 7 et quis *GVS* ‖ 8 et quid (quod *GVS*) *codd.*; quid *Ter.* ‖ 9 quis⟨quis⟩ *LFVS* | simile ... quis *L*, simile si aliquis *F* α, me si aliquis *G* ‖ 12 MECVM] & cum *LFVS*, & *G*, hoc est *B′* ‖ 13 VBI *G*, *om. rell.* | frigeret *LV*, fingeret *FS* ‖ 17 FALLACIA] audacia *Ter.* ‖ 18 EA *om.* α ‖ 19 natū *LV*, -ta *rell.* ‖ 21 Phaedriae] *immo* Parmenoni ‖ 22 indicauerit *F*(*L?*)V^1 | annis *L* | sedecim ⟨sunt⟩ α ‖ 27 dixi *F*, -it *rell.* ‖ 28 MODO] opere *Ter.* | ⟨ut⟩ cras $B'SV^2$ (= *Ter.*)

534 offert aliud **28** AT TV APVD NOS HIC MANE, quo utique *536* bene ordinem ⟨in⟩uertit; post infert **30** SI ISTVC SATIS CERTVM EST TIBI AMABO VT ILLVC TRANSEAS VBI ILLA EST.

4.

539 **1** HERI ALIQVOT ADVLESCENTES COIMVS IN PIRAEO hic adulescens unus ex illis est, qui in Piraeo conuiuium sibi praeparauerunt, cui praeparando praepositus est Chaerea, qui in amorem pro eunucho nunc suppositus ad meretricis domum deductus est. quaerit igitur hic adulescens con-
540 uiuii praepositum. — **2** DE SYMBOLIS VT ESSEMVS de collationibus ut ederemus, hoc est cibos sumeremus. —
543/45 **5** AVT QVID CONIECTEM aut quid suspicer. — **7** QVISNAM HIC EST quoniam supra *(II 3, 68)* dixerat Chaerea ‘nesciui nobis Thaidem uicinam’, pergens e uicino, hoc est e domo meretricis, exeuntem Chaeream uidet habitu eunuchi. idcirco dicit ‘quisnam hic est?’

5.

549 **1** NVM QVIS HIC EST NEMO EST NVM QVIS HINC ME SEQVITVR NEMO HOMO EST haec scaena allocutionem tenet exultantis et gaudentis et laetantis, quam breui tempore amoris compleuerit uoluptatem. — NVM QVIS HIC EST ita inquirere uidetur adulescens, non tamquam metuat, ne aliquis superueniat, sed gaudium ut possit euadere, quam

1 offerre (-& *B'*) *L α* | quo *W.*: quod *codd.* ‖ 2 inuertit *W. coll. v. III 2, 49 et 50* ‖ 4 adulescentuli *Ter.* ‖ 6 praeparauit *codd., corr. Lindenbr.* | est *F*, *om. rell.* | chereas *codd. praeter G* ‖ 8 est *om.* LV^1 ‖ 9 simbolis *codd.* ‖ 10 dederemus *LVS* ‖ 11 AVT] at *codd.* | quod *G*, qui *rell.* | coniectura ut *L α* | suspicet *G*, -ces *α* ‖ 12 HIC EST] hinc a Thaide exit *Ter.* ‖ 13 e] ei *L V* ‖ 14 est e domo] esse homo *L α*, est domo *G* | uidet *Lindenbr.*: -deat *L α*, -dit *FG* | ⟨in⟩ habitu $B'SV^2$ ‖ 15 dicat *L α* ‖ 16 HIC] hinc LV^1 ‖ 18 laetantis et gaudentis *FG α* | quam] quod in *B'* ‖ 21 sed gaudium *W.*: aut *codd.* | posse LV^1, -et $B'SV^2$

550 rem consequenti uersu significat, quippe cum dicit 2 IAMNE ERVMPERE HOC LICET MIHI GAVDIVM. sed quod sequitur, repugnat 'sed neminem hic curiosum interuenire nunc mihi, qui me sequatur quoquo eam, rogitando ⟨obtundat⟩'.
551 — 3 NVNC EST PROFECTO INTERFICI CVM PERPETI ME POSSVM modo est, inquit, omne tempus, cum pati me possum necari, ideo scilicet, ne gaudium meum aliqua turpitudine uita
553 contaminet. — 5 SED NEMINEMNE CVRIOSVM INTERVENIRE NVNC MIHI ad aetatem adulescentiae et animos eorum, qui in re ueneria amoris sui effectum continuerint, pertinet hoc, quod uolunt indicare semper: nam integrum et honestum gaudium magis silentio crescit, ut hoc apud Terentium est *(Hec. I 2, 32)* 'sed ut tacita mecum gaudeam', apud Virgilium *(Aen. I 502)* 'Latonae tacitum pertemp-
558 tant gaudia pectus'. — 10 CHAEREA QVID EST QVOD SIC GESTIS ea omnia, quae adulescentem uelle cognouerat, ⟨cum⟩ interrogata essent, tamquam non cito respondentem
559 rursus ⟨interrogauit⟩ 11 QVID ME ASPECTAS QVID TACES.
560 — 12 O FESTVS DIES HOMINIS AMICE SALVE quid est
562 'festus dies hominis'? — 14 IMMO TE OBSECRO HERCLE VT ME AVDIAS expressit morem laetantium, ut dixi, et maxime eorum, qui rem ueneriam compleuerunt: ipsi enim
563 magis cupiunt indicare. — 15 NOSTIN HANC QVAM AMAT FRATER hinc est narratio, cuius exordium a meretrice cepit: uirginem ei missam dono dicit, simul et laudat et de amore confitetur; indicat et quod frater meretrici dare praeparasset eunuchum, quod ⟨de⟩ consilio serui ipse pro eunucho ad meretricem deductus sit. et ne stultum ui-

1 dixit *L* ‖ 3 hic] Ihic (!) *L* ‖ 4 quoque eam *L* V^1, queque iam *G*, quique (quippe *S*) iam *FB'S* V^2 | recogitando *L* V^1 | obtundat *add. Lindenbr.* ‖ 5 NVNC] non *LVS* ‖ 8 -NE] nec *F*, hic *B'S* V^2, *om. G* ‖ 10 sui effectum] siue affectum *α* | contenuerint *G*, (*ex corr.*) *B'*, -rit *rell.*; obt- ? ‖ 17 cum interrogata essent *W.*: interrogata (-tus *G*) est (*om. F*) et *β* V^1, -ta sunt et *B'S* V^2 ‖ 18 interrogauit *add. W.*; ait *suppl. G* ‖ 19 salue ⟨amice⟩ *LFα* ‖ 21 dixi et *W.*: dixi *FS*, -it *rell.* ‖ 24 cuius *W.*: cum *codd.* ‖ 26 et *om. L* ‖ 27 de *add. W.* | consilio *F*, -um *rell.* | serui ⟨sui⟩ *G* | ⟨quia⟩ ipse *codd. praeter B'*

574 deretur, adiecit causas, quas et supra posuerat: ut **26** VI-
DEREM inquit AVDIREM ESSEM VNA CVM QVA CVPIEBAM
ANTIPHO. deinde inter alia persequitur, quemadmodum
577 ad effectum suae cupiditatis uoluerit peruenire [**29** SATIS
581 TVTO TAMEN ironicos dictum.] **33** ABDVCIT SECVM
ANCILLAS: quod ipsa meretrix descenderit ad cenam,
quod paucae circa uirginem remaneant eandem 'noui-
ciae puellae', ita ut et morem propter nouitatem ne-
sciant et propter aetatem nihil ualeant suspicari. —
583 **35** VIRGO IN CONCLAVI SEDET conclaue dicimus locum,
584 quem †multa patefaciunt. — **36** IOVEM QVO PACTO DANA-
AE MISISSE AIVNT QVONDAM IN GREMIVM IMBREM AVREVM
haec pictura, inquit, erat in tabula, quomodo Iuppiter
586 Danaae imbrem aureum misisset in gremium. — **38** ET QVIA
CONSIMILEM LVSERAT IAM IPSE OLIM LVDVM quia, inquit,
Iuppiter et ipse propter amoris flammas conuersus in
imbrem aureum sese commutarat ad fraudem et similiter
lusum luserat, ut ego, qui pro eunucho ad uirginem ue-
587 neram. — **39** IMPENDIO MAGIS ANIMVS GAVDEBAT MIHI
amplius ex hac re, quod Iuppiter fecerat, mihi gaudebat
588 animus. — **40** DEVM SESE IN HOMINEM CONVERTISSE utique
intelligimus Iouem uenisse humana figura, deinde per im-
pluuium per alienas tegulas clanculum descendisse. —
589 **41** FVCVM FACTVM MVLIERI fraudem scilicet: sunt enim
592 cum fraude ea, quae fuco uidentur infecta. — **44** DVM
593 HAEC REPVTO MECVM de Iouis facto cogito. — **45** IIT LAVIT
REDIT apta narrationi oratio est, ubi facta multa breui-
ter explicantur, sicuti ipse in Phormione *(I 2, 53 sq.)*. —

3 ANTIPHO deinde] ante se ideo die *Lα*, ante sed ydonee *F* | alia *G*, aliqua *rell.* ‖ 4 affectum *FGα* | uoluerit] potuerit*?* | SATIS — dictum *secl. W., cf. Schlee ad h. l.* ‖ 5 ironicos] inamicos *codd.* | adducit *LGB′V* ‖ 6 descenderit *Zeune*: -dit *codd.* ‖ 7 eadem *LV*, eaedem *S* ‖ 10 conclaue] in conclaui *βV* ‖ 11 quem] ciuem *LV*, ubi ciues *B′* | multa (-ti *G*)] *cf. Fest. P. 38, 9? Thes. gl. s. v.?* | dane (dianae *SV²*) *codd.* ‖ 14 misisset *G*, misit sed *rell.* ‖ 15 IPSE] ille *Ter.* ‖ 18 qui *B′*, *om. rell.* ‖ 22 ⟨in⟩ humana *FB′* ‖ 24 ⟨ut⟩ sunt *codd.* ‖ 26 IIT] IN *LV¹*, It *B′*, Et *G* ‖ 27 ⟨oratione⟩ oratio (putatio *L*) est *Lα* ‖ 28 in phormione

598 **50** FLABELLVM TENERE TE ASINVM TANTVM uehementer,
inquit, uellem te uidere tantum asinum flabellum tenen-
tem; uidere ergo uellem 'quis esset status' hoc est
quae forma, qui habitus in te erat, cum flabellum tan-
tus asinus contineres. hic turpiter quidam legunt po-
tius <'tentum'> quam 'tantum', ut sit 'asinum tentum':
quod in scaena esse dictum ob indignitatem Terentianae
599 comoediae minime conueniebat. — **51** SIMVL OMNES PRO-
601 RVVNT SE se foras simul proferunt. — **53** EGO LIMIS SPECTO
quidam intelligunt 'limis' obliquus, quod ipsum limen,
cum ambulamus, itineri nostro obliquum est; alii intelligunt
'limis' oculis paululum tortis; alii intelligunt 'limis' con-
iunctis ad flabellum, ut Plautus *(Poen. I 2, 79)* dixit 'num-
603 quam cum ea limaui caput', quod est coniunxi. — **55** PES-
606 SVLVM OSTIO OBDO <hoc> est obduco. — **58** TVM POL EGO
IS ESSEM VERE QVI SIMVLABAR si enim occasionem istam
praetermitterem, uere eunuchus essem, quem me esse fin-
gebam. post adulescens hortatur, ut pergat propter id,
quod sibi mandatum est, deinde ut uestem mutet. et
hanc mutationem in domo patris metuit uel propter fra-
trem uel propter ipsum patrem: exigit, ut ad amici domum
pergat, illic mutet, illic consilium capiat, rursus ad mere-
tricem quemadmodum reuertatur.

IV.

1.

615 **1** ITA ME DI AMENT QVANTVM EGO IPSVM VIDI NON
NIHIL TIMEO haec scaena ancillae allocutionem tenet, quae
coniecturali statu argumenta colligit militem cum mere-

<quaedam breuiter explicat> *B'SV²* ‖ 6 tentum *add. Lindenbr.* | tantum ut *om. L* ‖ 7 esse *Lindenbr.*: est *codd.* | ab indignitate *codd., corr. Lindenbr.* ‖ 10 obliquis *B'S* ‖ 14 caput quod *W.*: atque (adque *VS*) *codd.* ‖ 15 hoc est *W.*: et (id est *B'*) *codd.* ‖ 21 exiit *L α* ‖ 24 IPSVM] illum *Ter.* ‖ 25 TIMEO] uideo *L V¹* | allocutionem *S*, eloc- *rell.*

trice litem parare. ita prior propositio est summae, quod
timere se dicit, ne ipse insanus hodie turbas faciat cum
617 Thaide. deinde incipit narratio **3** NAM POSTQVAM ISTE
ADVENIT CHREMES ADVLESCENS FRATER VIRGINIS. deinde
in narratione argumenta quaedam praeiaciuntur, quae
618 ueniant ad quaestionem. ideo adiecit **4** CONTINVO IRASCI.
620 deinde expurgat et Thaidem: **6** ID FACIEBAT inquit RETI-
NENDI ILLIVS CAVSA QVIA ILLA QVAE CVPIEBAT DE SORORE
EIVS INDICARE AD EAM REM TEMPVS NON ERAT. deinde
623 concludit quaestionem **9** MILES VERO PVTARE SIBI ADDVC-
TVM ANTE OCVLOS AEMVLVM. et quoniam in coniectura
facta uel dicta sunt, ex quibus suspicio colligitur, facta sic
624 ponit **10** VOLVIT FACERE CONTRA HVIC AEGRE, deinde dicta
HEVS INQVIT PVER PAMPHILAM ACCERSE VT DELECTET HIC
NOS. memor est miles praeceptorum parasiti, cui cum
dixisset *(III 1, 44—45)* 'purgon me de istac Thaidi, quod
eam me amare suspicatur?', respondit militi *(III 1, 46;
53—54)* 'immo auge magis suspicionem: si laudabit haec
illius formam, tu huius contra'. concluditur, quod negat
626 meretrix, ipse perseuerat: **12** INDE AD IVRGIVM inquit,
hoc est ad litem.

2.

629 **1** DVM RVS EO COEPI EGOMET MECVM INTER VIAS
haec scaena conquestionem habet adulescentis, quod nimio
amore multa officia non integra mente compleuerit. —
635 **7** AD IPSVM VENI DEVERTICVLVM ad ipsum locum, ex quo
640 ad uillam deuerteret. — **12** CERTE EXTREMA LINEA AMA-

1 praepositio (-sita *F*) *β V* | summae *W.*: -a *codd.* ‖ 7 expurgat] et purgat *L*, purgat *FG* ‖ 9 deinde *post* quaestionem *codd.* ‖ 12 sic] sit *LGVS* ‖ 13 FACERE CONTRA *om. LVS* | dicta] dicit *LGα*, dicta ponit dum dicit *F* (*recte?*) ‖ 14 ⟨pamphile⟩ pamphilam *LB'V* ‖ 15 memor — 19 contra *post* 21 litem (*ante* memor *repet.* PAMPHILAM — NOS) *codd.*, *transp. Lindenbr.* ‖ 16 purgen *FG* | medies sta & *LV* | thaide *FG* ‖ 17 respondet *Lα* ‖ 25 deuerticulum *LV*[1], diu- *rell.* | lacum *LV* | quo ⟨diuerti⟩ *codd.* ‖ 26 diuerteret *codd.*

RE quinque lineae esse dicuntur: uidere, accedere, conloqui, osculari, concumbere. ueluti enim postremam diximus rem atque usum, prior fit postrema illa quam nos collocauimus, uidere scilicet. ergo ita conclusit 'si non tangendi est copia, ne uidendi quidem erit'.

3.

643 1 VBI EGO ILLVM SCELEROSVM MISERA ATQVE IMPIVM
INVENIAM haec scaena controuersiam tenet talem: munera
meretrici amator misit, in his eunuchum, qui commendatam uirginem scissa ueste laniauit: fugit. reus est iniuriarum qui dona misit. hic primo qualitas, deinde coniectura, an hoc animo miserit, ut iniuriam faceret. rursus alia coniectura, an eunuchus uitiauerit uirginem uel uitiare potuerit. haec per uersus suos plenius explicabimus.
644 Primo propositio fit summae per conquestionem: 2 HO-
CINE inquit TAM AVDAX FACINVS FACERE ESSE AVSVM.
645 deinde quasi testimonii genus adicit 3 QVIN ETIAM INSVPER
SCELVS POSTQVAM LVDIFICATVS EST VIRGINEM VESTEM OMNEM
MISERAE DISCIDIT. 'ludificatus est' per ludum et iocum in-
648 lusit et irrisit. — 6 VT EGO VNGVIBVS FACILE ILLI IN
OCVLOS INVOLEM in eius oculos unguibus meis inuolem. —
649 7 VENEFICO scelerato et malo. — NESCIO QVID PROFECTO
ABSENTE NOBIS TVRBATVM EST DOMI hoc est me absente. —
651 9 EHEM PHAEDRIA hinc incipit accusatio CVM DONIS TVIS
653 LEPIDIS. deinde narratio, simul et propositio 11 EVNVCHVM
QVEM DEDISTI NOBIS QVAS TVRBAS DEDIT VIRGINEM QVAM
ERAE MILES DONO DEDERAT VITIAVIT. 'quas turbas dedit'
655 hoc est: quantas seditiones fecit. deinde negatio: 13 TE-

1 dicuntur ⟨amoris⟩ *B'S* V^{2} | accedere] apprendere *Schoell coll. Don. et Porph. ad Hor. c. I 13,15* (tactus, *cf. Eugr.* tangendi) || 2 enim *Lindenbr.*: ñ *codd.* || 3 fit *Lindenbr.*: sit *codd.* || 4 uideret *L* V^{1} || 5 nec *B'S* V^{2} || 8 amor *L* V^{2} || 12 uitiauerat *L V* || 13 suos] uos *L F* V^{1} || 16 adiecit *F G* || 22 hoc est *W.*: est *L*, id est *F*, *om. rell.* || 23 hic *F G* V^{1} || 24 ⟨tamen in⟩ lepidis *F G*, ⟨in⟩ lepidis *B'* | deinde narratio *ante* 23 CVM *inser. Lindenbr.* | simul et propositio *post* DEDIT *codd., transp. Lindenbr.*

657 MVLENTA ES inquit, quae istuc obicis. adiungit **15** INSANIS
QVI ISTVC FACERE POTVIT EVNVCHVS. hic iam quaestiones
sunt, et argumentum a defensore, an ueri simile sit eu-
nuchum adulterium facere potuisse: sumpsit ergo argu-
mentum a persona. sed contra argumentum ⟨a⟩ persona
accusator argumentum sumpsit a factis, ut non a persona
factum existimetur, sed a facto persona. denique sic
subiungit EGO ILLVM NESCIO QVI FVIT HOC QVOD FECIT
RES IPSA INDICAT. deinde supponit a summo ad imum
659 **17** VIRGO IPSA LACRIMAT NEQVE CVM ROGITES QVID SIT
660 AVDET DICERE, deinde a testimonio **18** ILLE AVTEM BONVS
663 VIR NVSQVAM APPARET. — **21** VISE AMABO ⟨NVM SIT uise⟩,
si domi est. 'amabo' interponitur comica dictione. 'num'
664 n e hic significat. — **22** PERII OBSECRO TAM INFANDVM
FACINVS MEA TV NE AVDIVI QVIDEM hoc est: tam infandum
facinus non solum gestum non uidi, sed ne audiui qui-
665 dem. — **23** AT POL EGO AMATORES AVDIERAM MVLIERVM
ESSE EOS MAXIME hic non credit uirginem esse uitiatam,
sed eunuchum incitatum ad uitiandam uirginem, ut ea
uellet facere, quae non posset implere. ideo ait 'eunuchos
audieram maximos esse amatores, tametsi nihil possent'.

4.

668 **1** EXI FORAS SCELESTE haec scaena adhuc superioris controuersiae uim tenet: quippe hoc confirmauit, quod uitiata uirgo est, quod utique diximus esse coniecturae, ut ex hoc concluderet, quod Phaedria iniuriam amicae fecerit,

1 quae istuc] q̄stuto *LSV* | obices *LVS*, obiecies *G* || 3 a defensore — 4 sumpsit argumentum *om.* *GV*[1] || 4 argumentum ergo *codd.* || 5 a persona *W.*: persona *G*, -nae *rell.* || 6 accusator *W.*: -tur *codd.* | a factis] ac facias *LVS* | personam *β B′ V* || 8 quid *LV* | fuerit *FGB′* || 9 a *W.*: de *codd.* || 12 NVM — uise *add.* *W.* || 13 amabo ⟨uise⟩ *SV*[2] | nam *codd.* || 16 ne] n̄ *β B′V* || 18 maximos *Ter., cf. infra* | credit *W.*: credunt *codd.* || 24 est uirgo *FG* | ut *S*, et *rell.* || 25 amicae *om.* *L*

cui talia miserit dono. nam perducit adulescens eunuchum,
sed ipsum pessimum habet. cognoscit Chaeream fratrem
Phaedria pro eunucho ad meretricem mutata ueste uenisse
669 et sic uitiasse uirginem. — **2** MALE CONCILIATE male empte,
673 nam concilium nundinas dicimus. — **6** DOMI NON OFFEN-
DISSEM domi non inuenissem. — ITA IAM ADORNABAT FVGAM
ueste mutata se ad fugam praeparabat. et supra (*II 2, 6*)
diximus ornamenta poni ad utramque partem, et ad diui-
tias et ad miseriam, quomodo parasito dictum est 'quid
681 istuc ornati est, inquam?' — **14** NE COMPARANDVS IS QVI-
DEM AD ILLVM EST sic distinguendum, ut sit sensus: ad
illum, qui ad nos uenit, hic eunuchus ne comparandus
682 ⟨quidem⟩ est. — **15** ITA VISVS EST DVDVM QVIA VARIA
VESTE EXORNATVS FVIT eunuchi ueste utebantur uersicoloria,
685 ut multis coloribus texta fulgerent. — **18** TACE OBSECRO
QVASI VERO PAVLVLVM INTERSIT uestis adiectio aliquid for-
mae adicit uel detrahit, non tamen nouam efficit for-
687 mam. — **20** QVEM VERO TV VIDERE VELLES PHAEDRIA ita
pulcher, inquit, ut uehementer eum uidere cuperes. —
688 **21** HIC EST VETVS VIETVS VETERNOSVS 'uietus' ⟨***, 'ueter-
nosus' **⟩ ac turpitudine oppressus, ut Virgilius (*Geo. I 124*)
689 'nec torpere graui passus sua regna ueterno.' — **22** CO-
LORE MVSTELINO nigro scilicet, qui color est in mustelis
supra domorum tecta currentibus. cognoscitur deinde, quod
hic eunuchus non uenerit ad meretricis domum. ideo effi-
694 citur interrogatio a domino **27** AGEDVM HOC NVNC MIHI
EXPEDI PRIMVM ISTAM QVAM HABES VNDE HABES VESTEM.
quam rem interrogatus narrat eunuchus uenisse Chaeream,
suam accepisse, hanc quam habet sibi dedisse, deinde con-

1 ⟨in⟩ dono *B'SV*², dona *F* ‖ 2 cherea *L* ‖ 3 Phaedria *Zeune*: -ae *codd.* ‖ 4 MALE — dicimus] *lac. in B'S* | male empte] malēte *LV*, ·i· mali cōadunate *G*, *om. F* ‖ 6 adornarat *FB'* ‖ 8 poni *W.*: -it *codd.* ‖ 9 est *G*, *om. rell.* ‖ 13 qui dem *add. Lindenbr.* ‖ 14 exornatus *F* (= *Ter.*) | uersicolor aut *LV*¹, usiculari aut *G*, uersicolori aut *SV*², diuersi coloris ut *F* ‖ 15 texta] *sc.* ueste ‖ 16 adiectio *FB'*, -to *LVS*, -ta *G* (*recte? cf. p. 143, 16*) ‖ 17 effecit *LV* ‖ 20 uietus] uictus *LGV bis* | *lac. sign.*, ueternosus *suppl. W.* (*cf. schol. Bemb. et Schlee*) ‖ 21 ac] a β ‖ 29 accepisse ⟨uestem⟩ *B'SV*²

tinuo cum Parmenone egressum foras. qua re confirmata
703 accusantis conclusio efficitur **35** IAM SATIS CREDIS SOBRIAM ESSE ME ET NIHIL MENTITAM TIBI 'sobriam' quia
supra (*IV 3, 13*) illi adulescens dixerat 'temulenta es'.
adiungit igitur terminationis summam IAM SATIS CERTVM EST VIRGINEM VITIATAM ESSE. his conclusionibus nihilominus
pugnat adulescens dicens eunucho non esse credendum
704 **36** AGE NVNC CREDIS HVIC QVOD DICAT. at illa rursus,
quae accusabat a persona, rem ad facta deducit. conuictus
adulescens, etiam cum tacite interrogasset eunuchum, ne
uideatur iniuriam fecisse meretrici, monet, ut eunuchus
712 quod dixerat neget. — **44** POSSVMNE EGO HODIE EX TE
EXCVLPERE VERVM hoc est producere et formare, quemadmodum formas reddunt illi, qui exculpunt gemmas. —
716 **48** ALIO PACTO HONESTE QVO MODO ABEAM HINC NESCIO
quoniam, inquit, constat de iniuria, non alio pacto me hinc
liberare possum, nisi dum neganti eunucho uehementer
717 irascor. haec autem secum loquitur. — **49** ACTVM EST SIQVIDEM TV ETIAM ME HIC NEBVLO LVDIFICABERE actum est, inquit, si etiam me tu inludis nebulo, hoc est fraudator et
8/19 pessimus. — **50** HANC TECNAM hic f r a u d e m. — **51** ⟨INVENIAM POL HODIE⟩ PAREM ⟨VBI REFERAM GRATIAM in fine⟩
huius scaenae ancillae deliberat⟨io est⟩, an indicandum
sit dominae uirginem esse uitiatam, quae breui argumento percurritur. primum sic posita est 'utrum taceam
721 an uere dicam?' suadet autem, ut taceat, ab utili **53** TV
POL SI SAPIS QVOD SCIS NESCIS NEQVE DE EVNVCHO NEQVE
DE VITIO VIRGINIS.

5 igitur *W.*: enim (uero *G*) *codd.* ‖ 6 his *W.*: hic *codd.* ‖ 8 ⟨belua⟩ credis $FB'SV^{2}$ | ad *L, om. F* | rursus *W.*: rarius *codd.* ‖ 10 tacitate $LV^{1}S$ ‖ 14 reddant *LV* ‖ 15 hinc abeam *B'S* ‖ 16 non alio *B'*, non nullo *LSV*, nullo *FG* ‖ 18 SIQVIDEM *om.* LV^{1} ‖ 21 hic] *lac. in S*, ·i· *B'*; hanc *Lindenbr.* | INVENIAM — HODIE *et* VBI — fine *add. W.* ‖ 22 ⟨et mi⟩ parem *LV*, ⟨et in⟩ partem *B'*, *om. GS*; sed nunc quid faciendum suades dorias *F* ‖ 23 huius scaenae] hac scena *G*, hic secum *S* | ancillae *Schoell*: -a *codd.* | deliberatio est *Schoell* ‖ 27 scias $B'SV^{2}$ | NEQVE *1. om. LGVS*

5.

727 **1** ATTAT HERCLE DATA VERBA MIHI SVNT haec scaena
729 adulescentis narrationem habet, quod sit inlusus. — **3** POST-
QVAM SVRREXI NEQVE MENS NEQVE PES SATIS SVVM OFFI-
CIVM FACIT impedita omnia sunt uino, ut membra se ad
732 actus suos explicare non possint. — **6** VERBVM HERCLE
734 HOC VERVM EST prouerbium. — **8** AETATEM quod est sem-
738 piternum. — **12** HVIC VBI ⟨EGO⟩ ANTEVERTERIM ubi ego
eam antecesserim.

6.

739 **1** CREDO EQVIDEM ILLVM IAM HIC ADFVTVRVM haec
scaena repetitionem puellae habet et accusationem, quod
noluerit meretrix pacta seruare. uerum ante praeponitur
adulescens, qui aduersus militem possit obsistere, ne con-
turbata, cum suam puellam dixerit, cedat, sed huius au-
744 dacter sororem esse dicat. — **6** TVRBAM HANC turbatio-
746 nem. — **8** HAEC ATQVE HVIVS MODI SVM MVLTA PASSA
commendat hic munus, cum maximas se iniurias passam
748 dicit. — **10** QVID AIS uehementer miratur adulescens, quod
apud meretricem educta sit soror, quemadmodum dictum
753 est 'ita uti teque illaque dignum est.' — **15** ABI TV CI-
STELLAM PYTHIAS DOMO EFFER soliti fuerant qui exponebant
semper aliquid dare monimentorum pueris, ut ex his mo-
nimentis fieret postero tempore cognitio. haec igitur mo-
nimenta petit, uti de cistella huc deferantur, quo facilius
Chremes interlocuturus sit, quod militem uenire uideat.
754 illa intercedit tamen interrogans, ubi cistella sit. — **16** IN

2 sis *LVS* ‖ 4 sunt omnia *FG* ‖ 6 VERVM] uerbum *LV*[1] | aetate *codd.* ‖ 7 ergo *codd.* ‖ 8 eam *Westerh.*: iam (*post* ante *S*, *om. G*) *codd.* ‖ 10 repetitione *G*, -tit *B'SV*[2] | habet et *F*, habet (*post* accus-) *G*, *om. rell.* ‖ 13 dixerit *G*, duxerit uel dixerit *F*, duxerit *rell.* | huius] hanc *FG* ‖ 14 ⟨suam⟩ sororem *codd.* ‖ 17 miratus *Gα* ‖ 19 est *om. Lα* ‖ 21 semper *ante* qui *codd. praeter B'* | monumentis *LB'* ‖ 22 monumenta *LV*[1] ‖ 23 huc *W.*: hec *codd.* ‖ 24 interlocuturus *Zeune*: -tus *codd.* ‖ 25 ⟨anc⟩illa *Westerh.* | sit *om. LFV*[1]*S*

RISCO ODIOSA CESSAS riscum cistellae genus de uimine
756 effectum et tectum corio intelligamus. — **18** APAGE SIS
⟨EGON FORMIDVLOSVS⟩ hoc est: timidus ego? discede, non
763 sum. — **25** OBSERA OSTIVM serare est claudere, ita
compositum obserare. contrarium est uero reserare,
768 quod est aperire. — **30** IN IVS DVCITO HOMINEM ad forum
769 in iudicium. — **31** ATTOLLE PALLIVM quoniam ⟨haec⟩
comoedia Athenienses personas habet, idcirco 'pallium'
dixit. sunt enim ⟨et⟩ comoediae, quae togatae dicuntur
770 et personas Romanas habent. — **32** PERII HVIC IPSI EST
OPVS PATRONO QVEM DEFENSOREM PARO hic, inquit, qui a
me defensor paratur, ita timet, ut ei potius patronus
adhibendus sit.

(7.)

771 **1** HANCINE EGO VT CONTVMELIAM TAM INSIGNEM IN
ME ACCIPIAM GNATHO repetiturus, ut diximus, puellam
aduenit miles ex compecto: sic enim supra (*I 2, 61; 60*)
etiam Thais ipsa dixerat 'uelle se illam mihi dare, uerum
id uereri, ne ubi acceperim, sese relinquam' et alio loco
(*I 2, 59*) 'si fidem habeat se iri praepositum tibi apud me.'
nunc uero, cum de †Chaerea pacta sit, ut ei praeponatur
ille, et hodie introduxerit Chremetem, quem miles suspicatur amatorem, dicit contra pactum esse hoc factum. unde
istum credit esse repetiturum, quod dono dedit. uide
tamen militis gloriosi stultitiam: quasi aciem, quasi proelium ante disponit, et ei consensum commodat parasitus,
774 quem colacem in hac comoedia intelleximus: **4** IN MEDIVM
776 inquit HVC AGMEN CVM VECTE cum fuste. — **6** MANIPVLVS

7 haec *add. W.* ‖ 8 Athenienses *Lindenbr.*: -sis *codd.* ‖ 9 et *add. W.* (*cf. Bruns ad h. l.*) ‖ 10 et *B′*, que *F, om. rell.* | habentes *G* ‖ 14 *scaenas IV 6 et IV 7 coniunxit Eugr., cf. IV 6, 1* ‖ 16 ex conpecta *LV*¹, ex conspectu *F*, ex compacta *G*, ex templo *B′SV*² ‖ 19 si *om. LGVS* ‖ 20 Chaerea] *immo* Phaedria | pacta *W.*: -us *codd.*; -um *Lindenbr.* | ut ei *W.*: uti *codd.* ‖ 24 uide *W.* (*duce Lindenbr.*): et *codd.* | stultitiam *Lindenbr.*: -a *codd.* | aciem ⟨et⟩ *FB′SV*² ‖ 25 ei *F*, eū *G*, eo *rell.* ‖ 26 quem colacem *om. L* ‖ 27 cum fuste *om. FSV*²

FVRVM manipuli dicuntur in legione certi et collecti mi-
lites. quemadmodum turma est, ita et manipulus. et hic
777 miles manipulum se habere dixit furum. — 7 QVID IGNAVE
PENICVLON PVGNARE intelligimus Sangam cocum cum peni-
culo egressum ac propterea militem interrogare, cur peni-
culum portet. sed quoniam et familiae et domini mores
778 perite nouit, respondit 8 EGONE IMPERATORIS VIRTVTEM
780 NOVERAM ET VIM MILITVM. — 10 QVI MALVM ALII SOLVS
SANNIO SERVAT DOMI aut absolute dictum 'seruat domi' aut:
781 seruat ea quae domi sunt. — 11 EGO ⟨ERO⟩ POST PRINCI-
PIA INDE OMNIBVS SIGNVM DABO principia dicuntur acies
et frons prima exercitus; ita post principia est postrema
aciei pars. denique intelligens parasitus prudentem appellat
792 militem, quod sibi periculoso loco cauerit. — 22 THAIS
HOC PRIMVM MIHI RESPONDE hic propositio est pactorum,
unde arguit, quod sibi sint non seruata pacta. deinde
proponit, quemadmodum seruata non sint QVAE MIHI ANTE
795 OCVLOS CORAM AMATOREM ADDVXTI TVVM. — 25 QVID
CVM ILLO AGAS scit amatorem suum non esse et ideo
omnia militi permittit ut in illum faciat, quem credit
796 amatorem. — 26 PAMPHILAM ERGO HVC REDDE NISI VIS
ERIPI quoniam meretrix dixit 'libuit', ideo Pamphilam
797 nunc repetit. — 27 TV ILLAM TANGAS OMNIVM tandem ex-
citatus Chremes intercedit et furentis more uerba non ex-
primit, quippe cum intercedat parasitus iam intelligens fu-
800 turum conuicium, quod dicit AH QVID AGIS TACE. — 30 SCIN
TV VT TIBI RES SESE HABEANT uis, inquit, scire, quemad-
modum res istae sint? si aliquid hodie hic turbaueris aut
litis feceris, perficiam, uti uerberibus diei ⟨et⟩ loci huius

4 sanga *L*, -an *GV*¹ ‖ 6 familiae *G*, -ia *rell.* ‖ 8 nouit, perite resp- *Lindenbr.* ‖ 9 doni *LV*¹, domum *rell.* | seruit *β V*¹ ‖ 10 ⟨ñ⟩ sunt *LVS* ‖ 13 acies *LGV* ‖ 15 HOC *om. B′SV*² | respondet *LV*¹, -dit *G* ‖ 16 pacta seruata *codd.* ‖ 17 sint *FS*, sunt *rell.* ‖ 18 adduxisti *LG*, -xi *α* ‖ 20 per militi (-tem *B′SV*²) permittit (///m- *V*², m- *B′*) *L α* ‖ 21 nisi ⟨si (*om. G*) ui ma⟩ uis eripi *GB′SV*², *om. F* ‖ 26 conuicium *Goetz-Schoell*: coniugium *codd.* | ais *F α* ‖ 29 lites *B′SV*² | et loci *W.*: locique *FB′SV*² | huius ⟨memineris⟩ *codd. praeter B′*

et mei semper memineris. et quia metuit parasitus, quan-
tum potest refregit audaciam Chremetis et miserere se
dicit, quod talem inimicum militem faciat, cui repugnare
805 non possit. — **35** PRINCIPIO EAM DICO ESSE LIBERAM hic
iam respondetur militi repetenti puellam et primum op-
ponitur libertas, deinde quod ciuis est, tertio quod nobi-
lissimi adulescentis soror. postremo deprecatur, miles ne
809 uim faciat in Thaidem. — **39** AVDIN TV HIC FVRTI SE
ALLIGAT dum haec tibi proponit, furti sibi crimen inten-
814 dit. — **44** VT FORTES DECET MILITES DOMI FOCIQVE FAC
VICISSIM VT MEMINERIS quoniam pro labore satis exactum
est, uicibus id age, ut procures milites et memineris foci
et domi, ad cibos scilicet praeparandos.

V.

1.

817 **1** PERGIN SCELESTA MECVM PERPLEXE LOQVI et haec
coniecturali modo accusat, quippe cum quaeritur, an uirgo
820 uitiata sit. denique argumenta colligit **4** VIRGO CONSCISSA
VESTE LACRIMANS OBTICET. ita in eo quod dixit ʽobticet’
satis plenum est: nam si iniuria fuerat, facile loqueretur,
829 nunc uero tacet, quae est pudoris amissio. — **13** QVID
AIS SACRILEGA ISTVCINE INTERMINATA SVM HINC ABIENS TIBI
quasi intendit crimen, quod neque custodierit uirginem.
831 at illa praecepto se paruisse respondit **15** QVID FACEREM
832 ITA VT IVSSISTI SOLI CREDITA EST. — **16** SCELESTA OVEM
LVPO COMMISISTI praedam, inquit, praedatori dedisti. —
833 DISPVDET ualde ego hic et uehementer erubesco. — **17** SIC

1 memineris] misereris *LV*[1] | quae metui *LVS* ‖ 2 refringit *GB′* ‖ 3 cui] cum *LGVS* ‖ 6 nobilissimi *Lindenbr.*: -ma *codd.* ‖ 7 deprecetur *LGV*, edicitur (militi) *S* ‖ 9 proponitur *LVS* | sibi *W.*: tibi *codd.*; *nisi fort. Eugr.* TE *legit* ‖ 12 age *W.*: agit *codd.* | et *W.*: sed *codd.* ‖ 17 ita — obticet *om.* *L* ‖ 19 amiss⟨i significat⟩io*?* ‖ 20 HINC] hodie *LGV*[1] ‖ 21 intendat *L* | neque] non *GB′*; *fort.* non aeque ‖ 23 uti *FGV*, *om.* *L* ‖ 24 inquam *L* α

MIHI DATA ESSE VERBA sic me esse deceptam. — QVID
ILLIC HOMINIS EST hic intelligitur reuerti Chaeream adhuc
eunuchi ueste indutum, sicuti post cognoscitur, et ideo
834 miraculum fit **18** ERA MEA TACE OBSECRO SALVAE SVMVS. —
838 **22** VIDE AMABO SI NON CVM ASPICIAS OS IMPVDENS VIDE-
TVR 'amabo' dixit, quod semper inter poetas nulla signi-
ficatione est. est autem sensus talis: uide impudentiam,
uide aspectum, quemadmodum incedit. os ergo impudens
uidetur, cum aspicias uenire. et quasi aliquid meretrix
839 dixerit, ita subiungit **23** NON EST, quasi: negas esse quod
dico? et hoc ut confirmet, adiungit 'cur igitur tanta con-
fidentia fretus incedit?'

2.

840 **1** APVD ANTIPHONEM VTERQVE MATER ET PATER QVASI
DEDITA OPERA DOMI ERANT VT NVLLO MODO INTRO IRE
POSSEM QVIN VIDERENT ME haec scaena iniuriarum actio-
nem tenet. reum facit Chaeream meretrix iniuriae, at ille
se ueniali statu purgat dicens se quod fecerit amore fe-
cisse. ac primo quidem loquitur, cur non mutata ueste
845 nunc uenerit. — **6** IN ANGIPORTVM QVODDAM DESERTVM
angiportum dicimus uicum et angustum et tortuosum,
850 nam anguis modo flectitur. — **11** ADEAMVS BONE VIR DORE
SALVE fingit adhuc meretrix illum eunuchum esse, ut
in sic salutatum facilius tamquam subiectum et sibi
855 deditum inuehi possit. — **16** HANC METVI NE ME CRIMI-
NARETVR TIBI hanc, inquit, Pythiam timui, ne me reum
856 apud te faceret. — **17** EHO PAVLVLVM IMPVDENS an pau-
lulum hoc esse tibi uidetur uirginem uitiare ciuem? hic
iam intelligimus, quod non eunuchum credat esse cum
quo loquitur meretrix, uerum adhuc latet, quis iste sit.

1 ESSE] est *LV*[1], sunt *SV*[2] ‖ 2 illu *L*, illuc *V* | cherea *L* ‖ 5 VIDETVR *om. L* ‖ 6 amabo *etc.*] *cf. IV 3, 21* ‖ 7 est *1. G*, ponitur *FB'*, *om. rell.* | talis sensus *FG α* ‖ 13 pater et mater *FS* ‖ 19 uenerit *Zeune*: -nit *codd.* ‖ 20 uicum *ante* DESERTVM *codd.* ‖ 22 ut in *Zeune*: ita ut *F*, ita *rell.* ‖ 23 ⟨in⟩ subiectum ? ‖ 24 ME *om. LVS*

ita quoniam ille conuictus est de uitiata uirgine, genus dissensionis adhuc tamquam seruus proponit, ut dicat
8/61 **19** CONSERVAM ESSE CREDIDI. — **22** QVID ITA VERO DEBEAM QVICQVAM ISTI FVRCIFERO SI FECERO PRAESERTIM CVM SE SERVVM FATEATVR TVVM nihil est, inquit, quod metuam, si iniuste aut per iniuriam aliquid fecero, maxime cum
864 hic se seruum tuum fateatur esse. — **25** MISSA ISTAEC FACIAMVS hic iam meretrix sublata simulatione accusat adulescentem iniuriarum dicitque non dignum factum ab eo, qui fecit ita, etsi digna pati potuerit ipsa. exprimit deinde, quid incommodi sibi euenerit ex uitiata uirgine, quod non possit suis illam ita uti decuerat reddere et maximum beneficium et perpetuam gratiam collocare. —
872 **33** AT NVNC DEHINC SPERO AETERNAM INTER NOS GRATIAM defensionem suam adulescens a spe promissionis inchoat: dicit enim aeternam fortasse ex hac re futuram gratiam. hoc enim intelligi uult, quod illam sit ducturus uxorem.
873 denique adiecit **34** SAEPE EX HVIVS MODI RE QVAPIAM ET MALO PRINCIPIO MAGNA FAMILIARITAS CONFLATA EST frequenter, inquit, ex tali re aliqua et initio non bono ad familiaritatem maximam concordiamque peruentum est. 'huiusmodi re quapiam': comico loquendi stilo 'quapiam' aliqua intelli-
876 gimus. — **37** EQVIDEM POL IN EAM PARTEM ACCIPIOQVE ET VOLO intelligit meretrix, quid sibi ab adulescente dictum sit, et ideo adiecit 'hoc quidem accipio ex dictis tuis, quod
877 uehementer desidero'. — **38** VNVM HOC SCITO CONTVMELIAE NON ME FECISSE CAVSA SED AMORIS hic ⟨est⟩ illa defen-
880 sio, quam uenialem supra diximus. — **41** NON ADEO IN-

1 illo *FB'V*[2], *om. GS* | genus *vel* gentis (ing- *F*) *codd.* || 2 dissensiones *GB'V*[2]*S* || 3 abeam *FGB'* (*cf. Don.*) || 4 si fecero (*om. B*) *post* praesertim *codd.* || 5 SE *om. LVS* | fateatur *B'*, -tetur *G*, -teretur *rell.* | suum *LVS* || 6 maxime *om. L* || 7 se *GB'*, *om. rell.* || 9 -que] -que quia *B'*, quia *rell.* || 11 uenerit *LFα* || 12 decuerat] decreuerat *Lindenbr.* | reddere *om. L* || 15 ab spe *FG*, ab (ob *VS*) se *LVS*, a statu *B'* || 16 ex hac re] exacro *L*[1]*V*[1], exsacro *V*[2], ex saeto *S*, ex hoc *F*, ex hoc facto *B'* || 22 aliquam (-quid *G*) *codd.* || 23 occipioque *L*, accipio *FG* || 27 est *add. W.*

HVMANO INGENIO SVM CHAEREA quoniam meretrices ab
amatoribus suis quasi quasdam exigunt poenas, ideo se
purgat, ut dicat non tam inhumano ingenio esse, ut amor
884 quid sit ignoret. — **45** NON AVSIM quoniam Pythias di-
xerat timendum esse dominae Chaeream, hoc est ne quam
uim illa pateretur, respondit ille 'non audeo': scit enim
889 fratris amicam esse. — **50** TAMEN SI PATER pendens haec
oratio sensum plenum habet 'tamen si uoluerit pater'.
sed continuo cum hoc intellexisset adulescens respondit
QVID VOLET SCIO CIVIS MODO HAEC SIT. apud Athenas de-
decoris maximi fuerat non ciuem ducere uxorem, unde et
in Andria (*III 1, 11*) Simo ita loquitur 'adeone tu de-
890 mens? ex peregrina?' — **51** PAVLVLVM OPPERIRIER expecta.
896 — **57** IMMO PERCVPIO duobus modis intelligitur: cupiditas
adulescentis, ut ingredi *uellet domum*: *uel quoniam* ⟨*** *uel*
quoniam⟩ *illic ea puella est, quam uidere desiderat.* denique
hoc intellexit Pythias et propugnat dicens QVAM TV REM
897 *ACTVRA ES.* — **58** *HVNC TV RECIPERE DISPONIS POST HAEC*
post tantam turbam et tale scelus adhuc uirum istuc in-
899 *tromittis?* — **60** DABIT HIC PVGNAM *ALIQVAM DENVO* pro-
prium *uerbum* est et familiare ad expressionem: semper
cum aliquid fieri dicitur, *melius dicitur* *dari,* ut (*Verg. Geo.*
III 265) '*quid quae* imbelles dant proelia cerui?' et hic 'da-
901 bit aliquam pugnam'. — **62** NON POL *CREDO CHAEREA NISI*
SI COMMISSVM NON ERIT uerbis talibus fidem non habeo neque
quod dicis *non* fieri credo, nisi *non* fuerit factum. —
905 **66** PERII HERCLE *OBSECRO ABEAMVS INTRO* ex hoc expri-

2 exigant *codd.*, *corr. W.* ‖ 4 ignorem *β V* | quondam *codd.*, *corr. Lindenbr.* ‖ 5 esse *F*, est *rell.* | domini (-na *G*) ne *LVB'* | cherea *GB'* ‖ 6 illa *F*, ille *rell.* ‖ 12 tu] est *Ter.* ‖ 13 paulum *LS* | operior *LV*¹ | expectare *F* (*edd.*) ‖ 14 PERCVPIO] peroppidum *LGVS* | ⟨hoc⟩ duobus *B'* | intelligitur *B'*, -guntur *rell.* | cupiditas *W.*: cupit *codd.* ‖ 15 adolescens *GB'* | ut *L*, ui (quod ui *F*) *rell.* | uelle *G* | uel *om. G* | *lac.* (*suppl.* adhuc eunuchi ueste indutus est, *cf. ad v. 68; 60; V 6, 1; 14*) *sign.*, uel quoniam *suppl. W.* ‖ 16 denique] *hic inc. cod. P*; *de V v. praef.* ‖ 17 propugnat *Lindenbr.*: perp- (pugnat *G*) *codd.*; rep- *?* ‖ 18 DISPONIS] deponis (ponis *G*) uel (*ante* ACTVRA) *add. LG* ‖ 21 familię *LF* | ⟨nam⟩ semper *?* ‖ 25 SI *om. L* ‖ 26 dicis *F*, -it *rell.*

mitur, quod supra (*v. 57*) dixit '*immo percupio*': uiso enim Chremete, noto et nobili uiro, uehementer erubescit, quod
908 cum eunuchi ueste sit. — **69** VIRGO quidam intelligunt: confusus es ita, quasi uirgo *sis*: erubescis ex ueste et confusionem pateris, quam uirgo patitur, quam uitiasti. est rursus et quasi admonitio, ut et pudori non sit, quod ista
909 ueste indutus est, *siquidem uitiauit uirginem.* — **70** I PRAE *SEQVOR* antecede, *ego te sequor.*

3.

910 **1** QVID QVID VENIRE *IN MENTEM NVNC POSSIT MIHI* haec scaena consilium quaerentis ancillae tenet, quemadmodum se possit ulcisci *et iniuriam factam; deinde admonitionem,*
913 *ut Chremes cum nutrice ingrediatur.* — **4** *VIDEO* SED NIHIL PROMOVES expressit tardos gradus ancillae ambulantis: 'motum' inquit 'corporis uideo, sed itineris nulla pro-
915 gressio est'. — **6** *AC MEMORITER ut non cum difficultate*
919 *cognoscat, sed praesenti memoria uniuersa colligat.* — **10** VIDE VT OTIOSVS* *IT attende* inquit, ⟨*ut*⟩ *Parmeno securus*
920 ambulat et otiosus. — **11** SPERO ME HABERE *QVI HVNC* ⟨*MEO EXCRVCIEM*⟩ *MODO* credo iam me repperisse consilium, quemadmodum istum tormentis afficiam *et cruciem pro*
921 *mea uoluntate.* — **12** *IBO INTRO DE COGNITIONE VT CERTVM SCIAM pergam intro, ut cognoscam, an puella cognoscatur.*

α* [15] id est securus.

4.

923 **1** REVISO QVIDNAM *CHAEREA HIC RERVM GERAT* haec scaena allocutionem tenet serui gloriantis, quod consilio ⟨suo⟩ tantum beneficium dederit, uti amorem ei difficillimum explicauerit. *et haec ergo gloriae est exultatio,* eiusque par-

4 sis] sic *FG* ‖ 5 quam *1. G*, quod *rell.* | patiatur *LFPS* ‖ 6 et *1. om. G* α (*recte?*) ‖ 8 ⟨id est⟩ antecede α | sequar *G*, (*ex* -or *corr. m. 1*) *L* ‖ 10 retinet *L* (cont- *? cf. V 5, 1*; *al.*) ‖ 13 ⟨uel⟩ expressit *L* | gressus *FS* ‖ 14 motum *B'*, -dum *rell.* ‖ 16 agnoscat *G* ‖ 17 IT] sit *codd.* | ut *add. Lindenbr.* ‖ 20 tormentis istum α ‖ 26 gloriae *W.*: -ria *codd.* | exaltatio L^1 | eiusque] cuius α

926 tes enumerat **4** *QVOD EI AMOREM DIFFICILLIMVM ET CARISSIMVM
A MERETRICE AVARA VIRGINEM QVAM AMABAT EAM CONFECI SINE
MOLESTIA SINE SVMPTV SINE DISPENDIO.* *sed haec quasi parua
dicit:* illud maxime prouidisse gloriatur, quemadmodum
adulescens *iam* meretricum ingenia et mores cognosceret,
924 uti, cum cognouisset, semper odisset. — **2** *QVOD SI ASTV REM
TRACTAVIT quod* ⟨*si*⟩ *ipse per astutiam et calliditatem per-*
930 *fecit rem.* — **8** ID VERO *EST MIHI QVOD EGO PVTO PALMA-
RIVM hoc est*: quod ego arbitror mihi esse gloriosum, ibi
936 palmam debere summam.* — **14** LIGVRRIVNT iam supra
(*II 2, 4*) dixi: leuiter cibos tangunt. cui contrarium ab-
939 ligurrire, quod significat absumere. — **17** QVO PACTO *EX
IVRE HESTERNO* expressit meretricum sordes, *quas in domo
habent,* siquidem praeter cetera et ius dixit hesternum*,
uel quod ab amatore tulerint aut in domo fuerit ac reman-
942 *serit, quod foris cenauerint.* — **20** *VT NE IMPVNE IN NOS*
943 *ILLVSERIS ne sine poena nobis iniuriam feceris.* — **21** PRO
DEVM FIDEM *FACINVS FOEDVM* dum egreditur Pythias, fingit
adulescentem Chaeream intus captum et pro moecho deprehen-
sum *poenam ex consuetudine passurum,* quo facilius Parmeno
946 terreatur. — **24** *QVAE FVTVRA DICVNT* EXEMPLA *IN EVM IN-
DIGNA* e x e m p l u m significat grauem poenam, scilicet quae
ceteris possit esse exemplum. nam ipse post (*V 6, 21*)
951 sic dicit 'uterque in te exempla edent.' — **29** VIRGINEM ISTAM
THAIDI QVAE HODIE DONO DATA EST SCIS ISTAM CIVEM ESSE
uti uitiatori crimen increscat, dicit uirginem esse ciuem
et eius fratrem adulescentem esse nobilem, qui *ad uin-*

α*[10] nam idem est palmarium quod palma (*cf. Schlee*).
*[14] quod significat aquam pinguem (*hic desinit B'*).

1 EI *om. LG* ‖ 4 quemadmodum] ut α ‖ 5 et mores] moresque α ‖ 6 uti *L*, ut *rell.* ‖ 7 si *add. W.* | perficiet *codd.* ‖ 8 EST *om. L* ‖ 10 summam] sumi α | iam] ut α ‖ 11 alligurrire α ‖ 15 retulerint*?* ‖ 17 PRO] *nova scaena incipit in F* ‖ 20 poenas *FG* ‖ 22 significat] dicit α ‖ 23 esse possit *G* α | ⟨ad⟩ exemplum α | ipse — dicit (-xit *L G*)] alias dixit α ‖ 24 exempla in te *F* | dent *LG* ‖ 25 hodie quae *G* ‖ 26 ut α ‖ 27 esse (et α) nobilem *ante* eius *codd.*; et nobilem *post* adul- *repet.* α | ad uindictam qui *codd.*, *transp. W.*

dictam scilicet facile possit *propter adulescentiam* consur-
gere *et propter nobilitatem et quod in iracundia habet sine*
timore complere. praeterea est, ut dixit, et uiolentissimus
57 *frater, uti et a moribus iam poena cumuletur.* — **35** *NVNC*
MINITATVR ID QVOD MOECHIS SOLET hic intelligimus quae-
dam in moechos esse supplicia* *uel ad crudelitatem uel ad*
turpitudinem. haec Pythias reticet *ac nescire se dicit.* —
59 **37** *QVID TANTVM hoc est: quantum est istuc facinus.* —
60 **38** QVIS HOMO PRO MOECHO *VMQVAM VIDIT IN DOMO MERE-*
TRICIA DEPREHENDI QVEMQVAM et supra (*II 3, 91*) isto con-
silio usi sunt, ut impunitatis spem *sibi* in domo meretricis
pollicerentur. *ita et nunc arguit Parmeno, quod pro moecho*
62 *in domo deprehensus sit meretricia adulescens.* — **40** DICO
EDICO *VOBIS NOSTRVM ESSE ILLVM ERILEM FILIVM* uti ira-
cundiam *uel meretrix uel quilibet ille* temperare possit,
maluit qui ille adulescens sit confiteri, *ut propter nobili-*
63 *tatem non in eum aliquid constituatur.* — **41** NE QVAM IN
ILLVM THAIS *VIM FIERI SINAT* bene adiecit 'Thais': *ne fieri*
sinat aliquam uim illa Thais, quae amatorem habet eius
64 fratrem. — **42** *ATQVE ADEO* CVR NON EGOMET *INTRO EO*
credit iam se domino posse succurrere; uerum quoniam
Pythias mentitur, metuit *uehementer,* ne ingressus aliud
inueniat Parmeno, *quam ipsa narrauit.* ideo obsistit et
prohibet ⟨et⟩ *eundem* terret, *ne ingredi uellet,* quod *omnes*
illi potius irascuntur, quod *iam* credunt ipsius consilio
967 *esse* cuncta perfecta. — **45** ECCE AVTEM VIDEO *RVRE RED-*
EVNTEM SENEM pater Phaedriae et Chaereae nunc rure ad-
uenit. et supponit deliberatiuae speciem, utrum indicet do-
mino an non. ut oportuit, celeri consultatione quid facien-

α * [6] uel spadari uel aliud quidlibet.

3 implere *G* | est — uiolentissimus] dixit esse uiolentissimum α ‖ 4 frater *om. F* | amoribus *codd.* ‖ 7 se *om. L* ‖ 8 istud *FG* ‖ 15 posset α *F* ‖ 19 bene — Thais *om. G* ‖ 19 eius fratrem habet amatorem α ‖ 21 ⟨et⟩ iam *F*, iam ⟨et⟩ *G* ‖ 23 parmeno aliud inueniat α ‖ 24 et *add. W.* | omnes *om. L* ‖ 28 supponit] *sc.* Parmeno

dum esset elegit dicens necessitatem esse dicendi. ita et honestum et utile semper uincitur, si modo necessitas sit, sub qua aliter quam cogitur fieri non potest.

5.

971 **1** EX MEO PROPINQVO RVRE *HOC CAPIO COMMODI* haec scaena narrationem continet, quemadmodum filius eius in domo meretricis pro eunucho captus sit, simul cum defensione *et* adulescentis, qui captus est, et ipsius, qui narrat, ne uideatur *ipse* suis ad periculum consiliis dominum impulisse. — EX MEO *PROPINQVO RVRE HOC CAPIO COMMODI* ex agro uicino solo *mihi commoda ista sunt, hoc est quod numquam aut urbis satietatem aut uillae capio: cum primum enim satietas esse coeperit, loci commutatione mu-*
975 *tatur.* — **5** QVEM PRAESTOLARE *PARMENO HIC ANTE OSTIVM quem expectas? sed* notandum, quod hic per accusatiuum protulit 'quem praestolare, *Parmeno?*', at uero Cicero (*in Catil. I 9, 24*) per datiuum 'qui tibi ad forum Aurelium
979 praestolarentur armati'. — **9** *ERE* PRIMVM TE ARBITRARI *ID QVOD RES EST VELIM QVICQVID HVIVS FACTVM EST CVLPA NON FACTVM EST MEA* antequam crimen uel admissum aliquod facinus narraret, prius uoluit quod factum esset a se remouere, *quod factum sit, sua culpa non factum.* 'ne me' inquit 'spectes' (*v. 18*), hoc est: non de me esse credas. sed hoc stulte factum: nisi *enim* crimen uel facinus *ipsum* dixisset, purgare non debuit personam suam. ideo senex interrogat, quid factum sit, et Parmeno RECTE inquit OPORTVIT REM PRAENARRASSE ME hoc est: crimen, quod est admissum, prius oportuit dicere et sic adhiberi in

5 eius] senis *Zeune* ‖ 6 sit *om. L* ‖ 7 et *1. om. G* | ipsius] eius *α* ‖ 8 ad periculum suis *α* ‖ 10 ⟨id est⟩ ex solo ⟨et⟩ uicino agro *α*; ex agro uicino *post* sunt *β* | ista *W.*: ita *codd.* ‖ 12 enim *om. G* ‖ 14 set *L*, et *F* ‖ 17 TE *om. L* | arbitrare *L* ‖ 19 EST *om. L* ‖ 20 esset] est *G* ‖ 21 ne — 22 credas *fort. del.* ‖ 26 ⟨ante me⟩ hoc *L* ‖ 27 est] esse *L*, esset (est *F*) *post* admissum *FG*

982 omnibus purgationem. — **12** EMIT QVENDAM PHAEDRIA EV-
NVCHVM cum Aethiopissa simul empta sit, tantum de eunucho
narrat, quia et ipse pertinet ad causam et ne dominum
986 in muneribus onerare uideatur. — **16** HEM IAM SCIT ILLE
QVID MERETRIX SIET AN IN ASTV VENIT ALIVD EX ALIO
MALVM licet breuiter supra Parmeno utrumque narrauerit,
uel ipsum emisse meretrici uel Chaeream amare coepisse,
tamen utriusque calamitatis sensu senex grauiter indignatus
conqueritur 'scit iam ille quid meretrix siet?' ita non adu-
lescenti crimen instituit quod uir sit, sed quod scit quid
meretrix siet. 'an quia quodam astu et quadam calliditate
mala haec mihi ingeminata sunt, ut aliud malum mihi
ex alio nasceretur?' ex malo enim comparati eunuchi aliud
malum est, quod minor filius coeperit amare meretricem.
988 — **18** ERE NE ME SPECTES ME IMPVLSORE HAEC NON FACIT
narrata causa redit ad defensionem suam, quam supra
992 dimiserat. — **22** HVNC PRO MOECHO POSTEA COMPREHEN-
DERVNT INTVS bene ita 'pro moecho' dixit, quia in domo
993 meretricis moechi crimen est nullum. — **23** ET CONSTRIN-
994 XERVNT hoc est uinculis alligarunt. — **24** AVDACIAM ME-
RETRICVM SPECTA iam seruus meretrices accusare coeperat
et audaces dicere, ut exinde a crimine suo per accusa-
tionem auocet dominum. — NVM QVID EST ALIVD MALI
DAMNIVE QVOD NON DIXERIS 'mali' pertinet ad hoc, quod
Chaerea pro moecho intus est deprehensus et ligatus,
'damni' ad illud, quod est a Phaedria emptus eunuchus.*

α*[26] Iussus Laches a Parmenone ingredi in domum Thaidis, ubi putabat filium suum uinctum teneri, sicut ei men-

1 phedria quendam α ‖ 2 aethiopia *LG* | simul sit empta *F*, et *LG*, *om.* α | tantun⟨dem⟩ α, tamen *G* ‖ 3 quia *F*, qui *rell.* | et *2. om.* *G* ‖ 9 sciat *L*, sciạt *P* | ille iam α | adulescente *codd., corr. Lindenbr.* ‖ 10 quid *F*, qꝛ *rell.* ‖ 13 ex ⟨alio⟩ enim malo α ‖ 16 narrata *W.*: -tio *codd.* (*cf. p. 130, 16*) ‖ 17 COMPR — INTVS] conprehenderint *L* ‖ 18 ita⟨que⟩ α ‖ 23 ạduocet *P*, uocet *L*, reuocet *F*, prouocet *G* ‖ 24 ⟨quod dicit⟩ mali α | quod chereas α, quẹdā ad chereā *LG*, quod est a cherea *F* ‖ 25 ⟨et hoc⟩ pro β

α tita fuerat Pythias, inuenit eum pacatissime sedentem cum Thaide. sed eis intulit magnum risum pulsans prae dolore filii et cursu utpote senex miroque modo derisus est a Pythia. unde ipsa glorians tali modo quia derisisset (-ent *VS*) illos, coepit gaudens dicere (*haec pertinent ad V 6, 1, cf. Schlee p. 111, Bruns I p. 255, Mai p. 42*).

6.

1002 **1** NVMQVAM EDEPOL QVICQAM IAM DIV [OPTANDVM] QVOD MAGIS VELLEM EVENIRE MIHI EVENIT QVAM QVOD MODO haec scaena continet insultationem, quod, cum ingressus esset senex quasi timidus ac sollicitus de filii poena, inuenerit filium suum indutum ueste eunuchi: quod se Pythias per dolum fecisse laudat, ut Parmeno deciperetur ac metu territus domino indicaret, quod celare debuerat. pulchre autem factum, quod metu quodam compulsus senex ingressus est domum meretricis, ut filio subueniret. et sic, dum illic Chremes est adulescens, frater uitiatae uirginis, illic et adulescentis Chaereae promissio ad nuptias
1012 completur. — **11** QVID ILICONE TE CREDERE OPORTVIT EA QVAE DIXI accusat Parmenonem stultitiae, primum quod crediderit ea, quae sibi et ab ancilla *et ab* irata dicerentur, deinde quod ea, quae celare debuerat, indicauerit
1013 domino. — **12** AN PAENITEBAT FLAGITII TE AVCTORE QVOD FECISSET ADVLESCENS an, inquit, te paenitebat eius flagitii, quod factum esset ab adulescente, ⟨***⟩ indicare patri et
1015 prodere, quo eius facinus publicaretur? — **14** NAM QVID ILLI CREDIS ANIMI TVM FVISSE qualem, inquit, credis adulescenti fuisse animum *eo* tempore, quo se uisum uidit a patre,
1018 quod eunuchi ueste esset indutus? — **17** ITANE LEPIDVM TIBI VISVM EST NOS IRRIDERE *SCELVS* hoc est 'tu scelus' id est scelerata: sic enim res ipsa ponitur pro persona,

1 OPTANDVM *non est Ter.* ‖ 6 uti *FG* ‖ 7 indicaret domino α ‖ 12 credere ea quae dixi oportuit te α (= *Ter.*) ‖ 14 crediderit *W.*: credit *codd.* ‖ 18 factum esset *om. L* | *lac. sign. Lindenbr.*; *fort. suppl.* nisi posses etiam ‖ 20 TVM] misero cum β, tum illi misero α | adulescentis α ‖ 22 esset] sit α ‖ 23 tui scelus *LF*

ut Sallustius (*Catil. 14, 1*) 'ad hoc facinorum circum se
20 tamquam stipatorum cateruas habebat'. — **19** IN DIEM ISTVC
PARMENO EST FORTASSE QVOD MINARE uideris quid mihi
miniteris: meum supplicium adhuc imminet et impendet
21 et interim punieris. — **20** QVI STVLTVM ADVLESCENTVLVM
NOBILITAS FLAGITIIS hoc est: peccatis notum omnibus red-
dis ET EVNDEM INDICAS. — VTERQVE EXEMPLA IN TE EDENT*
adulescens, qui nobilitatus est flagitiis, et pater, cui hoc
est te indicante proditum, edent in te exempla, hoc est
24 poenas tibi imponent. — **23** EGOMET MEO INDICIO MISER
QVASI SOREX HODIE PERII quietus enim dum semper est
sorex, uel uoce uel strepitu se prodit et indicat, quo fa-
cilius capi possit.

α * [7] id est component. exemplum dixit pro tormento.

7.

25 **1** QVID NVNC QVA SPE AVT QVO CONSILIO HVC IMVS
inducitur in hac scaena miles Thraso ad Thaidem reuerti
uelle, ut recipiatur a meretrice, quoniam se intelligit ex-
clusum. eius autem posterior uis est, quamquam hoc
dissuadet ei parasitus, sed quoniam colax est, dat consen-
27 sum. — **3** QVI MINVS QVAM HERCVLES SERVIVIT OMPHALAE
Omphalam dicitur Hercules uehementer amasse ita, ut
muliebri *ipse* indutus habitu opera quoque feminea fa-
ceret et habitum suum amicae eidem daret. ergo miles,
quoniam se seruiturum esse meretrici dicere uolebat, ne
turpitudinem, quod miles esset et meretrici seruiret, subire

1 sallustius ⟨in iugurtino⟩ *α* ‖ 3 EST *om. L G* | minitare *F α* ‖ 5 interim *F*, iterum *rell.* | puniris *L G P*[1] (*recte?*) ‖ 9 te indicante (*hic desinit cod. L*)] indicatum id est *α* | exempla] tormenta *α* ‖ 11 semper] super *α* ‖ 17 meretrice] Thaide *α* | exclusum ⟨esse⟩ *α* ‖ 19 ei *om. F S V* ‖ 21 amasse uehementer *α* ‖ 22 indutus muliebri *α* | ipse *om. F* | femine *β* ‖ 25 meretrici seruiret *W.*: uiret (*ol. sscr.*) meretrici se (seruire uel *G*, *om. F*) *codd.* | subicere *P*[2] *V S*

uideretur, exemplum ab Hercule suscepit. ita enim gloriosi faciunt, ut peccent et peccati tunc se habere profiteantur
1028 tur exempla. — **4** VTINAM TIBI COMMITIGARI VIDEAM SANDALIO CAPVT* utinam tibi comminui et percuti uideam caput, ut uere seruire uidearis. hoc quidem paululum summissiore uoce parasitus dixit.

α * [4] **s a n d a l i u m** neutro genere genus calciamenti est.

8.

1031 **1** O POPVLARES ECQVIS ME VIVIT HODIE FORTVNATIOR exultationem haec scaena habet, quod Chaerea consilium suum complere potuerit. est ergo hic allocutio gaudentis. laudat autem Parmenonem, se atque fortunam: Parmenonem, quod consilium dederit, se, quod aggressus sit, fortunam, quod cuncta compleuerit. mox ea, quae intus acta sunt, narrat et sibi esse sponsam et illam cognitam ciuem et meretricem tantum fratri esse Phaedriae et militem
1040 exclusum. idcirco Parmeno adiecit **10** FRATRIS IGITVR THAIS TOTA EST. hoc cum miles audisset, uehementer in amoris flammas incensus deliberat, quid facere debeat. sumit consilium, ut hos roget. ac primum allocutio. rursus interponitur Phaedria, qui exultationem gaudii sui exprimit et de suis facultatibus gaudet gratiasque agit patri, quod festiue et iocunde interueniens cuncta compleuerit.

1049 **19** DI VESTRAM FIDEM INCREDIBILIA PARMENO MODO QVAE NARRAVIT ingressus Parmeno Phaedriae narrauit uniuersa, quae dixerat frater. ita cum fratrem continuo uidisset, nihil aliud dixit quam gaudium et laetitiam habere se, ⟨quod⟩ dicens iam ostendit se cuncta a Parmenone

2 peccandi *α* ‖ 7 et quis *codd.* | hodie uiuit *α* ‖ 8 ⟨in⟩ hac scaena *codd., corr. Lindenbr.* ‖ 12 quod *W.*: quae *codd.* ‖ 17 deliberat *om. F* ‖ 18 ac *F*, ad *rell.* ‖ 19 qui] quod *G*, quam *F* ‖ 20 patri *om. F* ‖ 22 DI] *novae scaenae initium in codd.* ‖ 25 frater *om. F* | fratrem *F*, -ter *rell.* ‖ 27 quod *add. W.* | se *2. om. F*

1051 cognouisse. — **21** NIHIL EST THAIDE HAC FRATER TVA
DIGNIVS QVOD AMETVR melius nihil, quod amari possit. —
1053 **23** TV MIHI ILLAM LAVDAS utique cum scias me amatorem,
quodammodo superuacuum est, mihi illam quod laudas. —
PERII QVANTO MINVS SPEI EST TANTO MAGIS AMO amorem
etiam concitari manifestum est et rursus, ut hic Terentius
dixit, desperatione incendi. uerum illa desperationis quadam spe, †ducatur quod peruenire possit, amor minus incenditur. denique hic miles, quoniam recipi se in partem sperat,
idcirco 'quanto minus spei est' inquit 'tanto magis amo'. —
1054 **24** PERFICE HOC PRECIBVS PRETIO hic persuadet †Parmenoni,
uti, quocumque pacto hoc compleatur, ad meretricem pos-
1056 sit admitti. — **26** SI QVID COLLIBITVM EST NOVI TE ironia
est 'si quid collibitum est.' — DONVM PRAEMIVM A ME OPTATO ID OPTATVM FERES 'noui te: hoc si feceris, quod uis
donum praemio' — d o n a scilicet sunt, quae ultra meritum sunt; p r a e m i u m uero est, quod quasi ob meritum
datur —, 'hoc' inquit 'a me poscito: id cum optaueris,
accipies'. proprium enim uerbum est, ut 'optet praemium
1058 uir fortis quod uolet'. — **28** SI EFFICIO HOC POSTVLO
uaria distinctio: quidam enim sic distingunt 'si efficio
hoc', ut postea subiungant 'postulo'. — VT MIHI TVA DOMVS TE PRAESENTE ABSENTE PATEAT parasitus nihil aliud
desiderat praemii loco nisi ut sibi cibus suppeditari possit et, siue praesens miles siue absens sit, numquam uo-
1060 catus, semper tamen ad cenam ueniat. — **30** DO FIDEM FVTVRVM futurum hoc esse iam fidem promitto et spondeo [ut
(*Verg. Aen. XI 230*) 'pacem Troiano ab rege petendum'].

1 cognosse *β* ‖ 3 MIHI] thaidem *codd.* (*gloss. ad* ILLAM) ‖ 4 quod *om. F* ‖ 8 ducatur quod p. p.] cum datur quoad p. p. *?* ‖ 9 hic *Zeune*: hoc *codd.* | recepisse *codd.*, *corr. Lindenbr.* ‖ 11 Parmenoni] *immo* Gnathoni | ut *α* | ⟨et⟩ ad *G* ‖ 13 collibuit *FP*[1] | nouiteronia *G*, nouit (*om. F*) yronia *Fα* ‖ 14 siquid] quicquid *codd.* ‖ 15 si hoc *α* | effeceris *F* ‖ 16 dona — quae *W.* (*duce Schoellio*): donasse atque *codd.* ‖ 17 sunt ⟨dona⟩ *α* ‖ 21 sic ⟨dicunt sic⟩ *codd.* ‖ 22 hoc] huic *codd.* ‖ 24 cibus *Lindenbr.*: -os *codd.* ‖ 27 ut — petendum *secl. W.* (*interpolator* fidem futurum *comparavit cum* pacem petendum)

1063 — **33** SCIN QVAM FRETVS si praesumis, inquit, de nobis,
praedico, ut scias istam nos habere sententiam, quod, si
te in hac platea aliquando inuenerimus, ita accipieris, ut
numquam tibi subuenire possit ista defensio, quod alium
1066 quaerebas aut iter quod hac te habere dicas. — **36** NON
COGNOSCO VESTRVM TAM SVPERBVM hoc, quod respondistis
tam superbum, uestrum esse non cognosco nec credo. —
1067 **37** PRIVS AVDITE PAVCIS haec deliberatiuae species est,
uti deliberet Phaedria, ⟨an⟩ riualem in partem meretricis
recipiat. est ergo principium ab utili collocatum, cum dixit
1069 SI PLACVERIT FACITOTE. — **39** PRINCIPIO EGO VOS AMBOS
CREDERE HOC MIHI VEHEMENTER VOLO in hoc principio rursus
Gnatho, quoniam scit odiosum militem, interponit se ⟨et
quod facit suae⟩ utilitatis causa facere confitetur. uerum ne
sibi consulere intelligatur tantum, cum utique alienus sit qui
1071 cupiat persuadere, adiecit **41** VERVM SI IDEM VOBIS PRODEST
VOS NON *ID* FACERE INSCITIA EST, ita persuasurus ⟨suam⟩
utilitatem aliorum dixit se hoc quod facit facere utilitate,
ut rei appetendae quodammodo se esse dixerit exemplum.
1072 deinde apponit ipsius sententiae propositionem **42** MILITEM
EGO RIVALEM RECIPIENDVM CENSEO. primum hoc delibera-
tiuae est, ut *ipse,* qui suadet, aliquam sententiam dicat,
quemadmodum in Philippicis (*cf. Cic. Phil. VIII 33; IX 15*)
1073 'quare ita censeo' *et in Sallustio* (*Catil. 52, 36*). — **43** CO-
GITA MODO TV HERCLE CVM ILLA PHAEDRIA post sententiae
propositionem subnectit ea, quae utilia sunt Phaedriae, ut
libenter cum meretrice uiuat et libenter capiat uictum:
ipsum quidem non plurima dare, Thaidem contra plurima

3 ita ⟨ut⟩ β; *fort.* ita tu | acceperis *codd., corr. Lindenbr.* || 6 respondisti *Fα* || 7 tam] est *a* | ⟨nam⟩ uestrum *α* | non credo nec cognosco *G*, (*in mg.* aliter *add.*) *F* || 8 haec] hoc *α* || deliberatiuae *Lindenbr.*: -ua *codd.* || 9 deliberet *F,* -rat *rell.* | an *add. Lindenbr.*; ut *post* riualem *α* || 13 Gnatho *Lindenbr. pro* quod facio (-iat *F*) *codd., quod infra inser. W.* | interponi *α* | et *add. W.*, suae *Schoell* || 16 capiat *Fα* || 17 suam *add. W.* || 18 utilitate (inut- *α*) malum (-li *G α*) dixit (ind- *G*) *codd., corr. W.* || 19 quodammodo *om. F* || 21 ergo *codd.* | deliberatiuae *W.*: -ua *β,* -uum *α* || 28 dare *om. F*

uelle accipere; esse autem optimum, qui dare possit, hunc
077 solum militem. — **47** NEC MAGIS EX VSV TVO hoc est:
nec est aliquis, qui magis sit ex tua utilitate, quod habet
quod det et largius nemo dat. sed hic incidit quaestio
079 'forte datorem amare meretrix incipiat'. subiunxit **49** FA-
TVVS EST INSVLSVS TARDVS STERTIT NOCTES ET DIES NEQVE
ISTVM METVAS NE AMET MVLIER FACILE PELLAS VBI VELIS
ita omni genere aptus est miles, uel ut dona det uel ut
081 facile contemni possit. — **51** PRAETEREA HOC ETIAM QVOD
EGO VEL PRIMVM PVTO post tanta quae supra narrauerat
commoda adiungit, quod etiam sibi maxime necessarium
est, quod nemo melius accipiat quam miles. 'accipit' autem
pascit, quod Virgilius (*Aen. III 353*) 'illos porticibus rex
083 accipiebat in amplis'. — **53** MIRVM NI ILLOC HOMINE QVOQVO
PACTO OPVS EST siue quoniam nemo melius pascit neque
prolixius, id est abundantius, siue quoniam multa dona
meretrici donare potest, quocumque ⟨modo⟩ hic homo est
084 necessarius. — **54** VT ME IN VESTRVM GREGEM RECIPIATIS
etiam de se persuadere uoluit, ut non excludatur, sed pa-
riter cum his possit uiuere et iam horum auxilio uti. —
085 **55** SATIS DIV IAM HOC SAXVM VERSO olim cum isto milite
laboro. quem militem ob stultitiam 'saxum' appellauit, ut
(*Verg. Aen. VI 471*) 'quam si dura silex aut stet Marpesia
cautes': ubicumque enim est quaedam stupiditas, silici com-
1093 paratur. — **63** DIXIN EGO IN HOC INESSE VOBIS ATTICAM
ELOQVENTIAM quidam intelligunt hoc uersu de Terentio
dici, qui ita comoediam scribit, ut in se habeat eloquen-
tiam Atticam, hoc est Menandri eloquentiam, qui fuit

3 quod] quia *G* ‖ 4 hec *G*, *om. FVS* | indicit *codd. praeter G* ‖ 5 ⟨ut⟩ incipiat meretrtx *α* | subiungit *F* ‖ 8 ita *W.*: ista *codd.* | aptus est *Lindenbr.*: aptasse *codd.* ‖ 10 tanta] ea *VS* | commoda narrauerat *codd.* ‖ 15 quoniam] quam *G*, quia *rell.* ‖ 16 quoniam] quam *G* ‖ 17 quocumque modo *W.*: et quocumque *codd.*; ad quaec- *Lindenbr.* ‖ 18 VT] cum *α* ‖ 20 uti *om. β* ‖ 21 hoc iam *G*, iam *VS* | VERSO] uoluo *G* ‖ 22 ob *F*, *om. rell.* | saxum] *** *P*, *om. VS* ‖ 24 cautex *α* ‖ 25 uobis inesse *G* | hunc uersum *G* ‖ 27 qui ita *Goetz-Schoell*: quia et *F*, qui etiam *G*, qui et a *α* | comedia *α* | atticam eloquentiam *α* ‖ 28 eloquen-

Atticus; quidam de milite, ut per ironiam dictum sit; uel
certe qui ad praesentem militem, ut credat se esse lau-
datum, ʻdixi ego quod miles habeat in se eloquentiam
Atticorum', siquidem et modo adiunxerit, quod dixit (*v. 62*)
ʻnumquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent
plurimum'. ita usque ad extremum melius persona seruata
est militis gloriosi ⟨et⟩ oratio, ut *ab* illis se diceret di-
1094 ligi. — **64** NIHIL PRAETER PROMISSVM EST omnia, quae
dixisti, inuenimus in milite. an: omnia, quae promisimus
tibi, implebuntur et nihil est uel erit praeter id quod
diximus?

tiam ⟨siue elegantiam⟩ *F, om. G* ‖ 2 qui *etc.*] *fort.* ⟨sunt⟩ qui ... ⟨putent dictum⟩ ʻdixi *etc.* ‖ 3 ergo *codd.* ‖ 4 et ⟨ille⟩*?* | dixerit *β* ‖ 5 amarint *α* ‖ 7 et oratio *W.*: exaltatio *G*, oratio *rell.* ‖ 8 praetermissum *β* | EST *om. F* ‖ 9 an] et *G*

EVGRAPHI
COMMENTVM HEAVTON TIMORVMENV

Rec. β { *L* = cod. Leid. Voss. lat. Q. 34 s. X: III 2, 13 — fin.
A = cod. Ambros. H 75 inf. s. XI: prol.
F = cod. Laudun. H 67 s. XV.
G = cod. Sangall. 860 s. XV. }

Rec. α { *B* = cod. Vatic. Basil. 19 H s. X comm. prius: prol.
B′ = „ „ „ „ „ „ „ posterius: II 2, 1—III 1, 77.
V = cod. Leid. Voss. lat. Q. 36 s. X.
S = cod. Paris. lat. 16235 s. X.
P = cod. Paris. lat. 7520 s. XI: — IV 1, 19. }

β = consensus codicum *LAFG* } aut omnium aut eorum qui
α = „ „ *BB′VSP* } exstant.

Lindenbr. = editio Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623.
Westerh. = „ A. H. Westerhovii Hag. 1726.
Zeune = „ I. C. Zeunii Lips. 1774.
Klotz = „ R. Klotzii Lips. 1838.

Bruns = scholia et glossae (rec.) cod. Halensis in edit. Ter. Hal. 1811.
Schlee = scholia (et glossae rec.) Terent. coll. et disp. Fr. Schlee Lips. 1893.

W. = Wessner.
* * * * *lacuna.*

Litteris inclinatis indicavi quae in sola rec. β exstant.

HEAVTON TIMORVMENOS

PROLOGVS

Omnes hae comoediae de Graeco translatae sunt, a Menandro quidem quattuor, duae ab Apollodoro: Heautontimorumenon Menandri esse manifestum est. cuius prologus partitionem tenet, in qua ⟨uult, antequam⟩ docet quid in quaestione sit, id ipsum, ne populus miraretur, dissoluere.

1 **1** NE CVI SIT VESTRVM MIRVM CVR PARTES SENI POETA DEDERIT QVAE SVNT ADVLESCENTIVM duas partes proponit: unam, quod contra consuetudinem senex prologus processit in publicum; solet enim istud officium semper adulescentibus dari. ergo quoniam contra consuetudinem in prologi persona processit senex, idcirco hanc primo populo uult soluere
3 quaestionem. — **3** DEINDE QVOD VENI ELOQVAR altera haec pars est. simile autem mihi uidetur huic esse principium diuinationis; namque et illic *(Cicero, divin. in Caec. 1, 1)*, quod 'subito mutata uoluntate ad accusandum descenderat', mirum dixit uideri uel iudicibus uel circumstantibus ac propterea se primum id uelle dissoluere: 'si quis uestrum, iudices, aut eorum qui adsunt forte miratur'. uides hoc uerbum m i r a r i semper apponi: ita enim et hic dixit 'ne cui sit uestrum mirum'. hanc igitur partitionem soluit,

1 ⟨Ne cui sit uestrum mirum⟩ Omnes *F* ‖ 2 ab ollodoro *PB*¹, ab aboll- *VS* | HΔOYTO>-TOY><ωPOY><H>-O>- *V*, (///ΔOYT-) *S* ‖ 3 esse manifestum^{est} *P*, esse est *VS*, est *B*, manifestum est *F* ‖ 4 uult antequam *add. Schoell* (*cf. infra*) | quod in quaestionem *F α* ‖ 5 miretur *F* ‖ 7 adulescentum *PVS* ‖ 9 semper *AG*, *om. rell.* ‖ 10 in *om. F* | prologi *F*, -um *rell.* ‖ 11 primo *F*, -am *rell.* ‖ 19 mirari] nouerit *F α* ‖ 20 soluit *om. A*

uti dicat 'cur partes seni poeta dederit, quae sunt adules-
11 centium'. quod primo proposuerat, primo soluit **11** ORA-
TOREM ME ESSE VOLVIT NON PROLOGVM *VESTRVM* IVDICIVM
FECIT ME ACTOREM DEDIT. quod autem dixit 'quod ueni,
16 eloquar', illud est **16** NAM QVOD RVMORES DISTVLERVNT
MALIVOLI MVLTAS CONTAMINASSE GRAECAS DVM FACIT PAV-
CAS LATINAS ID ESSE FACTVM HIC NON NEGAT. ergo ut
propositio collocata est, ita est etiam soluentis ordo ser-
uatus. sed nunc ad interpretationem superiorum reuer-
tamur.
4 **4** EX INTEGRA GRAECA INTEGRAM COMOEDIAM HODIE
SVM ACTVRVS quoniam Andria e duabus comoediis uidetur
esse confecta, quippe illic et Perinthia et Andria conti-
nentur, quod quidem criminis loco aduersarius dederat,
ideo hic 'ex integra' inquit 'comoedia integram comoe-
diam acturus sum', ne uideatur ab aliquo tacta aut ipse
alteram tetigisse, sed unam comoediam et integram ad
Latinum sermonem interpretatione mutasse. denique ideo
6 adiecit **6** DVPLEX QVAE EX ARGVMENTO FACTA EST SIMPLICI,
ut simplex argumentum sit duplex, dum et Latina eadem
7 et Graeca est. — **7** NOVAM ESSE OSTENDI propterea, quia
a Graeco tantum dicta est et a Latino non tacta est,
⟨sed⟩ nunc primum in scaenam procedit, idcirco dicitur
'noua'. ET QVAE ESSET supra enim dixit *(v. 5)* HEAVTON
8 TIMORVMENON. — **8** ET CVIA GRAECA SIT NI PARTEM MA-
XIMAM EXISTIMAREM SCIRE VESTRVM ID DICEREM duplex hic
pronuntiatio est: 'qui scripserit et cuia Graeca sit, ni
partem maximam existimarem scire id', ut post inferatur
10 **10** NVNC QVAMOBREM HAS PARTES DIDICERIM PAVCIS DABO.
illud, quod supra positum est, uidetur adiectum; nunc

2 primo *1.*] prius *F* ‖ 4 auctorem *ABVS* ‖ 5 rumoris *FP*¹ ‖ 7 esse id *G* ‖ 8 solutionis *Lindenbr.* (*recte?*) ‖ 12 Andria e (ex *Lindenbr.*)] andrię *A*, -dria a *BVS*, -dria *FGP* ‖ 18 interpretationē *α* ‖ 20 duplex ⟨comoedia⟩ *Lindenbr.* ‖ 21 et *F*, *om. rell.* | ostendit *α* | quia] quoniam *F*, cum *α* ‖ 22 a *2. om. α* | nunc acta *P*, non acta *BV*, nacta *S* | est sed *W.* ‖ 24 esset ⟨nunc⟩ *F* (*cf. supra*) | enim *AF*, est *P*, *om. rell.* ‖ 28 scire ⟨ur̄m⟩ *F* | id] dicerem *add. G*, facerem *add. F*

redit ad partitionem supra collocatam, cur partes adules-
11 centium senex sumpserit **11** ORATOREM ME ESSE VOLVIT NON PROLOGVM uti apud uos agerem causam potius, non officio fungerer prologorum: prologi enim, sicuti iam dictum est (*Andr. prol. in.*), aut argumentum narrant aut poetae personam commendant aut audientiam postulant. nunc autem ego apud uos acturus sum causam et defendam, si quid fuerit forte in Terentium ab aduersario loco
12 criminis intentatum. ideo enim dixit **12** VOSTRVM IVDICIVM FECIT ME ACTOREM DEDIT SED HIC ACTOR TANTVM POTERIT A FACVNDIA QVANTVM ILLE POTVIT COGITARE COMMODE QVI ORATIONEM HANC SCRIPSIT QVAM DICTVRVS SVM poeta, inquit, me actorem esse uoluit, qui tantum in facundia excellit et praeualet ingenio, quantum et ego, qui eandem comoediam acturus sum, in agendo praeualeo. ita 'hic actor' hoc est ego, 'tantum poterit a facundia'
16 hoc est non degenerabo ab eo, qui cogitauit. — **16** NAM QVOD RVMORES MALIVOLI DISTVLERVNT hic iam incipit causam dicere, cur uenerit, sicut supra diximus, ut purget quaestiones ipsas et obiecta ab aduersariis soluat. 'maliuoli' autem quod dixit, uel numeri pluralis est, ut m a l i u o l i r u m o r e s ipsi ⟨sint⟩, uel singularis, ut sit huius m a l i u o l i, hoc est Luscii Lanuini. 'distulerunt' in di-
17 uersum disseminarunt. — **17** MVLTAS CONTAMINASSE GRAECAS DVM FACIT PAVCAS LATINAS hoc est illud, quod diximus, quando hic praelocutus est, ut diceret 'ex integra Graeca integram comoediam sum acturus hodie'. ita et hic hoc sibi crimen dicit obiectum, quod Terentius multas Graecas contaminauerit comoedias, dum paucas Latinas facit. hoc autem crimen Terentius non negat factum, sed sibi licere demonstrat et licere scilicet per aliorum exempla, quemadmodum Tullius dixit (*divin. in Caecil. 2, 5*) 'adductus sum, iudices, fide misericordia multorum bono-

1 collatam α ‖ 4 enim] est α ‖ 5 est *AFP*, *om. rell.* ‖ 16 potero *codd.* | a] in *F*, *om.* AGP^1 ‖ 19 ⟨iam⟩ supra *F* ‖ 21 numero plurali (-is *P*) α | est (*post* singularis) *F*, *om. rell.* ‖ 22 sint *add. W.* ‖ 23 ⟨id est⟩ in diuersum α, *om. F*

19 rum exemplo': et hic habet bonorum exemplum. — **19** FAC-
22 TVRVM AVTVMAT facturum dicit et profitetur. — **22** NAM
QVOD MALIVOLVS VETVS DICIT aliud rursus crimen est, quod
obiectum nunc proponit, quoniam Luscius Lanuinus dicit
Terentium non peritum artis musicae ad comoedias scri-
bendas accessisse praesumente potius ingenio amicorum,
25 non suo. — **25** ARBITRIVM VESTRVM VESTRA EXISTIMATIO
VALEBIT hoc locutionis genus satis mirum est, cum dicit
'de hac re uos iudicare poteritis, an id, quod obicitur
nobis, uerum sit, ut Terentius non natura sua fretus ne-
que ingenio, sed amicorum potius ad scribendas comoe-
dias accesserit'. namque rumor est, quod Terentius cum
Scipione Africano familiarissimus fuerit et simul istas
comoedias cogitarit. hoc igitur prologus nititur soluere.
et quoniam non est erubescendum tali uiro fuisse con-
iunctum, idcirco minus curat hoc crimen dissoluere: dicit
tantummodo 'uestrum iudicium est et uestra existimatio'.
26 — **26** QVA RE VOS OMNES ORATOS VOLO hic iam sequitur
officium prologi, ut beniuolentiam petat: quae beniuolentia
27 et in aduersarios odium concitat, quod adiecit **27** NE PLVS
INIQVVM POSSIT QVAM AEQVVM ORATIO. — DATE CRESCENDI
COPIAM NOVARVM QVI SPECTANDI FACIVNT COPIAM SINE VI-
TIIS quoniam petitio generaliter fuerat collocata, uti nouis
poetis fauerent auditores, adiecit 'sed qui sine uitiis co-
moedias dant': ⟨nam⟩ et Luscius Lanuinus nouas comoe-
30 dias profert, sed cum uitio. adiecit et **30** NE ILLE PRO SE
DICTVM EXISTIMET ne Luscius Lanuinus etiam pro se pe-
31 titum arbitretur. — **31** QVI NVPER FECIT SERVO CVRRENTI
IN VIA DECESSE POPVLVM proponit uitium, quod admiserat
poeta Luscius Lanuinus, quippe cum omnis comoedia aut

2 NAM] tum *Ter.* || 9 obicietur *A*¹*G* || 12 est *ante* namque *F α* || 13 fu^{er}it *A*, fuit *rell.* | et simul *AG*, semper *rell.* || 14 hic *F α* || 20 odium *om. F* || 22 nouarum ⟨rerum⟩ *F α* || 23 collata *G α* || 24 ⟨nouis⟩ sed *F α* || 25 nam et *W.*: et *β*, illis (*om. P*) *α* || 26 et *post* 27 existimet *codd.* || 28 currente *AG* || 29 decessisse *G*, deesse *α* | admiserat *AG*, -rit *rell.*

errorem teneat ex amatoribus aut iniuriam meretricum aut filiorum suppositiones aut aliquid tale, quod ad moralitatem uidetur esse coniunctum. quid tale hic est, cum seruus currit, cum populus discedit, quod domino insano oboediat seruus? haec potius aliena a comoediis sunt, et ait aperte ac breuiter ea, quae sunt comoediarum. omnis comoedia aut habet amores aut agnitionem aut suppositionem. habet amores, ut Andria, quam quidem et in agnitione esse cognoscimus; nam cognoscitur Glycerium, quia ciuis sit. suppositionem habet, ut apud Plautum qui est Truculentus: militi enim supponitur filius, ut exinde in meretricis affectum artius et strictius colligetur. ergo cum uideamus haec necessarie in comoediis teneri, uehementer errauit Lanuinus, qui extra haec comoediam instituit et scribit seruum currere, populum per uiam discedere, quod insano seruiat domino. unde apertissimum
36 uitium in comoedia Terentius reprehendit. — **36** STATARIAM AGERE LICEAT PER SILENTIVM quidam 'statariam' genus esse putant comoediae, ut stat*a*riae comoediae sint, in quibus sunt stantes, unde ⟨et⟩ hanc statariam nominant. mihi autem uidetur 'statariam agere ut liceat per silentium' ideo dixisse, ut perpetuo et stabiliter agatur haec comoedia neque populi aduersis suffragiis foras pellatur. ideo *enim* adiecit 'ut liceat per silentium' et
37 subiungit **37** NE SEMPER SERVVS CVRRENS IRATVS SENEX etc. ASSIDVO AGENDI SINT MIHI CLAMORE SVMMO CVM LABORE MAXIMO. haec autem, quae nunc nominauit, propria uiden-

2 suppositionis (-nem *B*) *Fα* | mortalitatem A^1F^1V ‖ 4 decedit *V*, descendit *FPBS* ‖ 5 oboediat] seruiat *β* | haec *A*, nec *G*, ne *rell.* | sint aperte ait (*om.* et) *α* ‖ 6 comoediarum ⟨explicemus⟩ *Fα* ‖ 7 amoris *α* | aut *2. om. α* ‖ 8 amoris *α* | ut ⟨est⟩ *F*, ut ⟨ex⟩ *α* | et *om. α* ‖ 9 agnitionem *AFα* | agnoscitur*?* ‖ 12 colligitur (-gatur *B'*) *Fα* ‖ 13 necessario *A*, ⟨esse⟩ necessaria *Fα* ‖ 15 scribit *om. BVS* ‖ 17 reprehendit terentius *BVS* ‖ 19 ut — comoediae *om. Fα*; comoediae *om. G* ‖ 20 sint] sunt *FG*, *om. α* | sunt *AG*, *om. rell.* | et *add. W.* ‖ 21 autem] enim *α* | ut *om. AG* ‖ 26 assidua *A*, -e *F* ‖ 27 quam *FVS* | uidentur *AB*, -detur *rell.*

tur esse personarum, nam serui officium est currere, senis irasci; parasitus autem edax est, impudens sycophanta, leno auarus est: ‘ergo si quae propria sermonis sunt et quae necesse habeo ex necessitate personarum complere, debetis mihi fauere potius quam aduerso suffragio contra
41 facere’. — **41** MEA CAVSA CAVSAM HANC IVSTAM ANIMVM INDVCITE VT ALIQVA PARS LABORIS MINVATVR MIHI quantum enim ad eum, qui comoediam scribit, pertinet, potuit secundum mores ingenio uniuersa complere; ego autem, qui haec pronuntiaturus sum, necesse habeo silentium. ideo, inquit, propter me hanc mihi operam exhibete, ut cum
46 silentio attendatis. — **46** IN HAC PVRA EST ORATIO quoniam sic dixerat, laboriosas potius comoedias ad se deferri, leues ad alium, ne praeiudicium huic comoediae fecisse uideretur, quod ipse dixit illam laboriosam, aut exinde iam ut superius a populo iudicari posset, adiecit ‘in hac pura est oratio’. — EXPERIMINI IN VTRAMQVE PARTEM INGENIVM QVID POSSIT MEVM non omnes aequali modo utrumque possunt et leuia proferre et grauia complere. ita ait ‘in utramque partem’: quoniam semper in asperioribus comprobastis, nunc quoque ⟨in⟩ leuioribus nosse
51 debetis. — **51** VT ADVLESCENTVLI VOBIS PLACERE STVDEANT POTIVS QVAM SIBI si enim mihi nunc honorem per silentium dederitis, facile adulescentes eo compelletis, ut uobis placere potius uelint, non sibi. quoniam officium prologorum adulescentes sumunt et multa in comoediis ipsi

1 concurrere (con *subpunct.*, est *suprascr.*) *A*, concurrere *rell.* ‖ 3 si *AG*, sunt *rell.* | quae] haec *PB* | sunt ⟨ins̄ (m̄s *G*)⟩ *AG*, *om.* *PB*[1] | et *om.* *Fα* ‖ 5 fauere] facere *PVS* | contra facere (dicere *G*)] conatus facere *Fα*; c- fallere *Schopen* | iustam ⟨esse⟩ *F* | ⟨in⟩ animum *Gα*, *om.* *A* ‖ 8 enim] est *α* | potuit ⟨enim⟩ *PB* ‖ 9 moras *AG*, morem *BVS* ‖ 11 inquit ⟨ut⟩ *FV*; i- uel *Schopen* ‖ 14 leues *AB*, len- *rell.* ‖ 15 dixit *W.*: -cit *codd.* | illa aut (*om.* laboriosam) *Fα* ‖ 16 ut superius a *W.*: aut ut superius *AG*, a (ad *F*) superiora (-ri *B*) *rell.* ‖ 18 omnis *BV*, -nia *PS* | aequalitas (-ta *P*) *α* ‖ 19 lenia *PVS* | perferre *Aα*, perficere *F* ‖ 21 in *add.* *W.* | lenioribus *G* ‖ 23 enim] est (*om.* *B*) *α* ‖ 24 eo *Zeune*: eos *Fα*, *om.* *AG* ‖ 26 multi *A*

acturi sunt, ita factum cum mihi ex hac actione esse cognouerint, facile ipsi laborem hunc capere possunt, ut uobis placeant.

I.

1.

53 1 QVAMQVAM HAEC INTER NOS NVPER NOTITIA ADMODVM EST haec scaena continet iniustam accusationem, quod graues senex de se exigat poenas; defensionem continet iustam: memorat quippe ita se meritum, ut ipse de se habeat exigere poenam. quam rem qualitatis esse intelligimus status et non tam esse accusationem quam obiurgationem. et omnino in huiusmodi auctoribus, qui non apud iudicem controuersiam dicunt, uim debemus potius intelligere quam controuersiam: non enim iudices praesunt; sed quoniam talis est actio, ut uideatur uim controuersiae continere, idcirco hic status est et secundum istum statum cuncta dicuntur. ergo in hac scaena status qualitas est absoluta, an iuste fecerit uel faciat, quod de se senex exigat poenas. quam rem docet iuste fieri ex eo, quod se meritum dicit propterea, quia ipse filium suum amantem adulescentium more miserit in militiam duram saepius eum accusando; unde probat iuste sibi imponi istas quas implet grauissimas poenas. — QVAMQVAM HAEC INTER NOS NVPER Chremes uicinus cum conspiceret senem eundemque diuitem grauiter laborare, ut tota die in opere consisteret uehementer, accedit interrogans et, ut oportet apud ignotum, longa utitur

1 factum ⟨est⟩ *G* | actionem *α* ‖ 2 possint *F α* ‖ 4 noticia nuper *α* ‖ 5 iniustam *Lindenbr.*: iniuste *codd.* | accusationi *VS* ‖ 6 graues *Schopen*: -is *codd.* | defensionem ⟨autem⟩ *?* ‖ 7 iustam *Lindenbr.*: iusta *S*, iusti *rell.* ‖ 8 habeat (debeat *F*) exigere] exigat *α* ‖ 9 notam (mot- *G*) *codd., corr. Lindenbr.* ‖ 10 huiusmodi *ex* his *corr.* P^2 ‖ 14 status hic *α* ‖ 15 istum statum] ista tum *α* ‖ 16 qualitatis *α* | an] utrum *α* ‖ 19 adolescentum *α* ‖ 20 eum] ipsum *F*, *om. VS* | proba *G*, *om. FVS* ‖ 21 istas] has ipsas *α* ‖ 23 cum] eum *α*, cum eum *F* | eundemque ⟨olim⟩ *α*, eundem *G*

oratione, simulque sibi etiam quaestionem facit et quasi
ipse sibi respondet. quo pacto uim ostendit eius, qui
interrogat, cum sit ignotus: aliter enim senem in dolore
positum et calamitatibus pressum ad locutionem et ad
fabulas prouocare non posset, nisi secum ipse interrogans
illud ita loqueretur, uti adiceret, quae ipse respondere
potuisset. ac primo purgat personam, cur, quamuis antea
familiaritas nulla fuerit, audeat tamen hodie accedere et
cum eo loqui. dicit quas causas habeat sibi, ut interro-
gare cupiat, quod nimius labor, quem ipse de se exigat
ille, qui senex est et qui diues est, in se taciturnitatem
esse non permiserit, sed potius compulerit ad interrogan-
dum, etiam⟨si⟩ sibi parua amicitia fuisset atque notitia
ex hoc, quod uicinum agrum non longe ante mercatus
55 est. — **3** NEC REI SANE AMPLIVS QVICQVAM FVIT nec ali-
quid inter nos fuit rei, ex quo facilius iungeremur. —
56 **4** TAMEN VEL VIRTVS TVA ME *VEL VICINITAS* quam honesto
uerbo usus *est*: laborem et calamitatem uirtutem potius
57 nominauit! — **5** QVOD EGO IN PROPINQVA PARTE AMICITIAE
PVTO uicinitas agrorum et domorum quasi quaedam pars
58 amicitiae est. — **6** AVDACTER MONEAM ET FAMILIARITER
'audacter' quod quaedam dicturus est ueluti accusans,
'familiariter' quod ita accedit quasi ex notitia praeterita.
59 — **7** QVOD MIHI VIDERIS PRAETER AETATEM TVAM FACERE
ET PRAETER QVAM RES TE ADHORTATVR TVA ipse partitio-
nem suam persequitur, nam propter aetatem sic subiun-
62 git **10** ANNOS SEXAGINTA NATVS ES AVT PLVS EO VT CONI-
CIO AGRVM IN HIS REGIONIBVS MELIOREM NEQVE PRETII
MAIORIS NEMO HABET. 'meliorem' ad usum refert, 'pretii
67 maioris' ad opinionem populi de ipso agro. — **15** NVM-

2 respondit *FP*¹ ‖ 5 ipse] in se *α*, se *G*; *fort.* ipse se ‖ 7 cur] cum *F*, eius *G*, eum *VP*, ..n *S* ‖ 9 habeat sibi *W*.: habet sibi *F*, has sibi *G*, has ibi *α* | uti *P*, *om.* *G* ‖ 12 permiserint *GVS*, -rint *P* | compulerit *Lindenbr.*: contulerit *codd.* ‖ 13 si sibi *W*.; si *Lindenbr.* ‖ 17 VEL VICINITAS *om.* *F* ‖ 18 est *om.* *F* ‖ 23 accidit *codd.*, *corr.* *Lindenbr.* ‖ 25 ⟨quod⟩ res *Fα* ‖ 26 prosequitur *codd.*, *corr.* *Lindenbr.* ‖ 27 est *α* ‖ 29 HABET] debet *α*

QVAM TAM MANE EGREDIOR NVMQVAM TAM VESPERI DOMVM
REVERTOR hic est labor ille, qui fit plurimus, quo cotidie
toto die in aliquo opere est constitutus, quod aut fodere
69 inuenitur aut arare aut aliquid facere. — **17** DENIQVE
NVLLVM REMITTIS TEMPVS NEQVE TE RESPICIS 'nullum remit-
tis' ad illud pertinet, quod dixit 'numquam tam mane egredior
neque tam uesperi domum reuertor', 'neque te respicis' ad
illud, quod supra est, uel quod senex est uel quod diues. —
72 **20** AT ENIM DICIS QVANTVM HIC OPERIS FIAT PAENITET et
optima, ut diximus, ratione ipse sibi quaestionem facit et
utitur respondentis ratione, ut eum prouocare possit ad
loquendum, qui frequenter pressus dolore conticescit: 'sed
dicis mihi' inquit 'paenitet me quantum hic operis fiat',
cui respondet, tamquam hoc sibi propositum sit 'sed in
opere faciendo quod consumis, si id consumas in exercen-
75 dis seruis, plus agas'. — **23** CHREME TANTVMNE AB RE
TVA OTII EST TIBI bene tamquam alienum alloquitur Me-
nedemus, ut illi et otium esse dicat et tantum otium a
rebus suis, ut et aliena curet et ea, quae ad se nihil
77 attinent. — **25** HOMO SVM quoniam ille inquit 'curas',
respondit 'homo sum'; ⟨quia ille⟩ 'quae ad te nihil at-
78 tinent', inde 'humani nihil a me alienum puto'. — **26** VEL
ME MONERE HOC VEL PERCONTARI PVTA 'monere' si sciam
79 quid facias, 'percontari' si nesciam. — **27** RECTVM *EST*
EGO VT FACIAM NON EST TE VT DETERREAM ad superiora
pertinet sensus, ut intelligi possit: 'uel percontari puta;
si rectum est, ideo quaero ut faciam, si non est rectum,
ut te deterream'. d e t e r r e r e *enim* est aliquem a proposito

2 fit] sit *Fα* | quoquo (co *supra*) tidie *P*, qñ *G* ‖ 3 in alio opere est *F*, in alioquope ē (*in mg.* labore) *P*, in alio labore *V*, ////////// labore *S* ‖ 4 aut arare *om. VS* | aliquid] tale quid *Goetz* ‖ 5 respicias *α* ‖ 8 quod *1. om. α* | diues ⟨est⟩ *F* ‖ 9 dicis ⟨me⟩ *G* ‖ 14 cui *S*, cur *rell.* ‖ 15 si id consūmis *G*, id cū sumas (consumas *S*) *α*, tue si sumas *F* ‖ 17 tibi ⟨aliena ut cures⟩ *F* ‖ 19 et *1. om. GVS* ‖ 21 quia ille *add. W.* ‖ 25 ergo *G α* | ad — 28 deterream *om. G* ‖ 28 enim *om. F*

80 terrere et reuocare. — **28** MIHI SIC EST VSVS mihi sic
86 expedit. — **34** AVT CONSOLANDO AVT CONSILIO AVT RE IV-
VERO apponit causas, cur aliena incommoda curare uidea-
tur. 'hoc' inquit 'quod interrogo, proderit tibi: aut enim,
grande malum ⟨si⟩ est, consolatione te adiuuero ⟨aut⟩,
si subueniri potest, re adiuuero'. ita boni amici ordinem
87 custodiuit, ut credat se aliquo modo prodesse. — **35** HAC
QVIDEM CAVSA QVA DIXI TIBI quoniam Menedemus tantum-
modo illud posuerat, uti diceret 'scire hoc uis?', ille con-
tinuo repudiauit causam, ut diceret 'non rem cupio scire,
sed hac causa scire cupio, qua dixi tibi, ut aut con-
solari te possim aut consilio aut re adiuuare possim'. —
93 **41** FILIVM EGO ADVLESCENTVLVM HABEO hic narratio in-
96 cipit, cur *se* senex puniat. — **44** EST E CORINTHO HIC
ADVENA ANVS PAVPERCVLA et haec narratio est ad perso-
nam declarandam eius mulieris, quae puellam tulit illam,
quae Chremetis filia est. quae interposita narratio ad
99 illam superiorem coniungitur et adnectitur. — **47** COEPI
NON HVMANITVS NEQVE VT DECVIT ANIMVM ADVLESCENTVLI
TRACTARE hic iam se arguit, quod iuste de se exigat
poenas, siquidem, cum animaduertisset filium amare mu-
lierem, *non* humano modo neque, uti decuit, adulescentuli
animum sic tractauit, sed aperte ui et more patrum co-
tidie accusauit. subiungit allocutionem, qua usus est, cum
106 accusaret filium **54** EGO TE MEVM ESSE DICI TANTISPER
VOLO *DVM* QVOD TE DIGNVM EST FACIES dici te filium
meum tam diu uolo, quam diu facis, quod te dignum est
facere. sin autem non feceris, ego inueniam quod in te

1 SIC *om. codd. praeter F* | mihi *om. F* ‖ 2 te iuuero *G*, re uera P^2S (-r&) *V* ‖ 3 curare] quaerere *F*, quȩre *P*, -ri *VS* ‖ 5 si est *W.*: et *codd.* | adiuuero aut *W.*: adiuuo *codd.* ‖ 6 aut re iuuero *G* ‖ 8 dixit *F α* ‖ 9 proposuerat *G* ‖ 10 repudiauit *G*, -aret ad *F α* | uti *F α* | scire cupio *F α* ‖ 12 aure adiuuari *α* ‖ 18 et adnectitur *om. P* | coepit *G α* ‖ 19 NEQVE] atque *α* ‖ 21 anima aduertisset *α* ‖ 23 aperte — accusauit] peruulgata ui et uia patrum cotidie accusabam *G* (= *Ter.*) ‖ 24 cum — filium *om. F* ‖ 25 ESSE *om. G* ‖ 26 facias *G* | dic P^2VS ‖ 28 facere *om. F* (*recte?*)

112 dignum sit facere. — **60** SIMVL ET REM ET GLORIAM ARMIS BELLI REPPERI ut uno tempore militiae labore proprio
114 et fortunas reperirem et dignitatem. — **62** SAEPE EADEM GRAVITER AVDIENDO hic onerat causam suam: quod frequenter dixerit et grauiter attenderit, adulescens uictus
117 discessit in militiam. — **65** IN ASIAM AD REGEM MILITATVM ABIIT CHREME singula in pronuntiatione sunt collocanda: nam 'in Asiam' quod dixit, intelligere debemus in longinquum locum, 'ad regem' uero hoc est quasi in seruitutem, 'militatum' ubi scilicet durus labor est et peri-
118 culum. — **66** CLAM ME PROFECTVS EST hic curauit, quod facile illi poterat opponi 'cur ergo non, cum eum uideres proficisci, ⟨prohibuisti⟩?' 'clam me' inquit 'profectus *est*'. — MENSES TRES ABEST hic dolorem suum exprimit tem-
119 poris longinquitate. — **67** AMBO ACCVSANDI necdum tota exposita est *sententia.* idcirco aequalem partem accusationis suae posuit Chremes, quod dixit 'ambo accusandi'; quamquam inclinauit, ut adulescentem defendere uideatur, cum dixit 'etsi illud inceptum, quod adulescens ⟨*****⟩, uidetur esse pudentis animi signum et non minus obsequentis'. hoc est namque, quod dixit (*v. 68*) 'et non in-
124 strenui'. — **72** SOCCOS DETRAHVNT dixi iam (*Eun. IV 6, 31*) comoedias istas esse palliatas, hoc est ubi personae sunt
131 Graecae. ideo ergo dixit 'soccos detrahunt'. — **79** SED GNATVM VNICVM QVEM PARITER VTI HIS DECVIT AVT ETIAM AMPLIVS . . . EVM EGO EIECI HINC INIVSTITIA MEA quem oportuit his rebus uti ita, uti ego utor, pari modo aut uero amplius, quod illa aetas magis ad haec idonea sit. —

1 ET *1. om. F* | re⟨ge⟩m *α* ‖ 3 EADEM *post* GRAVITER *F, om. G* ‖ 4 his *α* ‖ 7 chremes *α* | inculcanda *pro* in .. collocanda *Schoell coll. Quintil. IX 3, 50, fort. recte* ‖ 8 in asia *Fα* ‖ 9 in *2.*] ad *G* ‖ 10 et periculum est *Fα* ‖ 12 eum *om. G* | uideret *G*, -ris *α* ‖ 13 proficisceretur *G* | prohibuisti *add. Schopen*; retinuisti *Westerh.* | inquit *om. G* ‖ 16 sententia *om. F*; causa *suppl. Zeune* ‖ 19 *lac. sign. W.*; clam est profectus *suppl. Schoell* ‖ 20 prudentis *P²VS* ‖ 21 namque] nam (non *S*) *Fα* ‖ 23 ubi] ibi *F*, tibi *α* ‖ 25 uti pariter hiis *G* ‖ 26 quam *α* ‖ 27 uti ita et ego uti *G*

135 **83** MALO QVIDEM DIGNVM ME QVOVIS DEPVTO SI ID FACIAM
si hoc faciam, uti utar solus bonis meis, quouis malo me
136 arbitror dignum. — **84** NAM VSQVE DVM ILLE VITAM ILLAM
COLET INOPEM quamdiu ille in militia positus habebit
uitam illam sine ope carens *patria* propter iniurias meas,
tamdiu de me illi dabo supplicium sic laborans et seruiens.
141 — **89** CONRASI OMNIA hoc est: collegi uniuersa, quae
142 uenderem. — **90** SERVOS NISI EOS QVI OPERE FACIENDO
FACILE SVMPTVM EXERCERENT SVVM uniuersos produxi et
uendidi exceptis his, qui suo opere suos sumptus tolerare
144 potuissent. — **92** INSCRIPSI ILICO AEDES MERCEDE hoc est:
146 aedes meas locaui. — **94** HIC ME EXERCEO non hic ad
uoluptatem positum 'exerceo', sed ad laborem, quemad-
modum Virgilius (*Aen. III 182*) 'nate, Iliacis exercite
147 fatis'. — **95** DECREVI TANTISPER CHREME MINVS INIVRIAE
ME MEO GNATO FACERE DVM FIAM MISER hoc enim iudi-
caui me non tantam iniuriam facere filio meo, quem ex-
152 puli, si et ipse miser sim. — **100** SI QVIS RECTE AVT
COMMODE TRACTAVERIT supra accusauerat utrumque, quia
dixerat (*v. 67*) 'ambo accusandi', modo utrumque defendit,
quod hunc ingenio leni dicit et illum obsequentem, si
modo aliquis recte et commode tractaret alterum. nam
154 hoc factum esse dicit, quod neuter se nouerat. — **102** VBI
NON VERE VIVITVR ubi non integre uita ostenditur, ubi non
155 nudatur, ut quis qualis sit agnosci *possit*. — **103** QVANTI
157 PENDERES quanti diligeres, quanti amares. — **105** QVOD
SI ESSET FACTVM HOC NVMQVAM EVENISSET MALVM si aut
tu mores tuos illi declarares aut ille tibi qualis esset

1 me dignum *F* | deputari *α* ‖ 4 colat *F* | quamdiu — ope *om. G* | ille *om. F* ‖ 5 opere *codd., corr. Westerh.* | ob meas iniurias *G* (= *Ter.*) ‖ 6 tamdiu] interea *G* (= *Ter.*) ‖ 9 exercent *Gα* | produxit et uendidit *Gα* ‖ 10 suos *om. G* ‖ 13 quemadmodum] ut *G* ‖ 15 chremes (-is *P*) *Fα* ‖ 18 miserrimus fiam *G* ‖ 19 tractaret *F* (= *Ter.*) | quia *W.*: qui *codd.* ‖ 20 defendi *α* ‖ 21 si modo *Westerh.*: si minus (*om. G*) *codd.* ‖ 22 aliqui *Fα* ‖ 24 non datur *F* ‖ 25 possit *om. F* ‖ 26 quantum *Lindenbr.* ‖ 27 factum esset *G* | HOC *om. F*; haec *Ter.* | EVENISSET MALVM] euenissent tibi *Ter.* ‖ 28 illi (-is P^1VS) declarares *ante* EVENISSET *codd., transp. W.*

ostenderet, facile ad hoc calamitatis genus non ueniretis.
158 — **106** ITA EST FATEOR PECCATVM A ME MAXIMVM EST
quoniam utrumque quodammodo accusauerat Chremes, quod
neuter sibi mores suos ostendisset, omne crimen in se
potius deriuat senex ac dicit uerum esse, quod dicit 'sed
159 a me maximum peccatum est'. — **107** MENEDEME ad per-
sonam hic ex illis, quae supra promisit, inuenit quod
160 afferat, scilicet consolationem, siquidem dicit **108** FILIVM
ADFVTVRVM HIC CONFIDO PROPEDIEM 'confido' hoc est fidu-
162 ciam gero. — **110** DIONYSIA HIC SVNT HODIE APVD ME SIS
VOLO optime factum, ut post narratam calamitatem, cui
quidem praeter consolationem subueniri non poterat, tamen
ex ipso auxilium esse potuisset in eo, quod uult eum ad
cenam uocare: quod dixit 'sunt hodie Dionysia', quae sunt
171 sacra Liberi patris apud Athenas. — **119** NIHIL OPVS FVIT
MONITOREM iam in domo inuentus est ille atque mire cu-
piebat eum uocare ad cenam. 'monitore ergo opus' in-
quit 'non fuit: nuntiant illum in domo esse'.

2.

175 **1** NIHIL ADHVC EST QVOD VEREARE CLINIA haec scaena
habet † Clitiphonis adulescentis suspicionem, quod amica
sua se absente corrupta est. sumit igitur per coniecturam
argumenta, quae suo loco plenius apertiusque narrabimus.
ac primum quasi quoddam argumentum est seruum, qui
missus sit, non redire, cui iam multum temporis uideatur
assumptum. unde efficitur consolatio a Clitiphone amico,
cum dicit 'nihil *est* quo uidearis esse sollicitus'. — HAVT
QVAQVAM CESSANT hoc est: non diutissime tardant. uerum

1 ueneritis *α* ‖ 4 ⟨esse⟩ suos mores (-is *P*) *Fα* ‖ 5 ac dicit] adicit *G*, addicit *α* ‖ 6 maximo *PV* | menedeme ⟨at porro recte spero⟩ *F* ‖ 10 sunt hic *G* ‖ 12 subueniri *G*, -re *rell.* ‖ 13 auxilium *W.*: -o *codd.* | in eo quod *ante* ex *codd., transp. W.* ‖ 14 quod dixit] quo dr̄ *α*, quod *F* | sunt *post* Dionysia *VS*, *om. P* ‖ 15 sacra *om. G* | FVIT] est *G* ‖ 16 monitore *G* (= *Ter.*) ‖ 17 monitorẽ *V* ‖ 18 nuntiant *Westerh.*: nuntia *Fα*, nunc iam *G* | esse ⟨sat scio⟩ *G* ‖ 19 ADHVC *om. G* ‖ 20 Clitiphonis] *immo* Cliniae ‖ 21 est] sit *G* | sumit] sinit *F*, si *α* ‖ 22 ⟨in⟩ loco *G* ‖ 26 quod *Fα* ‖ 27 diutissime *om. F*

cum intus positum Cliniam allocutus esset, Clitipho egreditur, patrem prospicit, ei commendat officium suum, ne uideatur nescio quem adulescentulum recepisse, sed ut merito hoc fecisse declaret. sumit igitur exordium, quo commendat adulescentem: sibi olim iam fuisse cognitum ac se coactum amicitia eum recepisse. ideo adiecit **9** NAM
183 MIHI CVM EO MAGNA EX PVERITIA *FVIT* FAMILIARITAS. —
184 **10** VOLVPTATEM MAGNAM NVNTIAS scit enim Chremes uehementer eius patrem esse sollicitum. quod ergo audit reuersum adulescentem, dicit et sibi maximam natam uoluptatem. denique huius uoluptatis causam in animo
185 habens subiunxit **11** QVAM VELLEM MENEDEMVM INVITATVM AMPLIVS VT HANC LAETITIAM NECOPINANTI PRIVS OBICEREM DOMI uti non suspicanti amplius ⟨prius⟩, quam etiam
187 speraret, hanc laetitiam domi obicerem. — **13** CAVE FAXIS NON OPVS EST PATER caue facias, nam non necesse est: nescit nam adulescens a patre filium desiderari; ideo prohibet patrem suum aliquid facere, quo uindicetur adu-
190 lescens reuersus. — **16** ATQVE ABITIO hoc est discessio. —
192 **18** MISERVM QVEM MINIMVM EST CREDERE quoniam ille dixit miserum esse adulescentem uel quod ipse adulescens miserum se putet, negat esse hic miserum, siquidem habet omnia, quae quidem in homine dicuntur *bona*. et subiungit
195 **21** ATQVE HAEC PERINDE SVNT VT ILLIVS ANIMVS EST QVI EA POSSIDET atque haec talia sunt, qualis animus illius, qui haec tenet: nam qui scit uti his omnibus, bona sunt, illi uero, qui non utitur recte, mala sunt. ⟨sic⟩ simul et dis-

3 recepisse sed *W.*: recepisset *α*, -isse *β* ‖ 4 ⟨cum⟩ merito *G* | effecisse *α* | declarat *Fα* | quo *W.*: quod *codd.* ‖ 6 eum] enim *α* | recepisset *α* ‖ 7 MAGNA EX] iam inde a *F* | fuit ⟨semper⟩ *F* ‖ 9 audit ergo *Fα* ‖ 10 adolescentulum *G* | et *om.* *GP* | natam maximam (magnam *S*) *Fα* ‖ 13 obiceret *α* ‖ 14 ⟨ei⟩ domi *F* | prius *add.* *W.* ‖ 15 ⟨si⟩ speraret (speret *Fα*) *codd.* | obiceret P^1*VS* ‖ 16 nam non] nec nam *Fα*; nec enim *Lindenbr.* ‖ 17 nam nescit *F* ‖ 21 esse miserum *G* ‖ 22 se *ante* adulescens *FP*, *om.* *VS* | omnia habet *α*, omnia *G* ‖ 25 illius ⟨est⟩ *α* ‖ 27 illi ⟨illa⟩ *Fα* | ⟨utique⟩ mala *α* | sic *add.* *Goetz* | disiunctionem *W.*: disiect- *Fα*, dilect- *G*

198 iunctionem collocauimus et intellectum didicimus. — **24** NE
QVID ILLVM PLVS SATIS FAXIT PATER hoc uereor, ne
aliquid amplius faciat pater quam quod satis est. ideo
iniustum uult patrem ostendere, siquidem poeta negat
199 esse contentum, ut eius adhuc filius laboret. — **25** ILLENE
hoc utique intelligitur propterea dictum, quia scit Chre-
mes animum Menedemi. haec ne proderet, repressit se
et reliqua uerba contexuit dicens hanc causam, quod
200 in metu esse filium patri uehementer est utile. — **26** VT-
VT ERAT MANSVM TAMEN OPORTVIT qualiscumque, inquit,
204 fuit, oportuit tamen patrem sustinere. — **30** NAM PAREN-
TVM INIVRIAE HVIVSMODI SVNT ⟨FERME PAVLO QVI EST HOMO
TOLERABILIS⟩ SCORTARI CREBRO NOLVNT ⟨NOLVNT⟩ CREBRO
CONVIVARIER praeter hunc morem, qui est innatus paren-
tibus circa liberos suos, quod non scortum uolunt crebro,
quod nolunt crebro conuiuium, hic ferme paulo est tolera-
207 bilis. — **33** PRAEBENT EXIGVE SVMPTVM modice suggerunt
210 sumptum. — **36** HOC SCITVM EST PERICVLVM EX ALIIS
FACERE TIBI QVOD EX VSV SIET optima occasione senex,
dum aliorum mores et facta demonstrat, occasionem corri-
gendi filii repperit, ut moneret: 'scitum est' inquit 'et
perelegans ex aliis periculum facere' hoc est temptamentum
212 'quod tibi uehementer expediat'. — **38** TV VT TEMPVS DIEI
tempus non solum summum est, sed et pars partis est, sicuti
hic posuit 'diei tempus', cum temporis dies esse uideatur.

2 ⟨in⟩ illum *F*, illi *G* | facit *α*, -ciat *G* | hoc ⟨amplius⟩ *G α*, *om. F* ‖ 3 amplius ⟨habeat⟩ *codd.*, *qui* faciat pater *post* est *addunt* | quam quod] quam *F*, q̄dq̄d *α* ‖ 4 patri *Fα* ‖ 5 contemptum *codd.*, *corr. W.* | ut *om. Fα* | eius] ea cur *F*, eacus (ae- *PV*) *α* | laboret filius *F* ‖ 9 est] esset *Schopen* | VTVT] ut *G*, uti *Fα* ‖ 12 uniusmodi *F* (= *Ter.*) ‖ 13 SCORTARI — 16 tolerabilis *W.*: circa liberos suos quos (quod *F*) scortari crebro nolunt quod nolunt (quod nol- *om. α*) crebro conuiuium (crebro conuiuari *FP*, *om. VS*) praeter . . . parentibus hic ferme . . . tolerabilis scortari crebro nolunt (scort- — nol- *om. FVS*) non scortum uolunt crebro (non scortari nolunt se crebro hoc nolunt scortari crebro *P*, *om. FVS*) conuiuarier (-et *G*) crebro (conuiu- crebro *om. FVS*) *codd.* ‖ 17 suggesserint *P*, *om. VS* ‖ 21 filium *G* ‖ 22 pereligans *α* ‖ 23 ⟨est⟩ diei *F*

II.

1.

213 **1** QVAM INIQVI SVNT PATRES IN OMNES ADVLESCENTES
IVDICES remansit solus Clitipho: secum conqueritur de
patris oratione, quod se uoluerit admonere. ordo est: quam
214 iniqui sunt iudices patres in omnes adulescentes. — **2** QVI
AEQVVM ESSE CENSENT NOS A PVERIS ILICO NASCI SENES qui
arbitrantur iustum esse in pueritia moribus senum degere
217 uitam. — **5** MIHI SI VMQVAM FILIVS ERIT si aliquando
mihi filius continget. — NE ILLE FACILI ME VTETVR PATRE
216 ualde me utetur bono et facili patre. — **4** EX SVA LIBI-
DINE MODERANTVR NVNC QVAE EST NON QVAE OLIM FVIT
modum imponunt adulescentibus de moribus suis, quos
nunc habent in senectute, non quos in adulescentia ha-
218 buerunt. — **6** NAM ET COGNOSCENDI ET IGNOSCENDI ⟨DABI-
TVR PECCATIS⟩ LOCVS facile, inquit, filio meo hanc facul-
tatem dabo, ut uniuersa eius facta cognoscam, tamen si
224 peccarit ignoscam. — **12** CVI QVOD RESPONDEAM NIHIL
HABEO expressit inopiam uer⟨bor⟩um, siquidem non solum
dixit 'cui quid dicam non habeo', uerum et 'ad responden-
225 dum uerba desunt'. — **13** ETSI IS QVOQVE SVORVM SATAGIT
227 etsi is quoque de suis rebus plurimum cogitat. — **15** MEA
EST POTENS PROCAX hoc positum, ut ex nobilitate plurimum
audeat postulare. 'procax' a ⟨procando, hoc est⟩ petendo
dictum est, unde et p r o c i nuptiarum petitores. — SVM-
PTVOSA NOBILIS ⟨'sumptuosa'⟩ ut et necessitatem sibi
petendi propter suos sumptus faciat; 'nobilis' autem omni-

2 ⟨et⟩ secum *S* ‖ 4 adolescentes ⟨filios⟩ *G* ‖ 5 nos ⟨iam⟩ *F* ‖ 6 arbitrentur *α* | esse] est *α* | ducere uitam *G*, decreū *P*, uiuere *F*, nasci *VS* ‖ 8 NE ILLE *om.* *Fα* ‖ 9 ⟨id est⟩ ualde *VS* | ualde me *om.* *F*, ualde — patre *om.* *G* ‖ 10 moderatur *codd. praeter F* ‖ 12 non] nos *α* ‖ 13 DABITVR PECCATIS *om. codd. praeter F* ‖ 15 ut *Lindenbr.*: et *codd.* | ⟨peccauit⟩ si pecarit *α* ‖ 17 uerborum *W.* ‖ 18 quid dicam *Goetz*: quidem (quid d'e *G*) *codd.* | et *F*, e͞et *P*, *om. rell.* ‖ 21 ⟨ad (ab *α*)⟩ hoc *Fα* ‖ 22 procando hoc est *add. W.* ‖ 23 dictum *Lindenbr.*: -a *codd.* | proci ⟨dicuntur⟩ *Fα* ‖ 24 sumptuosa *add. Schoell* ‖ 25 nobiles *Gα* | autem *W.*: at *β* *P*[1], ab *P*[2]*VS*

228 bus nota. — **16** NAM NIHIL ESSE MIHI RELIGIO EST dicere
me hoc non habere maxima mihi religio est, ut (*Verg. Aen.*
II 715) 'religione patrum multos seruata per annos'.

2.

230 **1** SI MIHI SECVNDAE RES DE AMORE MEO ESSENT IAM
DVDVM SCIO VENISSENT hic est illud, quod supra diximus,
quod per coniecturam Clinia credit amicam se absente
corruptam. ac primum argumentum fecit ex eo, quod missus seruus nondum rediit. deinde proponit ipsam suspi-
231 cionem **2** SED VEREOR NE MVLIER ME ABSENTE HIC CORRVPTA SIT. adiungit et opiniones et argumenta a tempore,
233 quod est **4** OCCASIO: occasionem autem hic intelligimus,
quod absens fuit ipse. deinde ponit locum: Athenas, ubi magna hominum multitudo est *et* ciuium et uariis moribus uiuentium. adiungitur AETAS, hoc est a persona et a tempore, quod adulescentula est ac propterea uario ingenio. deinde addidit MATER: hoc nomen parum est, nisi iam adderetur 'mala'. sed ne rursus suae uoluntatis et iudicii esset mulier, ideo adiecit CVIVS SVB IMPERIO EST CVI NIHIL
237 IAM PRAETER PRETIVM DVLCE EST. — **8** PERGIN ISTVC
PRIVS DIIVDICARE QVAM SCIAS QVID VERI SIET perseueras ante hoc quasi certo iudicio tenere, quam scias quid in
238 uero sit. — **9** SI NIHIL MALI ESSET IAM HIC ADESSET argumentum recepit ex eo, quod non rediit missus seruus: 'certa mihi' inquit 'suspicio est illam esse corruptam'. —

1 MIHI *post* RELIGIO *G*, *om.* *VS* ‖ 2 mihi *om.* *β* | ut ⟨uirgilius⟩ *VS*, ut ⟨illud⟩ *F* ‖ 3 religione ⟨maximum eius est⟩ *β P*, religio est *VS* ‖ 4 SI MIHI] *hic incipit* *B′* | de meo amore *G* ‖ 5 hoc *F* ‖ 9 NE MVLIER *om.* *B′ VS* ‖ 11 quod — 15 tempore *om.* *G* ‖ 16 est] esset *Schopen* | nisi (*Westerh.*) iam *Goetz*: nam *codd.* ‖ 17 iudiciis *GP*[1], -cis *F* ‖ 18 esset *B′*, esse *G*, et *rell.* ‖ 20 preiudicare *α* | ⟨si⟩ quod *PVS* ‖ 21 quam] quasi *F α* | inuenero *GPVS*, inuentum *B′* ‖ 22 sit *om.* *G* | IAM] etiam (*post* hic) *G*, et *FPVS* | hinc *PVS*, huic *F* | adessent *FPVS* | ⟨ille (*om.* *F*) ad consequendi (*ex* -ter *corr.* *P*)⟩ argumentum *F α* ‖ 23 ex eo ⟨enim⟩ *F α* | redit *codd.; cf. ad v. 1* ‖ 24 inquit *om.* *G*

IAM ADERVNT QVANDO ISTVC ERIT illud enim, quod dixit 'iam', amant ita apponere qui loquuntur. hoc amanti tardum est: ideo adiecit 'quando istuc erit?'

3.

242 **1** AIN TV SIC EST VERVM INTEREA DVM SERMONES
CAEDIMVS haec scaena exoluet illam suspicionem, quam
Clinia habuit: et haec coniectura est. deinde rursus habet
alteram causam, quod amicam Clitiphonis adduxerit seruus,
ita ut in domo patris esse possit: quae res an fieri possit
deliberationis uim tenet. ita prior causa in controuersia est,
secunda in deliberatiua; aut controuersia est ex coniectura:
coniecturae ergo partibus tractabitur, hoc est uti dicta
et affectus, quod πάθος Graece dicitur, suggerant argu-
menta. sed ⟨haec⟩ suis locis explanabimus. — DVM SER-
MONES CAEDIMVS c a e d e r e s e r m o n e s dicitur, qui frequen-
243 ter et plurima loquitur. — **2** MVLIER TIBI ADEST AVDIN
CLINIA quod ita locutio serui fuerat, ut diceret 'illae re-
lictae mulieres sunt', ⟨quod mulier⟩ uenit cognouit. —
245 **4** MINIME MIRVM ADEO IMPEDITAE SVNT mirandum non est,
quod impeditae sunt mulieres, quae et ancillarum ducunt
246 secum gregem et plurimum comportant. — **5** PERII VNDE
ILLAE SVNT ANCILLAE crescit error Cliniae, ut magis credat
esse corruptam, quod ancillas habeat et aurum. haec omnia
meretricis, non illius mulieris sunt, sed adhuc ignorat
248 adulescens. — **7** ET VESPERASCIT hoc est nox fit: a uespere
256 factum uerbum est. — **15** O IVPPITER VBINAM EST FIDES
necdum soluta sibi suspicione queritur adulescens se esse

1 aderint *P*, -rit *FB'*, -rat *VS* ‖ 2 amant *W.*: -ti *codd.* | loquitur *GB'VS* ‖ 6 hec ⟨hic (ic *P*) *β P* | est *G*, *om. rell.* ‖ 8 an] si *G* ‖ 10 coniectura coniecturae *W.*: -ra *B'S*, -rae *rell.* ‖ 12 ΠΑΤΩC (*add.* pauros) *F*, paucos *rell.* | suggerant *Lindenbr.*: -rat *codd.* ‖ 13 haec *add. W.* ‖ 14 dicuntur . . . loquuntur *F* ‖ 16 ut *B'*, quod *rell.* ‖ 17 sunt *om. FPVS* | quod mulier *add. W.* (mulier *in mg. F*) | uenit cognouit *om. G* ‖ 20 gregem *ante* ducunt *F α* ‖ 21 sunt illae *α* | error *F*, terror *rell.* ‖ 23 ad hoc *PVS*, hoc *F* ‖ 26 queritur *F*, -rit *rell.*

desertum et Antiphilam potius omisso amore amatoris sui
258 in meretricios mores esse delapsam. — **17** CONLOCVPLE-
260 TASTI diuitem fecisti. — **19** CVIVS NVNC ME PVDET ET
MISERET patris me pudet et miseret, qui frequenter harum
265 mores dicebat mihi et frustra monuit. — **24** NAM ET VITA
EST EADEM ET ANIMVS ERGA TE IDEM AC FVIT prima propositione uolens seruus soluere errorem suspicionis Cliniae dicit 'et uita est eadem amicae et animus ille, qui circa te fuit'. uerum meminisse debemus duas res esse propositas, ut et uita eadem probetur et idem animus: potuit enim in eadem muliere castitas perseuerare, ut esset eadem uita, non tamen idem animus; potuit tamen et obliuisci amatoris sui et non eum desiderare. ideo adiecit 'et idem
269 animus erga te ac fuit'. — **28** VT NE QVID HVIVS RERVM
IGNORES quod nuntiat seruus anum perisse, quae ei mater esse dicebatur, ad causam minime pertinebat. ideo adiecit: 'hoc primum' inquit 'dico, ne aliquid harum rerum igno-
271 res'. — **30** ALTERAE DVM NARRAT hic iam praemissio
alterius narrationis effecta est: nata est suspicio, ut quaereretur quae sit altera. cuius narrationem differt: prius
274 enim de amica Cliniae narratio incipit **33** IAM PRIMVM
OMNIVM VBI VENTVM AD AEDIS EST DROMO PVLSAT FORES. hic breuiter omnia argumenta, quae a summo ad imum sunt, colligamus. ac primum quaeso collocetur: casta est mulier et eadem, quae fuit ante, perseuerat, quod ianua eius clausa est, quod seruus pulsauit fores, quod anus processit, quod ostium aperuit, quod continuo ingressus est seruus, quod et ipse ingressus sum, quod statim anus pessulum rursus foribus obdit, quod ad lanam redit, quod texentem

1 et Antiphilam *Schopen*: et auferam *PVS*, et alteram *F*, *om.* *G* | potius *om.* *G* ‖ 3 ME *post* MISERET *G* ‖ 8 ille] idem *Schopen* ‖ 10 uti *FP* ‖ 11 enim — potuit *om.* *G* ‖ 15 ignores *FB′*, -rares *rell.* | nuntiet *PVS* | quae] quod *PVS* | ei] eius *Schopen* ‖ 18 iam *Lindenbr.*: nam *F*, an *PVS*, *om.* *B′G* ‖ 19 ⟨unde⟩ nata *B′* | uti *Fα* ‖ 20 prior *VS* ‖ 21 enim ⟨est⟩ *Fα* | incipit ⟨autem (enim *S*) narratio⟩ *FPVS* ‖ 22 edes *β* ‖ 23 hic ⟨ergo⟩ *Fα* | a *B′*, *om.* *rell.* ‖ 24 quaeso *α*, questio *F*, sic *G* ‖ 25 ante *om.* *G*

telam studiose ipsam inuenimus, quod mediocriter uestitam, quod sine auro, quod ita ornatam quemadmodum sibi ornantur, quod nulla mala re expolitam muliebri, quod capillus ab ea reiectus circum caput fuerat negligenter, quod ancilla cum ea texebat pannis ipsa contecta. haec sunt, quae uitam probant. rursus subiungitur, an idem
303 animus circa Cliniam perseueret: ideo interrogauit **62** QVID
304 AIT VBI ME NOMINAS, et subiungit ille **63** VBI DICIMVS REDISSE TE. ergo et hic coniectura est, an idem animus perseueret. probamus autem quod perseueret ex eo, quod
305 ubi te nominauimus **64** MVLIER TELAM DESERIT CONTINVO ET LACRIMIS OPPLET OS TOTVM SIBI VT FACILE SCIRES DESIDERIO ⟨ID⟩ FIERI TVO. completa igitur omni re ad alteram narrationem necessario cito deuoluitur, ut ostendat, quae illa altera sit mulier, de qua antea com-
311 memorauit. — **70** ADDVCIMVS TVAM quo facilius blandiri
313 possit adulescenti, adiecit 'tuam'. — **72** HEVS NON FIT SINE PERICVLO FACINVS MAGNVM AC MEMORABILE quoniam interrogatus seruus, quo duceret Bacchidem, respondit 'ad patrem', quod aegre ferens adulescens cum indignatione audacem seruum pronuntiauit, continuo ille respondit, facinus magnum et memorabile fieri numquam posse sine aliquo periculo. ita in hoc quoque periculum est, cum patre praesente in domo futura sit meretrix. tam magnum est istud et memorabile, ut nihilo minus
315 celari possit. — **74** HOC VIDE IN MEA VITA TV TIBI LAVDEM IS QVAESITVM SCELVS quam astutus ad gloriam, siquidem de meo periculo tu tibi comparare uis laudem. —
316 **75** VBI SI QVID PARVM MODO TE FVGERIT EGO PERIERIM in

3 ornantur sibi *G* | quod nulla *om. G* | expolitam *B'*, -ta *rell.* ‖ 5 ⟨quae⟩ cum *G* | ipsa] fuit *G* | contexta *codd., corr. Schopen* ‖ 9 redisse te dicimus *G*, dicimus te redisse *α* ‖ 15 ante *B'*, (*add.* dixerat uel) *VS* ‖ 17 adulescenti possit adicit *F α* | heus ⟨tu⟩ *FB'* ‖ 20 quod *G*, quam *rell.* | aegre *Lindenbr.*: acre *codd.* ‖ 21 pronuntiat *G* ‖ 23 quoque *Lindenbr.*: quod *codd.* ‖ 25 tam *B'*, tamen *rell.* ‖ 27 astutus *Lindenbr.*: astultus *P*, stultus *rell.* ‖ 28 de *om. β* (*recte?*) ‖ 29 PARVM] paululum *Ter.* | te modo effugerit *G* | ⟨ut⟩ ego *GPVS*

quo negotio si te fefellerit aliqua consilii pars, ego con-
317 tinuo perierim. — **76** QVID ⟨ILLO FACIAS quid⟩ deinde
facturus es? hoc est enim quod dixit 'quid illo facias?' —
AT ENIM pendens oratio hac intercessione efficitur adu-
lescentis, quod non patitur eum ambagibus circuire: ideo
318 enim dicit 'quid «enim»?' — **77** ITA RES EST HAEC NVNC
QVASI CVM uoluit seruus quasi quandam similitudinem
dare, ut sic ostenderet, quale sit illud consilium, quod
ipse disposuit. sed quoniam, similitudo cum datur, quidam
est in oratione circuitus, idcirco adiecit QVAS MALVM MIHI
AMBAGES NARRARE COEPIT. denique et alter adulescens
319 hoc intellexit, unde adiecit **78** SYRE VERVM HIC DICIT
MITTE ISTA QVAESO scilicet externa et per similitudinem
translata. unde admonuit eum, quod dixit ATQVE AD REM
REDI: etenim quod per similitudinem datur, res non est.
320 — **79** ENIMVERO RETICERE NEQVEO MVLTIS MODIS INIV-
RIOSVS CLITIPHO ES unde iam tacere non possum. bene
indignationem suam seruus extulit, quo facilius sibi adu-
323 lescentem per suam iracundiam praepararet. — **82** HAVD
STVLTE SAPIS non stulte, inquit, sapis, cum et ames et
potiri desideres et pecuniam dari, interea tamen nullum
periculum uelis sustinere. haec autem stultitia est, pro-
325 tinus uelle id quod non potest contingere. — **84** AVT
HAEC CVM ILLIS SVNT HABENDA AVT ILLA CVM HIS AMIT-
TENDA SVNT aut enim debet fructum et potiundi utilita-
tem cum periculo sustinere aut pariter et commoditas
326 amittenda est, si periculum deuitatur. — **85** HARVM DVA-
RVM NVNC VTRAM MALIS VIDE de duabus illis propositis

2 ILLO — quid *suppl. Lindenbr.* ‖ 4 pendes *GP*, pedes *VS* | oratio *Lindenbr.*: -tione (-tionem *G*, -tio est *B'*) *codd.* | hec *β* | intercessione *Lindenbr.*: -io *codd.* ‖ 5 quod] quo *GPVS*; qui *Lindenbr.* ‖ 6 enim *2. om. G* ‖ 8 consilium illud *G* ‖ 10 circuitus in oratione *G* | idcirco ⟨Clitipho⟩ *Schopen* ‖ 11 occipit *FB'* (= *Ter.*) ‖ 15 redi at (redit at *α*, redeat *G*) enim *codd., corr. W.* ‖ 16 enim reticere uero *PVS* | iniurius *Ter.* ‖ 17 est *FB'* | unde — possum *om. F* ‖ 20 et cum *F α* ‖ 21 desideras *β* | tamen *W.*: tu *codd.* ‖ 22 haec *Goetz*: hoc *codd.* ‖ 24 mittenda *PVS* (= *Ter. cod. A*) ‖ 25 debet *Schopen*: -bent *codd.* ‖ 27 omittenda (com- *G*) *codd.* ‖ 28 uelis *G*

condicionibus, ⟨ut⟩ aut periculum cum fructu capiat aut, si
periculum fugiat, utilitatem pariter contemnat, ex his, inquit,
327 quamlibet condicionem eligat. — **86** ETSI HOC CONSILIVM QVOD CEPI RECTVM ESSE ET TVTVM SCIO incitare
adulescentem cupit, ne frustra operam perdiderit, quod
meretricem adduxit. ita ostendit tutum consilium esse,
quod suscepit, ut apud patrem amica sit sine metu et
331 argentum quod promissum est inueniri possit. — **90** SI QVIDEM HOC FIT quam cito est motus adulescens, quando
utrumque dixit esse praeparatum, ut et amica in domo
patris sine metu sit et argentum ei quod debitum est
337 reddi possit. — **96** EXPERIVNDO SCIES ipsa actione expertus
agnosces. — NIHIL SATIS FIRMVM VIDEO QVAMOBREM ACCIPERE HVNC MIHI EXPEDIAT METVM nullam rationem uideo
firmitatis in consilio, unde debeam talem metum susci-
338 pere, ut apud patrem amica mea sit. — **97** MANE HABEO ALIVD SI ISTVC METVIS QVOD AMBO CONFITEAMINI SINE PERICVLO ESSE hoc irridenter dicit: uult enim obuius ire mere-
trici et dicere, ut domum reuertatur. aliter enim incitari
adulescentis animus non potest, qui fastidiosus coepit esse
per copiam, nisi id quod cupit subito denegetur. —
343 **102** TVNC QVOD BONI EST praecisa haec oratio ordinem
habet talem: tunc quod boni est fruare, dum licet. rursus
345/47 alia praecisa **104** NAM NESCIAS, cuius ordo est **106** EIVS
349 SIT POTESTAS POSTHAC ⟨AN⟩ NVMQVAM. — **108** CONCALVIT
354 calore subito concitatus est. — **113** QVASI ISTIC MINOR MEA RES AGATVR QVAM TVA in hoc consilio maius mihi
periculum propositum est quam tibi; nam si aliquid ad-

1 ut *add. Goetz.* ‖ 2 fugerit . . . contemnet *G* ‖ 3 eliget *PVS*, -ge *B′* | ETSI] si FP^1, scio $P^2B'VS$ ‖ 5 opera *codd.*, *corr. Lindenbr.* ‖ 7 suscepit *B′*, -cipit *rell.* | ut *om. G* ‖ 8 ⟨et⟩ quod *Fα* ‖ 10 dixit esse *G*, est (quod *add. F*) dixit *rell.* | ut et] et (ẹsṭ *F*, *om. B′*) ut *Fα* ‖ 11 sit sine metu *G* ‖ 13 ACCIPERE *om. PVS* ‖ 16 meum amica *G* ‖ 17 ⟨et (sẹṭ *P*)⟩ quod *PVS* ‖ 18 irridentes *PVS*, -dendo *B′*; -dens *Lindenbr.* | dixit *G* ‖ 19 dicere ⟨ei⟩ *G* | enim *om. G* ‖ 20 animus adolescentem *G* ‖ 23 habet *B′*, -bens (*post* talem) *F*, *om. rell.*; *fort.* tenet *excidit* ‖ 24 nescis *G* ‖ 25 umquam *G* ‖ 26 calorem *PVS*, ad cal- *B′* | istuc *F*, ista *PVS*

uersi contigerit, tibi uerba sunt praeparata, mihi uero
uerbera: unde hanc rem negligere omnino non possum. —
358 **117** SCILICET . . . IN EVM IAM RES REDIIT LOCVM VT SIT
NECESSE intelligit Clinia, cum apud illum sit hospes, ne-
cessitatem sibi impositam, uti hoc quod ab eo petitur
negare non possit, uti assimulet amicam suam esse mere-
364 tricem. — **123** IN TEMPORE AD EAM VENI in occasione,
ut (*Verg. Aen. IV 423*) 'sola uiri mollis aditus et tem-
365 pora noras'. — **124** NAM MISERVM QVENDAM OFFENDI MI-
LITEM haec occasio est: ut ibi ei consensum commodaret,
haec fuit occasio, quod uolebat miserum militem de nega-
370 tione sua in amorem amplius suscitare. — **129** QVAM SIT
372 PERSPICAX quam sit suspiciosus. — **131** INVERSA VERBA
quod semper adulescentuli faciunt, ut syllabarum ordinem
mutent et sic intellectum conuersione confundant, ut in-
telligentibus potius loqui uideantur. — EVERSAS CERVICES
373 TVAS quod iactantia et superbia est. — **132** GEMITVS
SCREATVS TVSSIS haec omnia adulescentuli faciunt, quo-
tienscumque uidere aut uideri uolunt ab his, quos desi-
derant, ita sub quodam metu, ut, quasi dum aliud neces-
sitate conficiunt, sic impleant uoluntatem.

4.

381 **1** EDEPOL TE MEA ANTIPHILA LAVDO ET FORTVNATAM
IVDICO haec scaena comparationem continet earum mu-
lierum, quae amicae sunt ita, ut uni seruiant, et earum,
quae plurimis sui corporis exhibent potestatem. et ne
uideantur meretrices iniustae esse, defensio est, in qua quasi

2 parata sunt uerba *G* ‖ 3 redit *G α* ‖ 6 non *om.* *G α* | ut *B'VS* | meretricem esse *G* ‖ 8 ut ⟨illud⟩ *F* ‖ 10 ut ibi ei *G*, ut ibi enim *FVS*, ubi enim *P* ‖ 12 plus *G* ‖ 15 confundat' *G*, -dent (-dere *S*) *α* ‖ 16 loqui potius *G* | uideatur *α* ‖ 17 superbia et iactantia *G*; iactantiae et superbiae *Schopen* ‖ 18 tussis screatus P^2VS ‖ 23 tenet *G* ‖ 24 et *om.* *G* ‖ 25 potest autem *codd.*, *corr. Lindenbr.* ‖ 26 uideatur GV^1 | meretricis *GPVS* | iniusta (esse *om.*) *G* | est *Lindenbr.*: ista (*om. G*) *codd.*

quaedam forma controuersiae hic continetur: res enim fiunt meretricibus, quae iniustae sunt amatoribus suis, satis aduersae, dum plurimum petunt. quam rem purgans meretrix dicit se hoc, quod faciant, facere necessitate, ne cum aetas abierit et senectute extincta pulchritudo discesserit, inopia maneat, si non antea quaesierint uictum, quo possint sustentare desertam et miseram senectutem. — EDEPOL TE MEA ANTIPHILA LAVDO ET FORTVNATAM IVDICO uehementer te beatam felicemque iudico, cum id egisti, ut mores tui formae conuenirent. ut oportuit, iam defensionem suam uidetur meretrix exorsa, siquidem scit, quid oporteat fieri, et laudat eam, quae cum pulchritudine tenet morum in-
383 tegram castitatem. — 3 MINIMEQVE ITA ME DI BENE AMENT MIROR SI TE SIBI QVISQVE EXPETIT et non ualde miror, si, cum his moribus et hac sis pulchritudine, ⟨semper⟩ sit ali-
384 quis, qui te diligat et te sibi petat. — 4 NAM MIHI QVALE INGENIVM HABERES FVIT INDICIO ORATIO namque mores tuos
385 mihi tuis sermonibus indicasti. — 5 ET CVM EGOMET NVNC MECVM IN ANIMO VITAM TVAM CONSIDERO hic iam praeparat accusationis defensionem, quae in se esse possit, dicitque merito huiusmodi mulieres, quae uni seruiunt, hoc est quae se separant a uulgo, sic recte bene facere, nec minus mirabile esse, quod meretrices malae sint. hoc enim dixit
387 7 ET VOS ESSE ISTIVS MODI ET NOS NON ESSE HAVT MIRABILE EST: uobis enim cum sit uoluntas cum uno uiro semper esse, debetis seruare bonitatem; nos autem bonas esse non sinunt hi, cum quibus rem habemus. nam propter pulchritudinem nos amatores nostri colunt, qui continuo mutant

1 hic controuersiae *codd.* ‖ 2 meretricibus *W.*: -tricis (-ces *F*) *codd.* | aduersa *G* ‖ 3 petant P^2VS ‖ 6 si non] nisi P^2VS | quesiuerint α | uictum] lucrum S^2 ‖ 7 desertam] desidiam *F*, deseriam P^1, decrepitam $P^2B'VS$ | et] ac *PVS* ‖ 9 beatam] fortunatam *G* ‖ 10 tuae *B'VS* | deprehensionem *codd.*, *corr. Lindenbr.*; deprecat- *Schoell* ‖ 15 semper *add. Schoell* ‖ 16 et⟨si⟩ *BVS* | expetat *G* ‖ 19 praeparat *Schopen*: rep- *codd.* ‖ 20 possit esse *G* ‖ 21 mulieris $G\alpha$ ‖ 22 segregant se *G* | sic] sit (sint *F*) *post* recte $P^2B'VS$, *post* facere βP^1 | mirabile minus *G* ‖ 23 sint *F*, sunt *rell.* ‖ 28 colunt] uol- $F\alpha$

uoluntatem, si fuerit forma mutata. ergo nisi prospectum
antea fuerit, desertae et cum inopia in senectute uiuimus.
uide sic purgatum quod male audire potuisset, non iniuste
393 malas esse meretrices. — **13** CVIVS MOS MAXIME EST CON-
SIMILIS VESTRVM his moribus se sociant uobis, qui habent
395 ipsi hunc morem et similem uoluntatem. — **15** VT NVM-
QVAM VLLA AMORI VESTRO INCIDERE POSSIT CALAMITAS ut
semper amor inter uos ualeat neque senectute aut ullo
396 morbo discidium possit existere. — **16** NESCIO QVIDEM
ALIAS ME SEMPER SCIO FECISSE SEDVLO VT EX ILLIVS COM-
MODO MEVM COMPAREM COMMODVM quid agam, uehementer
ignoro: illud certum est mihi numquam ⟨me⟩ meum com-
398 modum sine illius commodo comparasse. — **18** ERGO MEA
ANTIPHILA TV NVNC SOLA REDVCEM ME IN PATRIAM FACIS
adulescens uenientem amicam intuetur et secum loquitur,
quod eius amore factum sit, ut in patriam reuerteretur. —
399 **19** NAM DVM ABS TE ABSVM cum enim abs te discessi,
uniuersos labores leues arbitratus sum excepto hoc, quod
401 te carebam. — **21** HOCINE ME MISERVM NON LICERE MEO
MODO INGENIO FRVI si bonum ingenium, inquit, puellae
habere me non sinit pater, ita hoc ingenio bono amicae
me ⟨meo⟩ modo frui non licere uehementer ingemisco. —
402 **22** DIV ETIAM DVRAS DABIT diu etiam durus hic existet.

III.

1.

410 **1** LVCESCIT HOC IAM CESSO PVLSARE OSTIVM VICINI
notandum ex hac scaena, quod in nulla alia comoedia
licet reperire, ut biduum tempus in comoedia sit: omnes

2 ante α | uiuimus in senectute *G* ‖ 3 iuste *B'VS* ‖ 4 meretrices esse *G* ‖ 8 inter uos amor *FPVS* ‖ 9 alias me quidem *F* (= *Ter.*) ‖ 12 me (*post* meum) *add. Lindenbr.* ‖ 19 te] tui *G* ‖ 20 si *G*, sibi *rell.* ‖ 21 me *G*, mihi (*add.* ÷ *PVS*) *F* α ‖ 22 meo (*pro* me) *Lindenbr.* ‖ 23 etiam *PS*, autem *rell.* | hic *F*, huc *rell.*; adhuc *Westerh.* ‖ 26 reperiri *P²B'VS* | bidui *Schopen* (*recte? cf. infra*)

enim uno die actus suos explicant ex eo ipso, quod cuncta
effici possunt, ut aut nuptiae celebrentur aut cognitio fiat
expositi aut aliquid horum. at hic bidui rationem uersari
intelligimus; ergo dixit 'lucescit hoc'. habet haec scaena
allocutionem, in qua ostendit se properare, uti Menedemo
nuntiet filium redisse, quamquam hoc nolit adulescens, cum
415 patris sui nesciat uoluntatem. — **6** CVM ILLI PERICLI NIHIL
EX INDICIO SIET NON FACIAM ut celem tam insperatum
gaudium, cum ipsi adulescenti nihil periculi sit ex eo quod
indicatur.

---

420 **11** AVT EGO PROFECTO INGENIO EGREGIE AD MISERIAS
NATVS SVM haec scaena persuasionem habet, quemadmodum pater filium suscipiat et falli se per seruos sinat neque tanta facilitate utatur, ut corruptis filius moribus uiuat, si semel facilitatem erga se patris agnouisset. tenebit ergo diuisiones, ut omnis deliberatiua, ab utili et ab honesto, simul et an fieri possit: quae omnia suo loco plenius explicabimus; nunc tantum ea, quae obscura sunt, dicemus.

427 **18** NVNTIVM ADPORTO TIBI CVIVS MAXIME TE FIERI
PARTICIPEM CVPIS bene generaliter in nuntio uotum futu-
rum esse promisit, ut animus cupidus probari possit, cum
non aliud suspicatur quam quod in desiderio fuerat col-
429 locatum. deinde subiungit **20** NVM QVIDNAM DE GNATO MEO
430 AVDISTI CHREME. — **21** VALET ATQVE VIDIT temperauit
primo nuntium, ut cresceret gaudium: nam primo 'ualet
atque uiuit' inquit, quod utique diuersum esse manifestum
est; nam u a l e m u s, cum integra salute sumus, u i u i m u s,
cum spiritum ducimus. — VBI NAM EST QVAESO parum
credit gaudii, quod sibi salus filii nuntiatur. nunc de loco

1 quod *Schopen*: quo *codd.* ‖ 4 haec habet *G*, habet *FV* ‖ 6 nolit *Lindenbr.*: negligit *codd.*; nolle intelligit (adulescentem) *Schoell* ‖ 9 cum *F*, non (nam *B'*) *rell.* | fit *B'* ‖ 12 quomodo *G* ‖ 13 suscipiat *F*, -peret *rell.* ‖ 14 tantum *Fα* | utatur *F*, -mur *rell.* | ut *G*, ne *rell.* ‖ 16 tenet *G* ‖ 17 ab *om.* *GB'VS* | simul et an *W.*: similiter *codd.* ‖ 18 explicamus *GP*[1] | ea *P*, eadem *rell.*

quaerit ipse, quippe qui eius absentiam dolere uideatur. —
431 **22** MEVS GNATVS cum iterum quod cupiebat senex au-
disset, tamquam parum credat, interrogationem repetit.
denique percursis omnibus cum confirmationem nuntii au-
disset, perseuerat gaudio minus credere. denique adiecit
432/36 **23** DVC ME AD EVM OBSECRO. — **27** NON TV EI DIXISTI
VT ESSEM non tu ei indicasti, quemadmodum nunc essem. —
437 **28** QVIA PESSIME IN TE ATQVE ILLVM CONSVLIS hic iam
incipit suasoria illa, quae animum patris componit, ut
circa filium temperet lenitatem aut largitatem nimiam
aut parcitatem: ʻutroque genere peccas, dum aut nimium
largus es aut nimium parcus. ex hoc fit, ut in unum
443 malum ex diuersis moribus uenias'. — **34** PRIMVM OLIM
QVAM PATERERE POTIVS FILIVM COMMEARE AD MVLIERCVLAM
hoc tibi initium mali fuit, quod non filium permisisti ad
mulierculam commeare hanc primum, quae adhuc paulo
uidebatur esse contenta, cui omnia grata esse potuerunt,
quae filius faceret. at tu iniustitia tua adulescentem tuis
sermonibus terruisti; exinde illa coacta necessitate ⟨est.
446 et⟩enim hoc dixit **37** INGRATIIS COEPIT VICTVM VVLGO
448 QVAERERE. — **39** NVNC CVM SINE MAGNO INTERTRIMENTO
NON POTEST HABERI unde modo sine magno damno haberi
non potest. intertrimenta autem sunt, quae intus teren-
449 do damna perficiunt. — **40** QVIDVIS DARE CVPIS scio
450 enim: quodcumque desideras dare. — **41** QVAM EA NVNC
INSTRVCTA PVLCHRE AD PERNICIEM SIET uerum ut possis

1 queritur *codd., corr. W.* | uidetur (*om.* qui) *G* ‖ 2 iter *α* ‖ 3 repetit *G*, petit *rell.* ‖ 4 percursis *G*, -cussis *rell.* | non firmationem *PVS* | nuntiasset audisse *codd., corr. Lindenbr.* ‖ 5 gaudio *G*, -ium *rell.* | denique] ideoque *S*² (*edd.*) ‖ 10 aut] uel *Schopen* ‖ 12 aut (ut *P*) ⟨ante a⟩nimum (-ium *F*) *F α* | fit] sis (sit uel sis *PVS*) *ante* ex *GPVS* ‖ 15 fuit mali *G* ‖ 16 hac (hoc *F*) primum quę *β*, hocrimumquę *P*¹, hoc crimen (est *add. B'*) quod *P*²*BV*, ////////// quod *S* | adhuc] huc *B'VS*¹, tunc *S*² ‖ 17 contentum *P*²*B'V* ‖ 18 filius *Lindenbr.*: facilius *codd.* | tua ⟨cum⟩ *P*, cum *VS* ‖ 19 terruisti sermonibus (*om.* tuis) *G* | est. etenim *W.* ‖ 20 dixit hoc *G* | ingratis *FB'*, *om. G* | uictum ⟨sibi⟩ *F α* | VVLGO *om. B'VS* ‖ 23 sunt *et* 24 damna *om. G* ‖ 25 desideras] uis *G*

intelligere, quemadmodum nunc illa meretrix instructa sit
aduersus filium tuum et ad quam perniciem adducta. —
452 **43** ONERATAS VESTE ATQVE AVRO parum dixerat 'ancillas
decem', quae res tantum ⟨in⟩ numero collocata uidebatur;
adiecit 'oneratas ueste atque auro', ut pudori sit ancillas
tales ita uestitas leui cibo pascere aut certe seruili. —
SATRAPES SI SIET AMATOR apud Babylonios satrapae appel-
457 lantur ditissimi et satellites regum. — **48** PYTISSANDO
MODO MIHI QVID VINI ABSVMPSIT omitto cetera, ex quibus
damna possis agnoscere: in una cena quae mihi conti-
gerint, quantum uini absumpserit uide, dum pytissat!
proprie autem pytissare dicitur quid gustare ⟨et⟩ quasi
458 cum quadam probatione expuere. denique adiecit **49** SIC
HOC DICENS ASPERVM PATER HOC EST ALIVD LENIVS SODES
460 VIDE. — **51** RELEVI DOLIA OMNIA linire est contegere et
operire; contrarium est 'releui', quod est aperui. — OM-
NES SERIAS OMNIS SOLLICITOS HABVI hoc est ebrios. signi-
ficat enim 'sollicitos' in solo citatos, quod ebriis contingit,
quibus non sunt firma uestigia, sed motu corporis citi
462 sunt. — **53** QVEM ASSIDVE EXEDENT quem cotidie come-
463 dent uel certe frequenter. — **54** ITA ME DI AMABVNT VT
ME TVARVM MISERITVM EST MENEDEME FORTVNARVM in meo
damno magis misericordiam pro te passus sum et pro
464 fortunis tuis. — **55** FACIAT QVOD LIBET indulgentissimus
pater et qui uehementissime filium desiderabat et diligebat,
licet damna audisset, tamen omnia se dicit filio permit-
466 tere uelle, dummodo ipsum habeat in potestate. — **57** SI
TIBI EST CERTVM SIC FACERE hic iam persuadet, ut illud

2 adducta *G*, adiecta (obi- *F*) *rell.* ‖ 4 decem ancillas *G* | in *add. Lindenbr.* | uidebatur numero tantum *G* ‖ 5 pudori *F*, -ris *rell.* ‖ 7 sit *GP*, sicet *VS* | babilonios *codd.* ‖ 9 assumpsit *FB'VS* ‖ 10 cognoscere *G* (*recte?*) | contigerit *G*, -runt *rell.* ‖ 12 et *add. Westerh.* ‖ 15 ⟨at⟩ linire *G*, lenire *F*, breuire *PVS* | contigere *PVS*, -tingere *F*, obte (!) *G* | contra *F*, cūtrare *PVS* ‖ 18 solo citatos *Lindenbr.*: sollicitatos *codd.* | contigit *GVS* ‖ 21 ⟨bene⟩ ament *G* ‖ 25 desiderabat filium *G* | et *FB'*, *om. rell.* ‖ 28 certum est *G*

quod supra dixi⟨t Menede⟩mus uelit adulescentis animo
ueluti nesciens dare, cum artibus serui inductus pecuniam
dat et luxuriam ministrat. denique ipsum consilium suum
470 quod sit proponit **61** FALLI TE SINAS *TECNIS* PER SER-
471 VV*L*V*M*. an fieri possit, adiungit **62** SVBSENSI ILLOS HOC
QVOQVE AGERE: ex eo enim, quod iam agunt et praepa-
474 rant, fieri potest. deinde ab utili adiungit **65** ET TIBI
PERDERE TALENTVM HOC PACTO SATIVS EST QVAM ILLO
MINAM melius est, ut ⟨in⟩sciens plurimum perdas, quo-
tiens filius tollit, quam sciens minimum, cum ex hoc filius
quod licentiam agnouerit, iam eum libebit maiora com-
476 mittere. denique adiungit ab honesto **67** NON NVNC DE
PECVNIA AGITVR. ostendit honestum et utile declarauit.
denique perseuerat circa id ipsum, ut dicat 'cum enim
intellexerit animum tuum, te prius uitam tuam proditu-
rum et omnem pecuniam quam abs te filium dimittas,
uide quam fenestram ad turpitudinem, ad luxuriam nequi-
tiamque patefeceris', hoc est quantam ianuam dederis
486 peccato. — **77** TV REM PERIRE ET IPSVM NON POTERIS PATI
statim tu interire bona et filium uiuere luxuriose et malis
487 operibus non patieris. — **78** IBIT ILICO ⟨AD⟩ ILLVD sibi ueluti
remedium suscipiet, ut abiturum se esse minitetur, maxime
490 cum scit apud te se plurimum praeualere. — **81** VIDERE
VERVM ATQVE ITA VTI RES EST DICERE uidere mihi uerum
492 dicere et ita quemadmodum res est. — **83** DVM ID QVAERO
TIBI QVI FILIVM RESTITVEREM tota hac nocte somnium
oculis meis non cepi quaerens, quemadmodum filium red-

1 dixit Menedemus *W.* (*duce Schop.*) ‖ 2 inductus *Goetz*: -tam *codd.* ‖ 3 ⟨ad⟩ luxuriam *Lindenbr.* | ministrat *S*, -et *rell.* ‖ 4 tegnis *G*, *om. F* ‖ 6 iam *om. G* ‖ 7 ⟨non⟩ potest *G* | adiunxit *Fα* ‖ 9 insciens *Lindenbr.* | ⟨quam⟩ quotiens (tot- *P*) *codd. praeter B′* ‖ 10 tollat *G* ‖ 11 eum] cum *G*; ei *Lindenbr.* | maiora *B′*, matura (naturā *G*, inmatura *F*) *rell.* | commutare *G* ‖ 14 cum enim] nam si semel *G* ‖ 15 ⟨ille⟩ tuum animum prius proditurum te tuam uitam *G* ‖ 17 uide] hui *F* | quam (quantam *post* fen- *G*) *βB′*, *om. rell.* ‖ 21 operibus] moribus *F* | non *F*, *om. rell.* | patieris *G*, patis *PVS*, poteris pati *FB′*; *hic desinit cod. B′* ‖ 22 suscipere *G* | ut *F*, et *G*, *om. α* | minitabitur *G* ‖ 23 ualere *G* ‖ 24 uidere — est *om. G* ‖ 26 filium qui *G*

499 dam uicino, utrum nuntio solo an et consilio. — **90** VICINI NOSTRI HIC AMBIGVNT DE FINIBVS litem uicini de
500 limitibus habent. — **91** ME CEPERE ARBITRVM me iudicem
503 sibi esse uoluerunt. — **94** ITANE COMPARATAM ESSE HOMINVM NATVRAM OMNIVM sensus hic est: satis miror, cur prudentius sapit Chremes. an ita natura hominum comparata est, ut intentius uideant ea, quae aliena sunt, quam quae sunt sua? an hoc ideo fit, quia, dum nos in re nostra sumus, aut gaudio impedimur aut aegritudine ani-
508 mum occupatum ad praeuidendas res adhibere non possumus? — **99** DISSOLVI ME OTIOSVS OPERAM VT TIBI DAREM cito reuertens ab eo, quo ierat, Chremes dicit se ex illo negotio solutum et amico operam traditurum.

2.

512 **1** HAC ILLAC CIRCVMCVRSA INVENIENDVM EST TAMEN ARGENTVM INTENDENDA EST IN SENEM FALLACIA seruus ⟨egreditur⟩ argentum desiderans, quod dare meretrici possit. tamen hoc quod loquitur non uidetur domino praesenti esse suspectum: quoniam enim supra (*III 1, 61 sqq.*) dixerat seruum Syrum quasi in Menedemum dolos tendere, uti argentum meretrici per fallacias quaereretur, ideo 'in senem' generaliter dictum. denique hoc suspicatus Chremes,
514 quasi in Menedemum ista fiant, dixit **3** NVM ME FEFELLIT HOSCE ID STRVERE: fortasse ille Cliniae seruus tardus est, idcirco noster Syrus hanc prouinciam sumpsit, hoc est iussum officium suscepit, ut ipse quaerat argen-
518 tum. — **7** TE DEMIROR CHREME TAM MANE QVI HERI TANTVM BIBERIS te ualde miror mane uigilare, qui heri tan-

1 uicino *post* consilio *codd.; fort. dittogr.* ‖ 3 habent *ante* de P^2VS ‖ 5 est hic *G* ‖ 6 comparata *ante* natura *G* ‖ 7 intentius *G*, indyus *P*, inclytus *V*S, melius *F*; citius *Schopen* ‖ 8 nostra re *G* ‖ 10 ad praeuidendas *G*, ad prehendas ad respuendas *α*, ad respuendas *F* ‖ 12 ierat] erat *Fα* ‖ 14 INVENIENDVM — ARGENTVM *post* FALLACIA *Gα* | tamen est *β* ‖ 16 egreditur *add. W.* | desiderat *F* ‖ 19 seruum *Schopen*: -us *codd.* | in *om. FVS* ‖ 22 quasi *Zeune*: quod si (si *om. F*) *codd.* | ita *α* ‖ 23 id ⟨in⟩struere *codd. praeter F* ‖ 26 miror *VS* | TAM *F*, *om. rell.* | te — 27 biberis *om. G*

521 tum biberis. — **8** NIHIL NIMIS non multum. — **10** AQVI-
LAE SENECTVS aiunt aquilam in senectute, quod ei rostri
pars exterior uetustate et incremento curuata foramen in-
cludat, ad cadauera accedere et sic sanguinem in potum
sumere et quodammodo bibendo uiuere. hoc igitur ait
seruus domino, quasi bibendo totum tempus hesterna cena
523 egerit, 'uisa uero est quasi aquilae senectus'. — **12** ET
QVIDEM HERCLE FORMA LVCVLENTA non solum commoda et
524 faceta *est* mulier, *sed* et speciosa forma. — **13** ITA NON
VT OLIM SED VTI NVNC SANE BONA hic intelligi datur,
quod senex sciat eandem ante fuisse castam, ante pauperem,
nunc uero meretricio more uiuentem. ideo adiecit seruus
'non quemadmodum antea bona, sed uti nunc, ⟨si non⟩ sibi
527 ipsa comparatur, sane bona'. — **16** AT QVASI IS NON DIVI-
TIIS ABVNDET ⟨inuident⟩ium ex more inopiam male meren-
529 tis adiecit 'quasi non diuitiis abundet'. — **18** QVID EGO
NESCIAM HOMINEM PISTRINO DIGNVM ut facilius seruum do-
minus incitare potuisset ad id, quod cupiebat, seruo adiu-
torem eum esse ad tendendam in Menedemum fallaciam
propter argentum, fingit se irasci seruo Cliniae: 'hominem'
532 inquit 'pistrino dignum', cui iungitur **21** QVI PASSVS ID
FIERI. — QVID FACERET callide seruus, tamquam ignoret
quid fieri debuisset, a domino quaerit, ut maiorem suscipiat
uoluntatem fallendi, qui ⟨fallere⟩ dominum suum hunc
ipsum, cum ab eo fallaciae argumenta collegerit, cupiat.
537 denique sibi hoc praeparans hoc postea dixit **26** LAVDAS
QVI EROS FALLVNT. — IN LOCO EGO VERO LAVDO bene adiecit,
ne perpetuam male faciendi licentiam seruis daret, 'in loco'.
538 — **27** QVIPPE QVI MAGNARVM SAEPE ID REMEDIVM EST

1 NIMIS] minus *F*α ‖ 6 quasi] quod dici solet *G* ‖ 9 est *om. F* ‖ 11 castam fuisse *G* | antea *2. G* | pauperem] *hic incipit cod. L* ‖ 13 si non *add. Goetz.* ‖ 14 compararet *L*, -paretur *F*, -pararetur α | qui si *codd.*; quid si *infra* ‖ 15 inuidentium *W.*: cum *codd.* | merentis *W.*: mentis *FG*α, meritis *L* ‖ 16 qui si *G* ‖ 19 ad tend-] attend- *codd.* ‖ 20 clinia *L*α ‖ 22 seruum *L*α ‖ 24 fallendi qui fallere *W.*: qui (*om. G*) fallendi *codd.* | suum *om. LF* | ⟨atque⟩ hunc *G* ‖ 26 hoc *om. G* ‖ 28 seruis *G*, -us *rell.* | daret ⟨dixit⟩ *codd.*

AEGRITVDINVM namque falli in tempore maximum saepe
541 remedium est, ut grauior aegritudo uidetur. — **30** IOCON
AN SERIO ILLAEC DICAT NESCIO an consilio istaec dicat an
ioco an necessario, intelligere non possum: unum tantum-
modo intelligo, quod mihi ad hoc, quod disposui, cumulat
543 uoluntatem. — **32** ET NVNC QVID EXSPECTAT SYRE hic
iam, dum accusat adulescentis seruum, hortatur suum do-
546 minus, quo ipse hos dolos tendat. denique adiecit **35** AT
547 TE ADIVTARE OPORTET ADVLESCENTVLI CAVSA. — **36** FACILE
EQVIDEM FACERE POSSVM SI IVBES peritiam suam circa
huiusmodi rem declarauit seruus, sed dixit metuere domini
uoluntatem et posse se facile facere, si ipse uoluerit im-
548/50 perare. — **37** CALLEO peritus et doctus sum. — **39** AT
HEVS TV FACITO DVM EADEM HAEC MEMINERIS iam prae-
parat sibi dominum monetque, ut meminerit haec omnia,
si quando euenerint, sicuti humana sunt omnia, uti et filius
553 eius possit ista perficere. — **42** NON VSVS VENIET non hoc
554 continget neque fieri potest. — **43** NEQVE EO NVNC DICO
QVOD QVICQVAM ILLVM SENSERIM bene purgat id, quod
inmiserat suspicionis, ne uero iam credat adulescentem
filium pater talia uel cogitare uel facere, dixitque se
seruum ex suspicione ista metuere, quod eius aetas iam
talis *esset,* uti necessitas fuerit, ut Chremetem ita ducat
et tractet, quemadmodum nunc senex uidetur hortari. —
557 **46** DE ISTOC CVM VSVS VENERIT VIDEBIMVS si quid tale
contigerit, tunc uidebimus, quid necessitas coget facere. —
560 **49** NEC CVM MALE FACEREM nisi cum me senex adhortatur.

1 falli in *W.*: fallunt *codd.* ‖ 2 ut] ut ne *L*; ne *Lindenbr.*, *qui etiam* uideatur ‖ 3 illa hęc *codd.* | istaec *P'*, ista haec *P²VS*, ista e- *L*, ista *F*, id *G* ‖ 5 disposui *Lindenbr.*: -it *codd.* | cumulat *om. L* | uoluptatem *βP* ‖ 7 suum *L*, seruum *rell.* ‖ 11 se dixit *LGP¹* ‖ 12 facile *om. L*, facere *om. rell.* ‖ 14 si quando haec omnia *L* ‖ 20 suspiciones *codd.*, *corr. W.* ‖ 21 facere uel cogitare *Gα* | se *om. FG* ‖ 23 esset *G*, *om. LF* | necesse *G* ‖ 26 ⟨et nunc (ut nunc *G*)⟩ contigerit (nunc contigerit *post* quid *L*) *codd.*; *varia lectio ad* tunc? | quid *L*, quod *rell.* | coget *LP*, -it *rell.*

3.

562 1 QVID ISTVC QVAESO AVT QVIS ISTIC MOS EST CLI-
TIPHO haec scaena locum communem tenet in eum, qui
hospitis sui amicam corrumpat: pater tamen non sic uti-
tur tamquam communi, at ita respondet filius tamquam
negans, ut magis coniecturae causa sit quam communis
locus. uerum patrem tamquam communem locum dicen-
tem accipiamus et primo generaliter cum inuidia; deinde
cum interrogatus esset, quidnam fecisset, ille continuo non
563 factum, sed uere factum protulit dicendo 2 VIDINE
EGO, ut a probatione exordiretur et post hoc ostenderet
crimen, quod manum adulescens in sinum meretrici in-
564 serebat. — 3 ACTA HAEC RES EST PERII Syrus seruus
credit senem inuenisse filium amare meretricem, quae res
antea per dolum celabatur. ideo uehementer metuit. —
566 5 NAM ISTAE QVIDEM CONTVMELIAE SVNT supra quidem
'iniuria' dixerat, uerum adiecit 'contumeliae sunt'. est
enim i n i u r i a, cum quasi uiolentia aliquid in corpus
efficitur, c o n t u m e l i a uero, cum praeter uiolationem cor-
567 poris est et uiolatio opinionis. — 6 EIVS AMICAM SVB-
IGITARE hoc est crimen, quod supra posuit. 'subigitare'
autem ad perfectionem ipsam libidinis intelligimus. —
568 7 VEL HERI IN VINO QVAM INMODESTVS FVISTI hoc ex ante-
570 cedentibus argumentum colligens dixit. — 9 NOVI EGO
AMANTIVM ANIMVM ADVERTVNT GRAVITER QVAE NON CENSEAS
ita enim mos est amatoribus, ut ampliora suspicentur, quam
572 tu poteris suspicari. — 11 ESTO AT CERTE CONCEDAS HINC
ALIQVO AB ORE EORVM ALIQVANTISPER hic mandat pater,
ut discedat a domo filius: aliter enim negat fieri posse,
ut impudentia adulescentis comprimi possit. dicit etenim

7 et *L*, hoc *rell*; ac*?* ‖ 9 Audine *Lα* ‖ 10 hoc *om.* *α* ‖ 15 istaec quidem contumelia est *G* ‖ 16 iniuriam dixit *G* | contumelia est $FGPV^2$ | est enim *Lindenbr.*: etenim *codd.* ‖ 17 cum quasi *Westerh.*: quasi (quosi *Lα*, si *G*) cum *codd.* ‖ 18 uiolationū *Lα* ‖ 20 posuit] possint *Lα* ‖ 21 ad *om.* *V* ‖ 25 item *VS* | ut *F*, *om.* *rell.* ‖ 26 tua *α* | HINC *om.* *FG* ‖ 28 posse fieri *G*, posse *F*

multa libidinem uelle eamque sub cuiuscumque praesen-
574 tia se minus audere complere. — **13** EGO DE ME FACIO
CONIECTVRAM hoc ita esse ex me suspicor; nam nemo
est ex amicis, apud quem uniuersa uelim exponere atque
narrare ea, quae occulta habeo: quippe aut in summa
honestate amicus ⟨est⟩ et id, quodcumque cogito, eius digni-
tate deterreor ne indicem, aut ipsa certe res propter sui
turpitudinem eam narrationem comprimit. hoc est, quod
576 dicit **15** APVT ⟨ALIVM⟩ IPSIVS FACTI PVDET NE INEPTVS
NE PROTERVVS VIDEAR 'ineptus' si ipsius facti pudet, 'pro-
teruus' si cum eo loquar, qui habet maximam dignitatem.
580 — **19** HOMINIS FRVGI ET TEMPERANTIS FVNCTVS OFFICIVM
ergo functus ⟨es⟩ officium frugi hominis et temperantis. —
584 **23** VIN TV HOMINI STVLTO AVSCVLTARE MIHI quemadmodum
in prouerbio est 'mihi si uis stulto homini auscultare,
590 licet', hoc est obaudire. — **29** AT TV TIBI ISTAS POSTHAC
COMPRIMITO MANVS quoniam pater dixerat (*v. 2*) 'uidi ego
te manus modo meretrici huic in sinum inserere', ideo
591 seruus ait 'istas ergo tibi comprimito manus'. — **30** CEN-
SEN VERO QVID ILLVM PORRO CREDIS FACTVRVM CHREME
subblanditur domino per obsequium seruus, cum de adu-
lescente quasi quendam metum habere se dicit: 'uide iam'
inquit 'qualis sit: qualem futurum putas, nisi eum, quan-
tum facultatis tibi numina concedunt, seruas, mones atque
593 castigas?' — **32** ATQVI NVNC TIBI ERE ADSERVANDVS EST
bene praesens tempus in metu ponit, ut ille sciat iam
594 filium nescio quid moliri. — **33** NAM MIHI MINVS MINVSQVE
OBTEMPERAT et hoc pulchre uidetur adiectum, quo, si qua
in culpa inuentus fuerit filius, continuo iam uideatur seruus
esse purgatus, quod eius imperium filius contemnat. —

1 cuiusque *Lindenbr.* ‖ 3 esse *G*, est *rell.* ‖ 4 ex *F*, *om. rell.* | amicorum *G* | uellē uniuersa *G* ‖ 6 est *add. W.* ‖ 7 certa *FGPS* ‖ 9 APVT] aut *codd.* | PVDET] piget *F*, principium *rell.* ‖ 12 officio GP^1V^1 ‖ 13 officium ⟨es⟩ *G* ‖ 16 post has *Lα* ‖ 21 per obliquum *G* ‖ 23 nisi eum *F*, si eum sibi *rell.* ‖ 24 tibi facultatis *FGα* ‖ 25 atque *L* ‖ 28 qua *Lindenbr.*: quid (quod *G*) *codd.* ‖ 29 iam *om. L*

598 **37** VERVM ALIVD EX ALIO INCIDIT hoc uidetur obscurum quidnam sit, sed ex his quae consecuntur manifestum fiet: nam interrogatus a domino quid esset, respondit
599 **38** PESSIMA HAEC EST MERETRIX. ita quod hic 'pessima est' de meretrice pronuntiatum est, supra (*III 2, 10*) contrarium dictum 'commoda et faceta haec est meretrix'. ergo iure dictum 'aliud ex alio incidit'. — IMMO SI SCIAS uidit dominum seruus quasi consensum commodasse, non
600 quo uerum iudicium de meretrice ⟨sit⟩: ideo adiecit **39** VIDE QVOD INCEPTET FACINVS. — FVIT QVAEDAM ANVS CORINTHIA hoc consilium dicit se seruus aduersus Menedemum sumpsisse, quo possit pecuniam ab eo exprimere, quae meretrici daretur. uerum hoc consilium in hoc prouenit, quod prosit uehementer Clitiphoni: namque fingit nunc Antiphilam, quae amica sit Cliniae, apud meretricem a quadam anu Corinthia arrabonis nomine collocatam, et nunc uelle ad Menedemum pergere, ut ab eo *illam* pecuniam accipiat, quae data sit pro puella, ut, si eandem redimeret, maxima inde lucra possit accipere. sed hoc displicet domino consilium, uerum prouenit ad euentum futurum; nam cum cognita fuerit, quod filia sit Chremetis, iam fiet necessarium, ut meretrici hoc ⟨a⟩ sene Chremete debeatur
603 argentum. — **42** ARRABONI pignori scilicet.

IV.

1.

614 **1** NISI ME ANIMVS FALLIT HIC PROFECTO ANVLVS QVEM SVSPICOR IS QVICVM EXPOSITA EST GNATA haec scaena tenet

4 ita — 6 meretrix *om.* *L* | pessima est *W.*: -me *codd.* ‖ 5 dictum contrariū ⟨est⟩ *G* ‖ 9 sit *add.* *W.*; est (*ante* de) *G* ‖ 10 quidem inceptat *α* ‖ 12 quos *Lα* ‖ 13 in hoc *om.* *G* ‖ 15 ad (at *L*) quandam anum corinthia (-am *F*) *codd.* ‖ 18 ⟨acciperet uel⟩ accipiat *L* ‖ 20 euentum *F*, adu- *rell.* ‖ 21 cognitum *Schopen*, *at cf. p. 190, 15* ‖ 22 uti *FGα* | a sene *W.*: sine *codd.* ‖ 23 pignori scilicet *W.*: pignoris *codd.* ‖ 25 gnata ⟨nisi me animus fallit⟩ *Lα*

maximam controuersiam: quippe maritus, dum grauidam
uideret uxorem, mandauit, ut, puellam si peperisset, ex-
tingueret. mater puellam peperit et exposuit eique, cum
exponeretur, anulum dedit. inuentus est apud quandam
puellam anulus. interrogata unde sit illa respondit ipsum
esse, cum quo esset exposita. hoc cum cognouisset senex,
agnita puella, quam extingui iusserat, ream facit uxorem,
quod aduersus edictum suum fecisset. hic primo uenialis
est status 'feci, sed pietate feci'. ergo primo inter se
locuntur, an ipse anulus sit, cum quo exposita sit filia. —
617 **4** AT VT SATIS CONTEMPLATA SIS MODO MEA NVTRIX sed
ut satis integre pleneque perspexeris, nutrix mea. —
621 **8** MAGNO CVM CONATV MAGNAS NVGAS DIXERIT magno cum
622 impetu ⟨mini⟩ma quaeque pronuntiat. — **9** EHEM MI VIR
hinc exordium sumptum, quod ⟨ab⟩ obsequio coepit, ut beni-
uolentiam comparare possit. deinde adiectum, quod pur-
gationis loco ponitur, quae res ad ueniam pertinet, quod
623 tamen adhuc principium sit **10** PRIMVM HOC TE ORO NE
QVID CREDAS ME ADVERSVS EDICTVM TVVM. deinde sic
625 adiunctum ex persona serui **12** NESCIO QVID PECCATI POR-
TAT HAEC PVRGATIO. finit principium, narratio supponitur
626 **13** MEMINISTIN ME ESSE GRAVIDAM ET MIHI MAGNOPERE
DICERE SI PVELLAM PAREREM NOLLE TOLLI et reliqua. —
628 **15** DOMINA EGO ERVS DAMNO AVCTVS EST noue positum
629 'auctus damno', quod ei coheres puella uenerit. — **16** EI
DEDI EXPONENDAM quia supra (*v. 15*) dixerat senex 'sustu-
listi', idcirco id dixit 'exponendam dedi', quo minus uide-
atur esse delictum. hic iam incitatus est uehementer senex,
quod exposita esset puella et exposita aduersus edictum.
ita cum impetum generalis accusationis sumpsisset, statim

5 interrogata *W.*: -tū *Lα*, -tus *G*, -t *F* || 7 agnitā puellā *LFα* || 14 minima *Schoell*: una *codd.* || 15 quo *L* | ab *add. Lindenbr.* || 18 sit *F*, se *Lα*, est *G* || 20 adiunctur^9 *L*, -tū ê *G* || 22 MIHI] nihil *α* | maxumo opere *Ter.* || 23 noli tollere *L* || 24 dominus *Lα* | ergo *codd. praeter* LP^1 | era P^2 | damno *ante* ego *codd. praeter F* (*olim sscr. fuisse videtur*) || 26 dedit *Lα* || 27 id duxit P^1, induxit *F* || 28 uehementer est *Gα* || 29 puella esset *FGα* || 30 impetum] iam principium *Schopen*

illa ad quaestionem descendit et statum apertissime collo-
631 cauit uenialem, cum dixit **18** SI PECCAVI MI CHREME IN-
632 SCIENS FECI. deinde supponitur plenior accusatio **19** ID QVIDEM EGO ETSI TV NEGES CERTVM SCIO TE INPRVDENTEM DICERE AC FACERE OMNIA. deinde post principium accusationis subiunguntur omnia crimina, quae a summo ad
634 imum dicuntur **21** TOT PECCATA IN HAC RE OSTENDIS *NAM IAM PRIMVM SI MEVM IMPERIVM EXSEQVI VOLVISSES INTEREMPTAM OPORTVIT NON SIMVLARE MORTEM VERBIS RE IPSA SPEM VITAE DARE.* et proponit sibi quasi quandam quaestionem mulier, quae contra imperium mariti fecisset, et dicit se hoc
638 fecisse pietate et materno animo.* huic respondetur **25** QVAM *VERO* BENE ABS TE PROSPECTVM EST *QVID VOLVISTI COGITA NEMPE ANVI ILLI ABS TE FILIA PRODITA EST PLANISSIME VEL VTI PER TE QVAESTVM FACERET VEL VTI VENIRET PALAM**. deinde epilogorum loco adiunctum est, quantum incommodi con-
642 secutum sit. — **29** QVID CVM ILLIS *AGAS QVI NEQVE IVS NEQVE BONVM AVT AEQVVM SCIVNT MELIVS PEIVS PROSIT OBSIT NIHIL VIDENT NISI QVOD LIBET* '*quid cum illis agas*' sensus hic obscuritatem habet; est autem talis: 'exposita tibi est filia suscepta ab ea, quae pudorem filiae tuae uenderet, sed tu *id* cogitasti, *quodcumque* satis esset, dummodo uiueret: ego nunc cogor eam suscipere, sed defendere eius pudorem non possum. quid agam cum illis, qui neque ius *neque bonum aut aequum sciunt?*' sibi dicit uiolata filia
644 nullam esse posse uindictam. — **31** CHREME PECCAVI FATEOR hic iam deprecanti sua uenia supponitur, cum dicit

636 α*[12] **23** SPEM VITAE DARE scilicet non oportuit simulare re ipsa, sed uerbis.
*[15] Anus tertiae et quartae declinationis protulit, cum hodie sit solummodo quartae, nisi aliud significet.

2 uenialem *om.* *L* ‖ 6 omnia *ante* 5 post *L* ‖ 7 dicuntur] *hic desinit cod. P* ‖ 11 dicis te *LG* | fecisse hoc α ‖ 13 ABS] a *LG* ‖ 15 deinde *W.*: de unde *L*, id unde *G*, unde *rell.* ‖ 16 est] ergo *L*, est ergo *G* ‖ 20 qui talis est (*om.* autem) α | est tibi *G*, tibi est (*post* filia) *F* ‖ 22 sed ⟨et⟩ α | esset *G*, esse *rell.* ‖ 24 cum illis agam *G*α ‖ 26 posse esse *L* ‖ 27 deprecantis (*om.* sua) α

OBSECRO QVANTVS TVVS *EST* ANIMVS *NATV GRAVIOR IGNO-*
SCENTIOR VT MEAE STVLTITIAE IN IVSTITIA TVA SIT ALIQVID
PRAESIDII quod tuus enim animus maior est aetate et
pietate clementiae, stultitiae meae debet in tua iustitia
647 esse praesidium*. — **34** *SCILICET EQVIDEM ISTVC FACTVM*
IGNOSCAM hanc quidem ueniam tibi dabo, uerum mea clemen-
648 *tia multum ad peccata compelleris.* — **35** *SED ISTVC QVID-*
QVID EST QVA HOC OCCEPTVM EST CAVSA LOQVERE per-
empta controuersia ad originem res ducitur: '*quemadmodum*
omnes miserae,* *stultae et religiosae sumus, cum dedissem*
puellam exponendam, anulum de digito mihi detraho, et eum,
ut una cum puella exponeret, dedi, si esset mortua, ne
659 *aliena a nostris bonis esse potuisset*'. — **46** *INTERII* PLVS SPEI
VIDEO *QVAM VOLO* hoc seruus cum gemitu dicit, siquidem
fieri potest, ut cognoscatur haec Antiphila, quod filia do-
mini sit. quo facto uehementer metuit, ne incipiat Clinia
amicam suam confiteri et cognoscat pater, quod meretrix
amica Clitiphonis sit. denique ideo dicit, cum nomen
dictum esset eius, cui data esset puella, ut exponeret
663/66 **50** MIRVM NE ILLA SALVA EST ET EGO PERII. — **53** NON
LICET HOMINEM ESSE *SAEPE ITA VT VVLT SI RES NON SINIT*
non licet nobis gerere perpetuam uoluntatem, maxime cum
res non permittat: ita mutemus ex tempore uoluntatem.

α*[5] id est aliquid defensionis et (*om. V*) auxilii.
*[10] in hac professione facto a generali ad speciale argu-
mento (*Lindenbr.*: -tū *codd.*) extinxit uim indignationis
651 **38** CVM PVELLA EXPONERET (·S· *add. codd.*) SI MORERETVR.
et subiungit causam NE EXPERS ESSET: neque enim libe-
ros etiam mortuos fas erat fraudari bonis.

3 enim tuus *G* | aetate *ante* maior *FGα* ‖ 5 istuc *LG*¹, -d *rell.* ‖ 8 acceptum *L*, inc- *G*, c- *rell.* ‖ 11 et eum *om. F* ‖ 12 exponeretur *F* | dedi] dico (*ante* ut) *G*, *om. F* ‖ 15 quod (quo *LG*) — sit] esse filia domini mei *α* ‖ 20 NE] ni *Fα* ‖ 22 perpetuam gerere *α* ‖ 23 mutemus *L*, mutamus *rell.* | ex] cum *α*

2.

668 1 NISI *ME* ANIMVS FALLIT seruus hic uehementer
aëstuat, quod animaduertit fieri posse, ut puella cogno-
scatur. *ideo secum loquitur* et ingemiscit, quod sibi *iam*
multum infortunium affuturum sit. — HAVT MVLTVM hoc
669 est non longe. — 2 *ITA HAC RE* IN ANGVSTVM OPPIDO
MEAE NVNC COGVNTVR COPIAE translatio facta est ab illo,
cum periclitatur exercitus in angustum coactus.* significat
670 autem 'oppido' ualde. — 3 NISI ALIQVID ⟨VIDEO nisi ali-
672 quid⟩ prospicio. — 5 TRIVMPHO SCILICET *ME LATERE TECTO*
ABSCEDERE summum gaudium est, si tutatus sine uulnere
discedam, hoc est latere tecto et custodito. non ergo de
argento cogitare debeo quemadmodum eripiam, sed quem-
673 admodum tutus *ipse* discedam. — 6 BOLVM TANTVM*
674 praedam. — 7 *AVT* QVID COMMINISCAR quid argumenti re-
676 periam.* — 9 QVID SI HOC *NVNC INCIPIAM* cogitantis
animo, quasi dum multa quaerit, inuenit quaedam, non
placita repudiat. post id quod sit optimum inuenisse dicit,
ut ad se illud argentum reuocare possit, quod omiserat.

3.

679 1 NVLLA MIHI RES *POSTHAC POTEST IAM INTERVENIRE*
TANTA QVAE MIHI AEGRITVDINEM AFFERAT allocutio est Cliniae

α *[7] cum enim in periculo est exercitus, in unum se colligit.
*[13] per figuram ⟨antithesin (*add. W., cf. Don. GL IV 397, 1*; *lac. in V*)⟩ pro d o l u m.
*[15] et est c o m m i n i s c o r inuenio uel recordor. sic r e m i n i s c o r, cuius simplex in usu non est.

3 ingemit α ‖ 4 haut (non α) multum *et* non longe *inter se commutata sunt in LGα* | id est *Fα* ‖ 5 ita ⟨hercle⟩ *G* | in hac re *LG* ‖ 8 oppido autem significat α | VIDEO — aliquid *add. W.* ‖ 9 SCILICET] si licet α (*sic Ter. codd. praeter AE*) ‖ 10 tutus α ‖ 11 discedat β | tecto ⟨id est⟩ custodito latere (*om.* et) α ‖ 12 ⟨argentum⟩ eripiam α ‖ 14 ⟨id est⟩ praedam α, pro dolo *G*, *cf.* α *interpol.* | reperiam *Goetz*: respondeam β, capiam α ‖ 16 ⟨deliberando⟩ quaerit α ‖ 17 id⟨ẽ⟩ β | inuenisse ⟨se⟩ α ‖ 18 argumentum α ‖ 19 res mihi α

OBSECRO QVANTVS TVVS *EST* ANIMVS *NATV GRAVIOR IGNOSCENTIOR VT MEAE STVLTITIAE IN IVSTITIA TVA SIT ALIQVID PRAESIDII* quod tuus enim animus maior est aetate et pietate clementiae, stultitiae meae debet in tua iustitia
647 esse praesidium*. — **34** *SCILICET EQVIDEM ISTVC FACTVM IGNOSCAM hanc quidem ueniam tibi dabo, uerum mea clemen-*
648 *tia multum ad peccata compelleris.* — **35** *SED ISTVC QVIDQVID EST* QVA HOC OCCEPTVM EST CAVSA LOQVERE perempta controuersia ad originem res ducitur: '*quemadmodum* omnes miserae,* *stultae et religiosae sumus, cum dedissem puellam exponendam, anulum de digito mihi detraho, et eum, ut una cum puella exponeret, dedi, si esset mortua, ne*
659 *aliena a nostris bonis esse potuisset*'. — **46** *INTERII* PLVS SPEI VIDEO *QVAM VOLO* hoc seruus cum gemitu dicit, siquidem fieri potest, ut cognoscatur haec Antiphila, quod filia domini sit. quo facto uehementer metuit, ne incipiat Clinia amicam suam confiteri et cognoscat pater, quod meretrix amica Clitiphonis sit. denique ideo dicit, cum nomen dictum esset eius, cui data esset puella, ut exponeret
663/66 **50** MIRVM NE ILLA SALVA EST ET EGO PERII. — **53** NON LICET HOMINEM ESSE *SAEPE ITA VT VVLT SI RES NON SINIT* non licet nobis gerere perpetuam uoluntatem, maxime cum res non permittat: ita mutemus ex tempore uoluntatem.

α *[5] id est aliquid defensionis et (*om. V*) auxilii.
*[10] in hac professione facto a generali ad speciale argumento (*Lindenbr.*: -tū *codd.*) extinxit uim indignationis
651 38 CVM PVELLA EXPONERET (·s· *add. codd.*) SI MORERETVR. et subiungit causam NE EXPERS ESSET: neque enim liberos etiam mortuos fas erat fraudari bonis.

3 enim tuus *G* | aetate *ante* maior *FGα* ‖ 5 istuc *LG*¹, -d *rell.* ‖ 8 acceptum *L*, inc- *G*, c- *rell.* ‖ 11 et eum *om. F* ‖ 12 exponeretur *F* | dedi] dico (*ante* ut) *G*, *om. F* ‖ 15 quod (quo *LG*) — sit] esse filia domini mei *α* ‖ 20 NE] ni *Fα* ‖ 22 perpetuam gerere *α* ‖ 23 mutemus *L*, mutamus *rell.* | ex] cum *α*

2.

668 **1** NISI *ME* ANIMVS FALLIT seruus hic uehementer
aestuat, quod animaduertit fieri posse, ut puella cogno-
scatur. *ideo secum loquitur* et ingemiscit, quod sibi *iam*
multum infortunium affuturum sit. — HAVT MVLTVM hoc
669 est non longe. — **2** *ITA HAC RE* IN ANGVSTVM OPPIDO
MEAE NVNC COGVNTVR COPIAE translatio facta est ab illo,
cum periclitatur exercitus in angustum coactus.* significat
670 autem 'oppido' ualde. — **3** NISI ALIQVID ⟨VIDEO nisi ali-
672 quid⟩ prospicio. — **5** TRIVMPHO SCILICET *ME LATERE TECTO
ABSCEDERE* summum gaudium est, si tutatus sine uulnere
discedam, hoc est latere tecto et custodito. non ergo de
argento cogitare debeo quemadmodum eripiam, sed quem-
673 admodum tutus *ipse* discedam. — **6** BOLVM TANTVM*
674 praedam. — **7** *AVT* QVID COMMINISCAR quid argumenti re-
676 periam.* — **9** QVID SI HOC *NVNC INCIPIAM* cogitantis
animo, quasi dum multa quaerit, inuenit quaedam, non
placita repudiat. post id quod sit optimum inuenisse dicit,
ut ad se illud argentum reuocare possit, quod omiserat.

3.

679 **1** NVLLA MIHI RES *POSTHAC POTEST IAM INTERVENIRE
TANTA QVAE MIHI AEGRITVDINEM AFFERAT* allocutio est Cliniae

α*[7] cum enim in periculo est exercitus, in unum se colligit.
*[13] per figuram ⟨antithesin (*add. W.*, *cf. Don. GL IV 397, 1*; *lac. in V*)⟩ pro d o l u m.
*[15] et est c o m m i n i s c o r inuenio uel recordor. sic r e m i n i s c o r, cuius simplex in usu non est.

3 ingemit α ‖ 4 haut (non α) multum *et* non longe *inter se commutata sunt in LGα* | id est *Fα* ‖ 5 ita ⟨hercle⟩ *G* | in hac re *LG* ‖ 8 oppido autem significat α | VIDEO — aliquid *add. W.* ‖ 9 SCILICET] si licet α (*sic Ter. codd. praeter AE*) ‖ 10 tutus α ‖ 11 discedat β | tecto ⟨id est⟩ custodito latere (*om.* et) α ‖ 12 ⟨argentum⟩ eripiam α ‖ 14 ⟨id est⟩ praedam α, pro dolo *G*, *cf. α interpol.* | reperiam *Goetz*: respondeam β, capiam α ‖ 16 ⟨deliberando⟩ quaerit α ‖ 17 id⟨ẽ⟩ β | inuenisse ⟨se⟩ α ‖ 18 argumentum α ‖ 19 res mihi α

exultantis gaudio, quod sua amica sit cognita. *ita dicit*
mentem suam oneratam gaudio, ut nulla res possit inter-
681 *cedere, quae afferat aegritudinem.** — **3** DEDO *NVNC* ME
PATRI *VT FRVGALIOR SIM QVAM VVLT* ut frugalitatem*, quam
in me uoluit, compleam, *dedo me patri,* quippe cum uelit
eam me habere uxorem, quae sit honestis moribus, *et nunc*
686 *ea sit mihi amica, quae* filia *sit* Chremetis. — **8** *VT EGO*
NVNC NON TAM MEAPTE CAVSA LAETOR QVAM ILLIVS hoc gaudii
quod nunc teneo non mea causa, sed potius ipsius puellae
688 quam diligo. — **10** *SED NVNC CLINIA AGE* DA TE MIHI VI-
CISSIM quemadmodum nunc ego uerba tua audiui, nunc et
uicissim te mihi da, uti quod necessarium est facias, ne resci-
690 scat pater amicam filii sui esse meretricem. — **12** O IVP-
PITER* omissis uocibus serui secum Clinia gaudet: parum
credit *hoc* sibi contigisse, quod efficitur in gaudio, cum
693 repentino aliquid procreatur. — **15** DEORVM VITAM APTI
SVMVS* ita et in Andria (*V 5, 3—4*) 'deorum uitam pro-
pterea esse sempiternam arbitror, *quod uoluptates eorum*
694 *propriae sunt'*. 'apti' autem significat adepti. — **16** VI-
DENDVM EST INQVAM persuadet seruus Cliniae, uti secum
ducat meretricem ad domum patris, ne, si remanserit in
699 domo, facile senex filii amicam possit agnoscere. — **21** AT
ENIM ISTOC *NIHIL EST MAGIS MEIS NVPTIIS ADVERSVM sed*
haec res mihi uehementer uidetur esse contraria, *si uxorem*

α *[3] aegritudinem dixit pro aegrimonia, id est tristitia uel infirmitate.
*[4] id est parcitatem
*[14] per pro⟨s⟩phonesin
*[17] per icon (yc- *codd.*; -na?) uel parabole (-len?), quae sunt species homoeosis (om- *codd.*), se quasi deum esse asserit.

3 patri me *α* ‖ 4 VT — VVLT *om. LF* | uti *α* ‖ 5 in me ⟨esse⟩? | uelit] uoluit *β* ‖ 7 ⟨scilicet⟩ filiam *α* ‖ 8 NVNC *om. LG* ‖ 9 ⟨unde⟩ non mea causa ⟨laetor⟩ *α* ‖ 11 ⟨id est⟩ quemadmodum ego nunc *α* | nunc et] ita *α* ‖ 15 credis *LF* | cum (*om. L*) repentino *β*, repentino nisi *α* ‖ 16 adepti *β*, *sed cf. finem scholii* ‖ 17 ita et] ut *α* ‖ 19 autem *om. V* ‖ 24 uehementer *post* uidetur *V*, *ante* mihi *S*

ducere uoluero; nam quomodo rogabo patrem, ut mihi filiam det, si sciat me amicam habere meretricem? —

91 **23** QVIN NOLO MENTIARE hoc eo consilio dicit seruus, uti *non mentiatur, sed* continuo dicat illam amicam suam esse, quae est filia eius, ut eam uxorem uellet esse, hanc amicam Clitiphonis. sic enim postea persuasurus est domino seruus tale se repperisse consilium, uti a Menedemo filius petat pecuniam, quo quasi dicat se uelle filiam Chremetis uxorem ducere, uti ad nuptias habeat necessaria, et hoc credat senex propterea adulescentulum petere, quo per fallaciam dari possit, ita ut, cum utrumque dixerit adu-

95 lescens, per fallaciam dicere crederetur. — **27** *ET SCILICET IAM ME HOC VOLES PATREM EXORARE VT* CELET SENEM NOSTRVM nesciens adulescens hoc consilium, *quare hoc seruus dicat*, adiecit 'et fortasse hoc uelis, ut celet patrem Clitiphonis senex noster, quod ipsius amica sit meretrix'. —

99 **31** HVIC EQVIDEM CONSILIO PALMAM DO *in hoc consilio* maximam uictoriam et gloriam mihi concedo, ut uerum dicendo ambos fallam, secundum hoc quod supra diximus, ut non credat senex noster amicam filii sui esse meretri-

13 cem, etiamsi *esse* audierit.* — **35** AT ENIM SPEM ISTOC PACTO *RVRSVS NVPTIARVM OMNEM MIHI ERIPIS* si enim crediderit senex amicam filii sui esse meretricem, incipiet

16 filiam suam mihi dare nolle. — **38** QVID MALVM *ME AETATEM CENSES VELLE ADSIMVLARIER* *quid tu semper* me credis hoc uelle simulare? 'malum' autem interiectum nihil signi-

α*[21] quod fit per figuram diasyrmos (-sirmos *codd.*), quae est eleuatio, quando auditorem uera dicendo in errorem inducit.

3 eo *Goetz*: ex (*om. G*) *codd.* ‖ 4 amicam — uellet] filiam Chremetis se uxorem uelle et *α* ‖ 6 postea *post* est *α* ‖ 9 ⟨non⟩ necessaria *β* ‖ 11 ut *om. L* | —que *om. β* ‖ 12 credatur *α* ‖ 13 ME] ne *L*, neç *G* | VOLES] uelis *G* (*lac. in L*) ‖ 16 noster senex *α* ‖ 17 do ⟨id est⟩ *α* ‖ 18 uero *β* ‖ 19 ambo fallam *L*, *om. α* | hic *LG* ‖ 23 incipiet *om. α* ‖ 24 dare nolle] non dabit *α* ‖ AETATEM] tandem *FG* ‖ 25 uelle adsimulariet *G*, *om. F* | quid *W.*: quia *codd.* | me *post* hoc *α* ‖ 26 ⟨me (*om. FG*) hoc⟩ malum *β*

ficat, sed exclamationis continet locum, quomodo Cicero
719 pro Scauro (*20*) 'quae, malum, est ista ratio?' — **41** QVI AIVNT QVID SI NVNC CAELVM RVAT stultus metus est dis caelestibus metuere. *ita* ergo stulte id in metu et tu ponis,
720 quod fieri omnino non potest*. — **42** QVASI EA POTESTAS NON SIT TVA pulchre persuadet, ut faciat hoc quod monetur, cum dicat in potestate eius futurum, quo uelit tempore ut se exoluat.

α * [5] ut sit argumentum ab impossibili

4.

723/26 **1** SATIS POL PROTERVE satis aspere. — **4** *AVT CVM VENTVRAM DIXERO ET CONSTITVERO immo potius, cum dixero me esse uenturam et constituero, tum magis, cum pronuntiauerit Clitipho et spe pendebit, decipiam et non ueniam,*
729 *tum mihi Syrus poenas reddet tergo suo.** — **7** SATIS SCITE *PROMITTIT TIBI* ualde eleganter *promissa tibi dabit, quod*
730 *utique per ironiam intelligitur.* — **8** DORMIVNT *EGO POL ISTOS COMMOVEBO* uult excitare eos, qui sibi pecuniam promiserunt nec dederunt, uti fingat se euocatam *esse* a nescio quo et uelle discedere. itaque consentiente ancilla fingit mendacium, *quod nescio quam uillam demonstrauerit cuius-*
733 *dam amatoris.* — **11** CVRRICVLO PERCVRRE* festina et
735 propera. — **13** *VERBA ME HIS DATVRAM ESSE hoc est:* me

728 α*[13] **6** TERGO SVO id est dorso, siquidem t e r g u m t e r g i dorsum, t e r g u s uero t e r g o r i s corium dicitur (*ex Serv. ad Aen. I 211*).
*[20] 'curriculo' dixit a curru, uel a cursu.

2 pro Scauro *post* ratio β ‖ 3 dis] de α ‖ 6 NON *om. L* | ⟨et⟩ pulchre α ‖ 7 dum dicit *G* ‖ 9 satis] id est α | CVM *om. LG* ‖ 12 pendebit ⟨animi⟩ *F* ‖ 13 tum *L*, cum *FG* ‖ 14 ⟨id est⟩ ualde α | quod — intelligitur *W.*: p utrique per ydoneā (. . . . . *L*) intelligitur *LG*, *om. F* ‖ 17 a] aut *FG* ‖ 18 et uelle] uellet *LG*, uelut *F* | ita β (*recte?*) ‖ 19 quam *W.*: qua *G*, quid *L*, qui *F* ‖ 21 ⟨id est⟩ propera et festina α | me — decipiam] et se dicit his uerba dare id est decipere α

37 dicturum aliquid, unde decipiam. — **15** QVIN EST PARATVM *ARGENTVM* intellexit seruus callidus, quod idcirco Bacchis se ire diceret, quod argentum quaereret — et hac ratione pollicetur QVIN EGO HIC MANEO, quo *et* argentum dari possit et nihilominus illud fieri, quod dispositum est —:
38 itaque et de tempore adiecit **16** ATQVI IAM DABITVR. —
39 **17** *ET* TVA POMPA* *EO TRADVCENDA EST* hoc est ancillae
40 decem et ceteri comites, qui uenerunt. — **18** EGONE ARGENTVM CVDO *QVOD TIBI DEM* quaeris, quod te ad Cliniam transire nolo? argentum produco, quod tibi dem.* —
41 **19** DIGNAM ME PVTAS QVAM INLVDAS per accusatiuum casum hic dictum est. *et* Virgilius (*Aen. II 64*) 'certantque illudere capto' per datiuum; item ipse (*Aen. IX 634*) '*i*,
46 *uerbis* uirtutem illude superbis'. — **24** SPERABIT SVMPTVM SIBI *SENEX* LEVATVM *ESSE HARVNC ABITV* cum discesserit tanta *haec* ancillarum multitudo, dominus credet discessione tantarum mulierum sibi sumptum* *esse* eleuatum, sed nesciet ex ea re damnum ad se esse uenturum, dum
48 hac re maxime ab eo extorquebitur argentum. — **26** TV NESCIS *ID QVOD SCIS ne indicaueris, inquit, quod scis, et* id age, ut nescisse uidearis.*

α*[7] id est nobilis comitatus.
*[10] c u d o enim est et compono uel tundo, unde i n c u s, ubi tunditur ferrum.
*[17] id est expensam.
*[21] et ille per hyperbolen (yp- *codd.*) MVTVM ME DICES.

2 quod ⟨enim⟩ *LF*; quod nimirum *Goetz* | acchis *L*, ab his α ‖ 3 quod (quo *?*) — pollicetur (*sc.* Bacchis)] quod decepta fuerat pro argento, quod ei pollicetur α | quereretur *G* ‖ 4 quo] quod β | et *ante* quod *G*, *om. L* ‖ 7 hoc est] scilicet α ‖ 8 uenerint *L* ‖ 9 dem ⟨quid agam⟩ *FG* | quod] cur α ‖ 10 ⟨cudo id est⟩ produco α; procudo *Goetz*, *fort. recte* ‖ 13 i] his *codd.* ‖ 14superbam α ‖ 16 domino *LF* (*recte?*) ‖ 17 tantarum mulierum] earum α | alleuatum sumptum α ‖ 18 dum — argentum *om. FG*

ficat, sed exclamationis continet locum, quomodo Cicero
719 pro Scauro (*20*) 'quae, malum, est ista ratio?' — **41** QVI
AIVNT QVID SI NVNC CAELVM RVAT stultus metus est dis
caelestibus metuere. *ita* ergo stulte id in metu et tu ponis,
720 quod fieri omnino non potest*. — **42** QVASI EA POTESTAS
NON SIT TVA pulchre persuadet, ut faciat hoc quod monetur, cum dicat in potestate eius futurum, quo uelit tempore ut se exoluat.

α * [5] ut sit argumentum ab impossibili

4.

723/26 **1** SATIS POL PROTERVE satis aspere. — **4** *AVT CVM VENTVRAM DIXERO ET CONSTITVERO immo potius, cum dixero me esse uenturam et constituero, tum magis, cum pronuntiauerit Clitipho et spe pendebit, decipiam et non ueniam,*
729 *tum mihi Syrus poenas reddet tergo suo.** — **7** SATIS SCITE
PROMITTIT TIBI ualde eleganter *promissa tibi dabit, quod*
730 *utique per ironiam intelligitur.* — **8** DORMIVNT *EGO POL*
ISTOS COMMOVEBO uult excitare eos, qui sibi pecuniam promiserunt nec dederunt, uti fingat se euocatam *esse* a nescio quo et uelle discedere. itaque consentiente ancilla fingit mendacium, *quod nescio quam uillam demonstrauerit cuius-*
733 *dam amatoris.* — **11** CVRRICVLO PERCVRRE* festina et
735 propera. — **13** *VERBA ME HIS DATVRAM ESSE hoc est:* me

728 α*[13] **6** TERGO SVO id est dorso, siquidem tergum tergi dorsum, tergus uero tergoris corium dicitur (*ex Serv. ad Aen. I 211*).

*[20] 'curriculo' dixit a curru, uel a cursu.

2 pro Scauro *post* ratio β ‖ 3 dis] de α ‖ 6 NON *om.* *L* | ⟨et⟩ pulchre α ‖ 7 dum dicit *G* ‖ 9 satis] id est α | CVM *om.* *LG* ‖ 12 pendebit ⟨animi⟩ *F* ‖ 13 tum *L*, cum *FG* ‖ 14 ⟨id est⟩ ualde α | quod — intelligitur *W.*: p̧ utrique per ydoneā (. . . . . *L*) intelligitur *LG*, *om.* *F* ‖ 17 a] aut *FG* ‖ 18 et uelle] uellet *LG*, uelut *F* | ita β (*recte?*) ‖ 19 quam *W.*: qua *G*, quid *L*, qui *F* ‖ 21 ⟨id est⟩ propera et festina α | me — decipiam] et se dicit his uerba dare id est decipere α

37 dicturum aliquid, unde decipiam. — **15** QVIN EST PARATVM *ARGENTVM* intellexit seruus callidus, quod idcirco Bacchis se ire diceret, quod argentum quaereret — et hac ratione pollicetur QVIN EGO HIC MANEO, quo *et* argentum dari possit et nihilominus illud fieri, quod dispositum est —:
38 itaque et de tempore adiecit **16** ATQVI IAM DABITVR. —
39 **17** *ET* TVA POMPA* *EO TRADVCENDA EST* hoc est ancillae
40 decem et ceteri comites, qui uenerunt. — **18** EGONE ARGENTVM CVDO *QVOD TIBI DEM* quaeris, quod te ad Cliniam transire nolo? argentum produco, quod tibi dem.* —
41 **19** DIGNAM ME PVTAS QVAM INLVDAS per accusatiuum casum hic dictum est. *et* Virgilius (*Aen. II 64*) 'certantque illudere capto' per datiuum; item ipse (*Aen. IX 634*) '*i*,
46 *uerbis* uirtutem illude superbis'. — **24** SPERABIT SVMPTVM SIBI *SENEX* LEVATVM *ESSE HARVNC ABITV* cum discesserit tanta *haec* ancillarum multitudo, dominus credet discessione tantarum mulierum sibi sumptum* *esse* eleuatum, sed nesciet ex ea re damnum ad se esse uenturum, dum
48 hac re maxime ab eo extorquebitur argentum. — **26** TV NESCIS *ID QVOD SCIS ne indicaueris, inquit, quod scis, et* id age, ut nescisse uidearis.*

α*[7] id est nobilis comitatus.
*[10] cudo enim est et compono uel tundo, unde incus, ubi tunditur ferrum.
*[17] id est expensam.
*[21] et ille per hyperbolen (yp- *codd.*) MVTVM ME DICES.

2 quod ⟨enim⟩ *LF*; quod nimirum *Goetz* | acchis *L*, ab his α ‖ 3 quod (quo *?*) — pollicetur (*sc.* Bacchis)] quod decepta fuerat pro argento, quod ei pollicetur α | quereretur *G* ‖ 4 quo] quod β | et *ante* quod *G*, *om.* *L* ‖ 7 hoc est] scilicet α ‖ 8 uenerint *L* ‖ 9 dem ⟨quid agam⟩ *FG* | quod] cur α ‖ 10 ⟨cudo id est⟩ produco α; procudo *Goetz*, *fort. recte* ‖ 13 i] his *codd.* ‖ 14 superbam α ‖ 16 domino *LF* (*recte?*) ‖ 17 tantarum mulierum] earum α | alleuatum sumptum α ‖ 18 dum — argentum *om.* *FG*

5.

749 **1** ITA ME DI BENE AMABVNT *VT NVNC MENEDEMI VICEM*
MISERET ME discedentibus ancillis senex ingemiscit, quod
tanta ad Menedemum multitudo uentura sit, *quam et ipse*
cum una die sustinuerit, magno se dixit affectum damno. —
751 **3** *ILLAM MVLIEREM ALERE CVM ILLA FAMILIA* nam et do-
mina* multum uini absumit et multitudo ancillarum* *non*
753 *parum uidetur consumpsisse.* — **5** *ITA MAGNO DESIDERIO*
FVIT EI FILIVS tantum desiderium filii absentis pater habuit,
ut primis diebus tanta a meretrice damna non sentiat. sed
cum cotidie uiderit tantos sumptus fieri neque ullum fieri
modum, 'optabit rursum ut ab se abeat filius'. † et quoniam
animum senis nouit bene dixit 'efficiat, consumat, perdat,
dummodo illum habeam mecum' (cf. III 1, 55—57) ita
cum animus excludere cupiens et metuens absentiam filii
⟨*in*⟩ *incerto positus* ⟨*sit*⟩, *solum* ***optabit****, ut abeat filius.* —
759 **11** VIDERE EGISSE *IAM NESCIO QVID CVM SENE* de illo, quod
tecum locutus sum, uidere aliquid egisse *cum sene.** —
760 **12** DICTVM AC FACTVM *REDDIDI* hoc est: cum dixisset,
762 factum continuo reddidi. — **14** QVIN TIBI CAPVT DEMVL-
CEAM quod solet fieri his, qui placent, ut manu per ca-
put traducta quasi quaedam uideatur esse laudatio. —

α * [6] 'pytissando' id est leuiter gustando et spuendo (*cf. III 1, 48*).

* [6] siquidem per figuram characterismon (car- *codd.*), id est futurae rei descriptionem, argumentatur quid sit consequens, uidelicet filii discessio. et per ethopoeiam (aethopeiam *codd.*), quae fit quando loquentem (*Lindenbr.*: -tes *codd.*) introducimus quamlibet personam, ait Clitipho⟨nis⟩ pater hoc lene.

*[17] nam supra (*III 2, 5*) ait 'huic nostro tradita est prouincia' id est prouidentia.

1 BENE *deest ap. Ter.* | ut ⟨me⟩ *LG* ‖ 6 absumpsit *F* | multitudo ancillarum] reliqua familia *α* ‖ 11 abeat ab se *G* | et quoniam ... bene nouit, ⟨qui⟩ dixit '... mecum', ait: 'cum ... filius' *?* ‖ 13 habeat *LF*¹ ‖ 15 in incerto positus sit *W.* | optabit *F*, -uit *LF* | habeat *LG* ‖ 17 uideris ⟨iam⟩ *α* | fecisse *α* ‖ 18 dixissem *F*, -es *ex corr. V* ‖ 19 demulceam caput *FG* ‖ 21 traducta *F*, tractu ducta *L*, ducta *G*

765 **17** *GLORIARE EVENISSE EX SENTENTIA hoc tibi pro uoluntate*
767 *contigisse gloriaris?* — **19** TVI CLITIPHONIS *ESSE* AMICAM *HANC BACCHIDEM MENEDEMO DIXIT CLINIA* hic est illud consilium, quod supra significatum est, ut ueritas dicta nihilominus implicare possit errorem, quippe, cum dixerit Clinia patri Clitiphonis amicam esse et hoc indicet seruus, nihilominus dominus filii sui amicam meretricem esse non
775 credat. — **27** ET QVIDEM IVBEBIT POSCI et uolet, ut filiam tuam pater suus postulet. quam rem cum non intellexisset, cur simulata uideretur, respondit ille, uti argentum filio
779 dari possit ad nuptias necessarium. — **31** *AT EGO ILLI NEQVE DO* NEQVE DESPONDEO *at illi ego filiam non dabo neque despondebo. et spondere* est promittere, unde et
782 sponsa dicitur.* — **34** NON MEA EST SIMVLATIO boni et sapientis uiri hic sensus est, ut numquam audeat quod
783 numquam sit facturus polliceri. — **35** ITA TV ISTAEC TVA MISCETO *ME NE ADMISCEAS* ita igitur haec efficito, uti sine
784 mea persona ista compleas. — **36** *EGON CVI DATVRVS NON*
788 *SIM VT EI DESPONDEAM* ⟨****⟩. — **40** *AEQVI BONIQVE FACIO ⟨facio⟩ hoc, quod tu mihi ut facerem imperas, et*
790 *propterea aequum et bonum facio.* — **42** *SED ILLVD* QVOD TIBI DIXI DE ARGENTO *QVOD ISTA DEBET BACCHIDI ID NVNC REDDENDVM EST ILLI* quod supra nos diximus, ut euentus impleret consilium, hic nunc conficit, siquidem, postea⟨quam⟩ cognita puella est, iam *nunc* debitor Chremes factus est, cum constet eam arrabonis nomine apud meretricem col-
793 locatam. — **45** NVM MIHI DATVM EST *NVM IVSSI* ne domi-

α*[14] nam et sponsio et dos a patre (parte *codd.*) puellae dabatur.

3 hic] hoc α ‖ 4 dicta] data α ‖ 5 dixerit *W.*: dixit *G*, -cit *rell.* ‖ 7 esse ⟨hanc⟩ α | et] ex *G*, ut α | indicat *G*, ⟨dum⟩ indicat α ‖ 12 dispondeo *L*, spondeo *G* ‖ 13 dispondebo *L* | ⟨id⟩ est promitto α ‖ 17 me ne *L*, ne me *rell.* | ut α ‖ 18 ista] haec α ‖ 19 *lac. sign. W.* ‖ 20 facio *suppl. W.*; est *post* hoc *add. F* | faciam *G* ‖ 24 posteaquam *W.* ‖ 25 puella cognita α | ⟨pro qua⟩ iam α ‖ 27 ne *G*, sine *LF*, sane α

nus hac responsione uti posset, ut non redderet argentum,
seruus callidus occurrit 'non potes dicere istud non te acce-
pisse neque iussisse neque te inuito filiam oppignerare
796 potuisse'. — **48** SVMMVM IVS *SAEPE SVMMA EST MALITIA*
id enim, quod datum est, utique reddendum est. sed iure
cautum est, ut filia quicquid acceperit uel filiae nomine
datum fuerit, quae in familia est, non recte datum uidea-
tur. itaque aequitas est, ut debitum solui debeat*, *ius est,*
ut sic datum reddatur: ita summum ius summa malitia
798 *est.* — **50** OMNES TE IN LAVTA *ET BENE ACTA PARTE PVTANT*
hoc a persona: etenim est iussus potius reddere quam negare.

α*[8] sed ille renititur a causa, quod non debeat, et fit controuersia ex negotio. — SVMMVM IVS uulgo dicitur 'qui plus potest, peius facit'.

6.

805 **1** NVLLA *EST* TAM FACILIS RES *QVIN DIFFICILIS SIET*
QVAM INVITVS FACIAS nunc adulescens Clitipho redit grauiter
ferens, quod ab amica sit exclusus: 'omnis res difficilis fit
quam facias inuitus: etiam si facilis sit, ex animo facientis
habet maximam difficultatem. *huc accedit, quod mihi praeter*
illum laborem, quem habui, uehementer timori est, ne iterum
814 *excludat, ne accedam ad Bacchidem*'. — **10** PROTERVITAS
816 asperitas* *et impudentia.* — **12** *NE ME ISTVC EX TE PRIVS*
AVDIVISSE GAVDEO ⟨gaudeo⟩, quod istuc ex te prius audiui,
unde me laesisti, antequam tibi argentum dedi, quod da-
818 turus fui. — **14** *QVID IGITVR DICAM VIS TIBI quid enim*

α*[19] uel superbia.

1 ut] aut *β* ‖ 2 ⟨sed⟩ seruus *α* ‖ 3 te *om.* *Lα* ‖ 8 ita *G* | ut] et *LF*, *om.* *G* | solui debeat] soluat *α* ‖ 11 etenim est iussus (*W.*: -sis *G*, -sit *LF*)] persuadet *α* ‖ 14 amica ⟨sua⟩ *G* | omnis — sit] si etiam facilem rem, inquit, facias inuitus *α* | fit *W.*: sit *codd.* ‖ 18 excludar *F* ‖ 19 ⟨est⟩ asperitas *α* | et *W.*: sed (*om.* *G*) *codd.* | imprudentia (-am *LF*) *codd.* ‖ 20 gaudeo *add.* *W.* | istuc *post* prius *α* ‖ 22 tibi uis dicam *F*, uis dicam tibi *G*

possum tibi dicere, cum mihi amicam adduxeris, quam non liceat tangere? bene cito longe factus est adulescens ab iniuria, posteaquam comperit argentum iam paratum. —
5/27 21 DEAMO ualde amo.* — 23 QVA CAVSA ID FIAT *OBSE-*
CVNDATO IN LOCO qua causa fiat, noli quaerere: tantum
826 obtempera et obsequere. — 22 CAVE QVICQVAM ADMIRATVS
SIES* *ne admiratione quasi nescius ⟨sis⟩ de suspicione patris*
828 *falsum esse quod diximus.* — 24 LOQVITOR PAVCVLA ne
ex sermonibus tuis nascatur ulla suspicio.*

α * [4] compositum sicut r e d a m o.
* [7] id est: uide ne prae nimio gaudio admireris id tibi patrem praecipere, sed quasi nescius suspicionem eius a te dolo amoue.
* [9] nam secundum modum rei, de qua loquimur, interdum uerba diminuimus.

(7.)

830 2 DIXI PLERAQUE OMNIA sicuti supra diximus in An-
dria (*I 1, 28*) 'omnia' abundare et 'pleraque' significa-
832 tionem suam propriam continere. — 4 SEQVERE ME *HAC*
OCIVS posteaquam argentum traditum est, continuo hunc
adulescentem uocat seruus, ne aliquid aut ex admiratione
834 aut locutione suspicionis pater possit accipere. — 6 NAM
NIHIL EST ILLIC *QVOD MOREMVR DIVTIVS* pulchre adiectum,
ut omnino suspicio tolleretur, non esse amicam Clitipho-
835 nis, siquidem non diutius illic moraturus est. — 7 MINAS
QVIDEM DECEM *HABET A ME FILIA* ut consuetudo patris
semper est: de damnis cogitant, tametsi filiis dent. —
836 8 QVAS PRO HORTAMENTIS *ESSE NVNC DVCO DATAS* '*horta-*
mentis' hoc est nutrimentis: hortatores enim dicuntur equo-

2 longe *post* paratum β ‖ 3 iniuria] iracundia *Westerh.* ‖ 4 DEAMO] te amo β | ⟨id est⟩ ualde α | ⟨te⟩ amo *G* ‖ 7 sis *add. W.*; indices *post* suspicione *add. G* | patri *FG* ‖ 13 est traditum α ‖ 19 ut] aut β, ut *post* est α ‖ 20 cogitare *FG*, -tet α | det α ‖ 22 dicunt *LG* (*recte?*) | equorum qui] qui equos a

837 rum, qui nutriunt. denique aliud est **9** HASCE ORNAMEN-
838 TIS *CONSEQVENTVR quae ornamentis dabuntur.* — **10** PORRO HAEC TALENTA* *DOTIS ADPOSCENT DVO* ⟨*duo*⟩ *talenta dotis*
839 *dabuntur.* — **11** QVAM MVLTA IVSTA ET INIVSTA FIVNT siquidem nunc relictis omnibus rebus quaerendus mihi est aliquis, cui meo labore inuenta dare possim, ut filiam meam ducat uxorem.

α * [s] talentum genus est ponderis, quod habet in se LXII aut CXX libras.

8.

842 **1** MVLTO OMNIVM ME NVNC FORTVNATISSIMVM *FACTVM* PVTO *ESSE GNATE CVM TE INTELLEGO RESIPISSE* haec scaena actionem tenet, quippe Menedemus gaudet plurimum, quod filium uidet et integris moribus et uxorem ducere eam uelle, quae honestissimi uiri filia sit. et quod dixit ʻcum te intellego resipisse', quasi hoc nesciat, quod eadem puella sit quam amauerat, quae nunc filia sit Chremetis, aut dissimulat, quod quasi a meretrice animum filius ad nuptias transtulerit, aut errat ex dolis serui. credit Chremes interpellatum Menedemum a filio esse, sed non uere ut uxorem duceret, sed ut nuptiarum gratia argentum a patre susci-
845 peret. — **4** SERVA QVOD IN TE EST *FILIVM ET ME ET FAMILIAM* petens nuptias filio suo posteritatem respicit totam.
848 — **7** QVAESO *QVID TV HOMINIS ES* redigere uult in memoriam Chremes Menedemo. arguit igitur, quod ueluti stultus
852 non intelligat, quod de dolo nunc agatur. — **11** NEMPE

1 denique ⟨quod⟩ *G* | aliud — ORNAMENTIS] alia hortamentis alia ornamentis contulit *α* ‖ 3 duo *add. W.* ‖ 4 ET INIVSTA] ac praua *Ter.* | fient *L* ‖ 5 rebus omnibus *α* ‖ 6 cui ⟨in⟩ *L* ‖ 7 ducat meam *α* ‖ 8 nunc omnium me *α* ‖ 9 resipisse ⟨multo omnium⟩ *LG* | haec *F*, (*in ras. post* scaena) *S*, *om. rell.* ‖ 11 ducere *post* uelle *α* ‖ 14 chremetis sit *Gα* ‖ 15 dissimulet *LG* | a meretrice *α*, meretrici *β* | filius *W.*: filii *codd.* ‖ 16 erat *β* ‖ 21 QVID TV] quidue (ue *om. F*) *codd.* ‖ 22 menedemum *FG*; *lac. sign. Lindenbr.*; quid inter ipsos dictum sit de fallacia *add. Zeune*; rem *ante* redigere *add. Goetz*

HAEC QVAE APVD TE EST *CLITIPHONIS EST AMICA* ut facile
docere possit senem non uere ad nuptias peti filiam suam,
sed uti nuptiarum gratia adulescenti dari possit argen-
tum, commemorat 'nempe haec, quae apud te est, Cliti-
phonis amica est', uti ex his, quae apud eam gesta sunt,
sciat Menedemus esse fallaciam. *quod refert illi ille qui*
856 *nescire crederetur Chremes* **15** *ID EST* PROFECTO ID AMICAE
DABITVR, uel confirmantis pronuntiatione accipi potest uel
quasi cum affirmatione interrogantis, ut iuste conclusum
858 sit* SCILICET DATVRVM. — **17** QVIDVIS TAMEN *IAM MALO*
QVAM HVNC AMITTERE licet damnum intelligat senex et de-
ceptus de gaudio sit, tamen memor doloris pristini et
calamitatis omnia uult sustinere quam id quod passus est
859 rursus pati. — **18** QVID NVNC RENVNTIEM *ABS TE RESPON-*
SVM CHREME quid ergo uis renuntiem filio abs te esse re-
sponsum, ne intelligat me hoc intellexisse, quod non uere
865 nuptias petit? — **24** POSTREMO ETIAM SI VOLES *DESPON-*
SAM QVOQVE ESSE DICITO petitionis uxorum nomina haec
sunt: nam primo c o n u e n t a esse dicitur, deinde p a c t a,
tertio d e s p o n s a t a, quarto u x o r. *ita,* ut uicinum nomen
iam petitionis ostenderet circa nuptias, dixit 'postremo
desponsam quoque esse dicito': hoc enim uicinum ad
uxorem. nam supra 'pacta' dicitur, ut est apud Virgilium
(*Aen. X 722*) 'et pactae coniugis ostro'. denique primo
Menedemus cum audisset Chremetem (*v. 22*) 'dic conue-
nisse, *egisse te de nuptiis*', quoniam conuentae nomen dixerat,
quod longe nomen est positum, ita quaesiuit (*v. 23*) 'di-
cam. quid deinde?', quasi hoc parum esset. *quod cum*
audisset Chremes, 'postremo' inquit 'si uoles, desponsam

*α**[10] nam interrogatio interdum ad negationem, interdum ad affirmationem dirigitur.

2 ducere *G*, reduc- *F*, induc- *α* ‖ 7 chremis *LG* ‖ 17 ut — sit] iuste conclusum est *G*, iuste conclusit *F*; *de L non liquet* ‖ 16 ne] ut *V*, *om. L* ‖ 19 conuenta *W.*: inu- *codd.* ‖ 21 ostenderet ⟨et⟩ *codd. praeter LS* ‖ 23 supra] *i. e.* antea ‖ 28 esset *W.*: est *codd.*

quoque esse dicito'. hac responsione intelligimus sic iam
869 propinquam esse appellationem ad uxorem. — **28** ISTIVS
873 OBSATVRABERE *facile eius fastidium habere poteris.* — **32** *NAM TE SCIENTE FACIAM QVICQVID EGERO quodcumque egero, faciam te sciente, hoc est non te ignaro.*

V.

1.

874 **1** EGO ME NON TAM ASTVTVM haec scaena coniecturalem statum continet propterea, quoniam argumentis collectum est Clitiphonem amicam habere meretricem. hoc ut probari possit, argumenta dicentur, *et probari habet ipsi Chremeti.* denique sic sumpsit exordium a persona sua et a persona Chremetis: *'denique' inquit* 'non tam dico perspica-
876 cem' hoc est acutum et perspectatorem *rerum.* — **3** HOC MIHI PRAESTAT in hoc me antecedit.* *sed hic παραπροσδοκία*
877 *est: ut peius eum tractet, in se dicit multa maledicta* **4** *CAVDEX STIPES ASINVS PLVMBEVS.* haec singula pronuntianda
878 sunt*, uti stulti uis exprimi possit. — **5** IN ILLVM NIHIL POTEST hoc est quod supra dixi contra opinionem dictum, nam adiecit EXSVPERAT STVLTITIA EIVS* *HAEC OMNIA.* —

877 α*[13] 4 'Caudex' est truncus arboris: conuersa o in au fit pro codex caudex, sicut pro cote cautis. 'stipes' similiter est truncus cuiuslibet ligni, et declinatur stipes stipitis; stipes uero stipis est praebenda militum. 'asinus' dicitur quasi sine mente, quia *νοῦς* mens. 'plumbeus' a plumbo, id est grauis.

*[16] per asteismon (*Lindenbr.*: antismon *codd.*)

*[18] id est prudentia per contrarium, ut sperare dixit pro timere per acyrologiam (*cf. Andr. II 3, 21*).

1 hac — uxorem] et peruenit usque ad appellationem prope uxoris *α* ‖ 3 eius] ęquos *LG* ‖ 5 scientē *LG* | ignoro *codd., corr. Lindenbr.* ‖ 10 chremetis *LG* | expondium *LG* | sua *om. α* ‖ 12 perspicatorem *α*; perspectorem *Lindenbr.* ‖ 13 hic *παραπροσδοκία W.* (*duce Zeunio*): hic ιτὰ ιτὰραιτροcὰορετὰ *L*, hic ita ΙΤΑΡΑΙCΡΟCΛΟΡΕΤΑ *F*, hic ita ita parit poca oreta *G*; *an* hoc *παρὰ προσδοκίαν ?* ‖ 14 penis *L*, melius *G* ‖ 16 uti — possit] uti stultum describat *α* | stulti uis (*i. e.* natura) *Lindenbr.*: stult9 uis *L*, stultas uis *FG*

882 **9** *SED INTERIM QVID ILLIC IAMDVDVM GNATVS CESSAT CVM SYRO iam sollicitum Chremes habet Syrum tarde reuerti, maxime cum ab ipsis audierit 'cito reuertemur, nam nihil*
887 *est quod illic moremur diutius' (cf. IV 7, 6).* — **14** VVLTVS QVOQVE HOMINVM FINGIT *SCELVS* adhuc perseuerat Chremes, ut credat a Syro ad Menedemum compositam esse fallaciam ita, ut et uultus hominum fingat sceleratissimus. —
889 **16** SI MAGIS NORIS PVTES hic iam aperit ueritatem Menedemus: 'magis qualis sit Syrus intelligas, si magis quae
890 fecerit recognoscas'. — **17** MANE HOC PRIMVM *SCIRE EXPETO* cum narrare uellet Menedemus, ut crederet Syrum aduersus Chremetem potius insidias tetendisse, ipse intercedit et quaerit, quidnam perdiderit. quod negatum a Menedemo est, unde se mirari uehementer dicit, quod haec non fuerit
898 suspicatus. — **25** *SED ILLE TVVM QVOQVE SYRVS* hic iam *aperte* prorumpit in narrationem: 'ille' inquit 'Syrus tuum filium mire finxit, ut amicam eius tu Bacchidem suspicari
900 non possis'. haec argumenta colligit a factis **27** MITTO IAM OSCVLARI ATQVE AMPLEXARI; deinde a loco, *quod* in *ultimis* aedibus retro conclaue *positum sit*, *quo eis* intro latus est* lectus — utique discessio haec longe a conspectu multorum posita ideo sumpta conspicitur, ut magis facinus celaretur —; deinde, quod ingressi sunt solus Clitipho et sola Bacchis,* ⟨*ut esset*⟩ *utique duorum coniunctio sine arbitro, quae nisi per uenerem esse* ⟨*non*⟩ *potuisset*; deinde quod abiere intro, operuere ostium, quod Clinia praesens haec fieri uidebat: fieri enim non potest, ut, si amica Cliniae esset,

α*[21] id est intro missus est
*[24] haec dicens a praecedentibus argumentatur quid consecutum sit, scilicet concubitus.

1 CESSAT *om. L* ‖ 2 cremis *L* ‖ 6 ad⟨uersus⟩ *Zeune* (*cf. infra*) ‖ 7 sceleratissimus fingat *α* ‖ 10 prius *F* (= *Ter.*) | expecto *LG* ‖ 15 tuus *FG* | hinc *α* ‖ 16 aperte *W.*: apte *codd.* | mire tuum finxit filium *α* ‖ 20 quod *LG* ‖ 24 ut esset *add. W.* ‖ 25 non *add. W.* | deinde — intro] unde quia rem coniecturaliter collegerat, addit *α* ‖ 26 quod *W.*: quae *β*, et *α* ‖ 27 enim *om. β*

ipso praesente *in interiorem partem* cum adulescente *eadem*
meretrix pergeret. qua re probata Chremes uehementer
exclamat memor cenae datae, *ut, si filii esset amica*
Bacchis, decem uix dierum *dicat esse unde familiam sus-*
910 *tentet.* — **37** QVID ISTVC TIMES *QVOD* ILLE OPERAM AMICO
DAT SVO *quoniam* inscitia se rem probatam habere Mene-
demus illudit: '*quid enim, si ille amico operam dat suo,*
ne uidear ego suspicari? adeo fortasse, ut facilius mihi
915 *uerba dentur*, haec facta sunt'. — **42** MERITO MIHI NVNC
EGO SVSCENSEO hic iam ad argumenta, quae a Menedemo
dicta sunt, colligit alia *Chremes* de praeterito, quae uiderit,
quod in sinum meretricis manum inserere deprehensus adu-
919 lescens est. — **46** NON IAM affectio illa est irascentis, de qua
920 saepe diximus. ut (*Verg. Aen. I 195*) 'quos ego —'. — **47** ⟨*NON*
TIBI EGO EXEMPLI SATIS SVM⟩ non ego tibi exemplum* *esse*
923 *debebam?* — **50** *FORIS SAPERE TIBI NON POSSE* ⟨*AVXILIA-*
925 *RIER*⟩ *succurrere.* — **52** FAC TE PATREM *ESSE VT SENTIAT*
comoediarum uice uersa sunt omnia, nam ille qui acci-
piebat ante consilium, nunc dare coepit: moribus enim
per comoediam expressis humana hominum uita declara-
929 tur. — **56** *QVAM HIC PER FLAGITIVM AD INOPIAM REDIGAT*
PATREM immo discedat potius, quam per flagitium ad pau-
pertatem me redigat: nam si illi *ego* sumptus subministra-
uero, ad rastros sum non dolore sed paupertate rediturus.
933 — **60** DIFFICILEM OSTENDIS TE *ESSE* uide quanta incom-

*α**[15] paradigma est ad deterrendum dictum (-ta *codd.*).

1 praesente *om. L* | cum ⟨altero⟩ *α* ‖ 2 meretrix *ante* ipso *α* | pergeret] concluderetur *α* ‖ 3 ut *W.*: quod *codd.* (*add.* ut *ante* dicat) | si *om. L* ‖ 4 ⟨non⟩ esse *F* ‖ 5 dat amico *FG* ‖ 6 inscitiā *LGα* ‖ 8 ideo *?* ‖ 9 ⟨et faceta satis urbanitate⟩ haec *α* ‖ 10 ego nunc mihi *α* | succenseo *FGα* | ab argumentis *α* | a *om. LG* ‖ 11 alia colligit *α* | quae — est] quod illum in sinum meretricis uiderit manum inserere *α* ‖ 12 insereret *β* ‖ 13 est illa *α* ‖ 14 ut ⟨quod ait uirgilius⟩ *α* | NON — SVM *suppl. W.* ‖ 15 exemplo *FGα* ‖ 16 AVXILIARIER *add. W.*; *fort. plura exciderunt* ‖ 18 ⟨con⟩uersa *?* ‖ 19 mores *G* ‖ 20 expressis *W.*: -it *codd.* ⟨qualis⟩ humana *α* | ⟨et⟩ uita *G*, *om. L* ‖ 23 illis *β*

moda pati habeas, nisi prospicis: nam te aridum et difficilem demonstrabis *et tamen ueniam dabis et id erit in-*
937 *gratum*. — **64** DOTIS DICAM TE DIXISSE FILIO proprium iuris est uerbum, cum dicitur dos, quod exprimit ⟨dat⟩ur.
938 — **65** QVID OBTICVISTI posteaquam dos petita est, Chremes diu deliberauit consilium quaerens, non quo summam quaereret dotis. quod intelligi datur ex sequentibus, cum promissa dote adiunxit 'si me uis saluum, *dicito me omnia bona dotis dixisse*': aliter enim filium corrigi posse non credit, nisi dotis nomine omnia bona filiae promisisse uideretur, unde crederet filius exheredem se. denique 'hoc' inquit 'mirari te simulato, ut ad eius notitiam ueniat'. quam quidem rem cum ⟨non⟩ intellexisset Menedemus, explanat se idcirco promisisse, ut animum adulescentis luxuria et lasciuia diffluentem inopia retunderet et ad
949 integram frugem necessitate reuocaret. — **76** DICTIS CON-
950 FVTABITVR solis sermonibus male tractabitur. — **77** SYRVM VERO cum utique maiora tormenta seruo comminatus sit *impositurum, tamen* irascentis more quid esset facturus exprimere non potuit. — ADEO EXORNATVM* *DABO supra (cf. Eun. II 2, 6?) diximus 'exornatum' et ad poenas*
951 *posse aptari*. — **78** ADEO DEPEXVM hoc est compositum
953 poenis et tormentis. — **80** AVDERET FACERE VIDVAE MVLIERI facilis enim illusio est in eam, quae et mulier est et uidua.

α*[20] id est comptum, per ironiam.

2.

954 **1** ITANE TANDEM QVAESO EST MENEDEME *VT IAM BREVI SPATIO PATER OMNEM DE ME EIECERIT ANIMVM PATRIS* haec

1 demonstrabis *W.*: -auit *Lα*, -as *FG* | et — ingratum] ut quidem ego ingratis *LF*; *fort.* ut quidem ego ⟨puto⟩, ingratis ‖ 4 exprimit datur *Schoell*: exprimitur *codd.* ‖ 5 obticuistis *α* ‖ 9 non posse *Gα* ‖ 11 uideretur *W.*: -detur *LG*, -deatur *α*, putetur *F* ‖ 13 non *add. W.* ‖ 17 Sed Syrum *Ter.* | seruo *om. L* ‖ 19 comminatus *W.*: emin- *β*, min- *α* ‖ 20 DABO] am& *L*, et *F*; nam et *?* ‖ 22 posset *LF* ‖ 24 est *post* uidua *α* ‖ 26 DE ME EIECERIT] deiecerit *LG* | haec scaena *post* ualet *α*

scaena ad satisfaciendum *plurimum* ualet ac ueniam petit.
956 — **3** *NAM* QVOD OB FACTVM *huius poenae quae tanta causa*
957 *est?* — **4** VVLGO FACIVNT quod meretrices omnis adu-
961 lescentia amat.* — **8** QVICQVID EGO HVIVS FECI hoc est:
962 quicquid ego tale feci. — **9** ET SVAVIA *IN PRAESENTIA**
QVAE ESSENT PRIMA *HABERE* ut tantum praesentia cogitares
965 neque de futuris curam gereres. — **12** VBI CVI DECVIT
PRIMO TIBI NON LICVIT DARE hoc enim optimum parenti-
bus semper est filiis bona tradere. sed hoc cum mihi non
licuerit, proximum tibi qui erat ⟨adii⟩, hoc est qui so-
967 rorem tuam ducebat uxorem. — **14** VBI TVAE STVLTITIAE
SIT PRAESIDIVM circa uictum atque uestitum et tectum
973 habeas, quo te recipias. — **20** QVAE ISTA EST PRAVITAS
QVAEVE AMENTIA seruus iram domini in personam suam
inclinare cupiens, ut adulescenti possit succurrere, inter-
976 ponit haec uerba. — **23** NEC PRECATOREM PARARIS ne,
inquit, ut assolent serui cum delictis suis, uelis et tu
habere precatorem, qui pro te roget: uobis enim non ira-
scor, cum multa feceritis. ita aequum est, et mihi ut uos
978 non irascamini. — **25** *ABIIT* ROGASSE VELLEM post ira-
cundiam apta sententia est: quo facilius terreret, senex
980 discessit. — **27** ADEON REM *REDISSE VT PERICVLVM ETIAM*
FAMIS SIT MIHI optimum equidem sensum ex necessitate col-
lectum in dolore adulescens collocauit, quippe cum postre-
mum omnium malorum fames sit. denique (*Verg. Aen. III*
367) ‘obscenamque famem, quae prima pericula, uito’. —
985 **32** SIC EST *NON ESSE HORVM TE ARBITROR* diu finxit se
nescio quid cogitare seruus, repperit tamen astute. con-

α * [4] et argumentatur, quia quod omnibus licet uni licet.
* [5] id est ratione (*ad* ANIMO ESSE OMISSO *pertinet*).

2 Quodnam *Ter.* | OB] hoc *codd.* ‖ 3 meretrici *L* | omnes amant adulescentes α ‖ 7 decuit cui (cur *G*, cuius *L*) *LG*α ‖ 9 est *ante* parentibus α ‖ 10 proximo α | adii *suppl. W.*; tradidi α | hoc est ⟨leuiro (leniuiro *S*)⟩ α ‖ 11 ducit α ‖ 12 SIT] semper erit *Ter.* ‖ 17 dilectis *codd.* ‖ 19 ut tuos *L*, et (*om. V*) uos α, ut deos *F* ‖ 20 nollem *L* ‖ 23 fame *FG* ‖ 24 postremo *LGF*²*V*¹, -ma *F*¹, -mum *V*²*S* ‖ 25 famis *L* ‖ 28 cogitaret β

sulit, uti dicat hunc adulescentem filium non esse, et quaerit argumenta, quod, antequam puella esset inuenta, hunc diligebant, postea*quam inuenta nunc est ea*, exheredatur. adicit et illud: cum matres semper pro filiis esse consueuerint, nunc in iracundia patris non rogat mater. compellit igitur adulescentem, uti parentes roget: aut enim precibus ad misericordiam commoturus est ambos aut suos parentes facile cognoscet. sed *hoc* inuentum
996 *esse* ex posteriore oratione cognoscimus, cum dixit **43** SATIS
997 RECTE *HOC MIHI IN MENTEM VENIT.* — **44** *NAM CVM ADVLESCENS IN MINIMA SPE SITVS ERIT TAM FACILLIME PATRIS PACEM IN LEGES CONFICIET SVAS* cum enim in periculo maiore positus fuerit filius, tam facile parentibus potest mouere pietatem uel pacem ab iracundo patre suscipere. 'pacem' autem ueniam, ut Virgilius (*Aen. IV 56—57*) 'pacemque
999 per aras exquirunt' beniuolentiam, ueniam. — **46** AC SYRO NIHIL SIT GRATIAE *atque adeo* certus sum, ex hoc consilio quod in gratiam *cito* est reuersurus filius, ut fortasse etiam, cum concesserit, uxorem ducere compellatur *et nihil*
1002 *Syro dari possit.* — **49** SENI NOSTRO *FIDEI NIHIL HABEO* non credam seni quasi ignoscenti itaque precatorem Menedemum praeparabo.

3.

1003 **1** PROFECTO NISI CAVES coercet hic uxor maritum, quod exheredationem filii uelit errore ex illo consilio. sexus iam continuo quasi morum ⟨con⟩uicium est, ut alibi (*Hec. II 1, 17*) 'tu, inquam, mulier, quae me omnino la-

2 antequam] nequam *LF*, *om. G* ‖ 5 esse] interuenire *α* ‖ 8 inuentum *Schoell* (*cf. p. 201, 19*): conu- *codd.* ‖ 10 namque adulescens ⟨quod (quam *G*)⟩ *FG* ‖ 11 IN *om. G* | TAM] an *L*; tum*?* ‖ 12 in *om. LGα* ‖ 13 tum *Lindenbr.* ‖ 15 ⟨dixit⟩ ueniam *α* ‖ 16 ⟨id est⟩ beniuolentiam ⟨et⟩ ueniam *α* ‖ 18 quod *ante* ex *α* | filius reuersurus *FGα* ‖ 19 cum concesserit *F*, concessit *LG*, concedat *α* | ⟨et⟩ uxorem *codd.* | compellat *α* ‖ 20 ⟨ita⟩ habeo *L* ‖ 21 menedemum precatorem *α* ‖ 22 parabo *α* (*recte?*) ‖ 25 continuo ⟨notatur⟩ *α* | conuicium *Zeune*

pidem, non hominem putas'. aliud tamen est amplius circa
naturam ⟨con⟩uicium 'mulier' quam 'femina', ⟨nam
1008 'femina'⟩ sexus est, 'mulier' et aetas. — **6** AT SI ROGEM
IAM QVID EST QVOD PECCEM quam stulta sis, perspice: quid
faciam uides, cur faciam nescis. at si te interrogem quamobrem faciam, profecto nescias: unde stulte resistis. —
1010 **8** *IMMO SCIS POTIVS QVAM REDEAT AD INTEGRVM EADEM ORATIO*
ad narrationem rediit et causam consensit illam scire. —
1014 **12** SVBDITVM SE SVSPICATVR hic iam intelligendum uenisse
adulescentem et matri, hoc est mitiori de parentibus, suam
1018 suspicionem indicasse. — **16** QVOD FILIA EST INVENTA exinde putas posse inueniri hunc esse filium meum, quod et
inuenta est filia, hoc est eodem pacto ut et hic noster,
1023 quemadmodum et illa inuenta est, inueniri possit. — **21** REM
CVM VIDEAS CENSEAS cum uideas, *ut* ex uultu mores eius
agnoscas.

4.

1024 **1** SI VMQVAM VLLVM FVIT TEMPVS *MATER* ad commouendam pietatem commemorat praeteritos affectus, quo
sibi facilius possit ignosci, ut (*Verg. Aen. IV 317—18*)
'⟨si⟩ bene quid de te merui fuit aut tibi quicquam
1033 dulce meum'. — **10** GERRO INERS *leuis.* gerras pisces
dicunt nullius *uel* saporis uel momenti ad cibos. tractum hoc autem est a Syracusanis, qui omnia machinamenta, quae a Marcello aduersus ciuitatem fiebant, ⟨ut⟩

1 amplius — aetas] mulierem dicere per naturam, aliud per uitium *α* ‖ 2 conuicium *W.* | nam femina *add. W.* ‖ 6 nescis *α* ‖ 8 redit *codd.* ‖ 11 inuenta est filia *α* ‖ 14 ⟨in⟩ illa *α* ‖ 18 effectus *α* | quo *W.*: quod *codd.* ‖ 19 ignosci *F*, agn- *rell.* ‖ 21 ⟨ac⟩ leuis *G*, fraus *F*; *de L non liquet* | gerro est piscis nullius *α* ‖ 22 ad — omnia] *magna rasura in L* | ⟨id⟩ ad cibos *FG*, ⟨id⟩ a cibis *α* ‖ 23 a Syracusanis *W.* (*cf. Fest. P. 40, 6; 94, 4*): accusantis *codd.* | qui omnia] aut gerro dicuntur *α* ‖ 24 a *om. α* | Marcello *W.*: metallo *codd.* | ut *add. Zeune*

magno impetu eam deiceret, eadem g e r r a s appellabant.
034 — HELLVO inuasor et qui plurimum consumat. — **11** GANEO
039 tabernis operam dans et conuiuiis turpioribus. — **16** QVOD ABEST NON QVAERIS *bene circa uerba lusit: 'quod habes' inquit 'quaeris' hoc est parentes, 'at uero quod non habes, illud non quaeris'* hoc est quemadmodum patri obsequaris.*

039 *α**[6] **16** QVAERIS QVOD HABES scilicet parentes. et est compositum ex contrariis, quae figura dicitur antitheton (-teton *codd.*) uel parison, id est aequatio sententiae.

5.

045 **1** *ENIMVERO CHREMES NIMIS GRAVITER CRVCIAT ADVLESCENTVLVM NIMISQVE INHVMANE* procedit *et* Menedemus, ut omnis persona in postrema parte praesens sit. uenia datur filio, ut cunctus error possit absolui. adhuc tamen perseuerans Chremes conuenit Menedemum, ut filiam ducat *et eius dotis quod dictum est confirmet: uult enim diu rogari, ut longis precibus exoratus facile filium confirmet.* —
058 **12** AD ME RECIPIO ego facio, ut hic promittat. — **14** HAEC DVM INCIPIAS *GRAVIA SVNT* in exordio habent haec semper
060 difficultatem: ubi aggressus fueris, facilia fiunt. — **16** EGO TIBI ILLAM DABO *LEPIDAM* hic *et* illudit, ut ioco tristitia *tanta* soluatur, cum promittit filiam nescio cuius admo-
062 dum foedam. — **18** CAESIAM oculis intortis.* — SPARSO ORE aut dissoluto aut 'ore' dixit uultu, et significat 'sparso' asperso, quasi: maculis quibusdam infecto uultu.* —

*α**[19] uel caesuras id est rugas habentem, aut lenticulosam.
063 *[21] **19** VT ELEGANS EST id est prudens in discretione puellarum,
065 quia **21** IBI id est in hac electione est totus. quod uero

1 eam *W.*: cum *codd.* | deiceret *F*, -rent (deiec- *L*, dic- *G*) *rell.* ‖ 2 ⟨est⟩ inuasor *Fα* | consumit *Fα* ‖ 4 lusit *Schopen*: iussu *L*, eius et *F*, ius *G* ‖ 7 CHREMES] quod abest non queris *LF* (= *V 4, 16*) ‖ 10 ut *om.* *LG* ‖ 11 ⟨ad⟩ducat*?* ‖ 14 ⟨id est⟩ ego *α* ‖ 16 fiant *LF* ‖ 19 ⟨id est⟩ oculis obtortis *α* ‖ 20 aut *1.*] id est *α*

1066 **22** SYRO VT IGNOSCAS *VOLO QVAE MEA CAVSA FECIT* petit ueniam etiam Syro, sed non omnium factorum, ne infinitum esset quod peteret uideretur, sed ut ea ignoscat 'quae mea causa fecit'.

α subiunxit ARCHONIDIS FILIAM, aut Bacchidem dicit aut aliam quamlibet, ad quam adulescens contumeliis patris appulerat animum.

1 VT *om.* *F* (= *Ter.*) ‖ 2 ⟨et⟩ non α | esset] sit α ‖ 3 uidetur α | sed — quae] et transfert in se crimen serui dicens quod fecit α

EVGRAPHI
COMMENTVM PHORMIONIS

Rec. β:

- *L* = cod. Leid. Voss. lat. Q. 34 s. X: — IV 3, 1.
- *l* = cod. „ „ fragmenta apud Lindenbrogium servata, *v. praef.*
- *A* = cod. Ambros. H 75 inf. s. XI: prol.
- *F* = cod. Laudun. 467 s. XV: — II 1, 59.
- *G* = cod. Sangall. 860 s. XV.

Rec. α:

- *V* = cod. Leid. Voss. lat. Q. 36 s. X.
- *B* = cod. Vatic. Basil. 19 H. s. X: prol.

β = consensus codicum *L*(*l*)*AFG* aut omnium aut eorum qui exstant.
α = „ „ *VB* aut omnium aut eorum qui exstant.

Faernus	= editio	C. Victorii cum emendationibus G. Faerni Veneta 1561.
Lindenbr.	= „	Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623.
Westerh.	= „	A. H. Westerhovii Hagana 1726.
Zeune	= „	I. C. Zeunii Lipsiensis 1774.
Klotz	= „	R. Klotzii Lipsiensis 1840.

W. = Wessner.

* * * * *lacuna.*

Litteris inclinatis indicavi quae in sola rec. β exstant.

PHORMIO

PROLOGVS

Semel tibi datum praeceptum circa prologos perseueret, numquam Terentium ⟨ea⟩ ratione uti in prologis, qua utantur omnes, quippe cum aduersarius Luscius Lanuinus maledictis frequentissime Terentium persecutus sit, quibus oportebat in prologo responderi. hanc quidem quaestionem etiam ipse fecit Terentius: numquam enim prologis uteretur, nisi haberet aduersarium, cui malediceret. ita nascitur hic quasi quaedam controuersia, qua reus efficitur Terentius, quod faciat contra legem, quod iniuste agat omittendo prologorum consuetudinem et tantum maledicta ponendo. huic per qualitatem respondit aduersarium suum cogere, ut istud, quod Terentius facit, possit efficere.

1 **1** POSTQVAM POETA VETVS *POETAM NON POTEST RETRAHERE AB STVDIO ET TRADERE HOMINEM postquam inquit,* Luscius Lanuinus — *hic enim est 'poeta uetus'* — poetam nostrum Terentium non potest coercere, quominus comoedias scriberet, et hominem ad otium reuocare, coepit eum maledictis terrere credens non scripturum comoedias Terentium, si ei saepe malediceret. obicit praeterea primam quaestiunculam, quod leues comoedias Terentius fecerit:

1 Semel] Semper *A* | prologos *Faernus*: epilogos *codd.* | perseuerat *B* (*edd.*) ‖ 2 ea *add. W.* ‖ 3 utuntur *AGB* ‖ 4 Terentium] eum *α* ‖ 5 respondere *α* ‖ 6 quod enim terentius (enter- *om. AG*) numquam *codd., corr. W.* ‖ 7 malediceret ⟨certum est⟩ *α* ‖ 8 hinc *A* ‖ 9 faciat *W.*: -cit *codd.* ‖ 11 respondet *α* ‖ 12 cogere ⟨se⟩ *α* ‖ 14 AB] a *FG* | ⟨id est⟩ luscius *α*; ⟨non potest⟩ luscius *β* ‖ 16 potuit *α* ‖ 17 reuocare *Schopen*: -ret *codd.* ‖ 20 fecerit terentius *AG*

criminatur, quia non fecit, quod Luscius Lanuinus in comoediis fecit. ita fit obiecti criminis ex quadam aduer-
5 sarii accusatione purgatio. — **5** TENVI ESSE ORATIONE ET SCRIPTVRA LEVI hoc est: soliditatem in uerbis nullam, ⟨nullam⟩ in rebus. hoc obiectum est. ostendit etiam nullam grauitatem, quoniam istud, quod obiecerat iste, ⟨non⟩ fecisset: 'ideo' *inquit Terentius* '*ista* obiecerat, quod non
6 feci, quod fecit idem Luscius Lanuinus **6** ⟨INSANVM ADVLESCENTVLVM CERVAM VIDERE FVGERE⟩ ET SECTARI CANES ET EAM PLORARE ORARE VT SVBVENIAT SIBI, in quo utique perspicis nihil, quod comoediarum sit: non enim aut amator errat aut suspicione ducitur *aliqua* aut affectus est alicuius aut irascitur, quod filius nolit ducere uxorem, pater aut aliquod horum *est*, quod in comoediis esse deberet. primum enim, quod ad comoediam ⟨istam⟩ pertinet, est insanus adulescens, qui affectus a comoediis longe uidetur alienus; deinde quod ceruam uidet fugere et sequi canes, istud omnino comoediae alienum est. ita leue *hoc* nescio quod genus dicendi et alienum siquidem Luscius Lanuinus ⟨admi⟩sit, Terentius ostendit uilia se magis ista uitare, ut, si quid in aduersario esse cognouerit, reprehendat.
9 — **9** QVOD SI INTELLEGERET CVM STETIT OLIM NOVA ACTORIS OPERA MAGIS STETISSE QVAM SVA comoedia ista, quam reprehendit, dicta a Lanuino est et placuit: quare potest esse praescriptio, quod reprehendi non possit, ex eo quod iam populo placuit. occurrit huic Terentius dicendo 'quodsi

1 ⟨ipse⟩ luscius *AG* ‖ 5 nullam *add. Faernus* ‖ 6 obiecerit *LFG* | iste *AG*, ista *rell.* | non *add. W.* ‖ 7 fecisset *W.*: fecisse et *LF*, fecisset et *AG*, fecisse α | obiecit α; obiecerat ⟨scilicet luscius lanuinus⟩ *A* ‖ 8 feci *W*: fecit *codd.* ‖ 10 ET EAM *om. LAGV* | ⟨et⟩ orare *AG* | conueniat *L* | quo *W.*: qua *codd.* ‖ 12 errat *W.*: erat *codd.* ‖ 13 noluit β, nolit (*ante* filius) α ‖ 14 quod ⟨solet⟩ α | ⟨ut⟩ debet α ‖ 15 ⟨est⟩ enim *AG* | istam (*sc. Lusci*) *add. W.* ‖ 16 ⟨quod⟩ est β, ⟨id⟩ est α | adulescens insanus α | longe *ante* a *AG* ‖ 17 uideatur *LF* | ⟨quod⟩ deinde quod *LF*, quod deinde α ‖ 18 istuc *LA* | comediis *F*, a comoedia α | leue *post* 19 quod α ‖ 19 et *Goetz*: est *codd.* ‖ 20 admisit *Goetz*; ⟨in eo⟩ sit α ‖ 24 dicta] data? *cf. p. 215,2; at cf. etiam p. 216,21* ‖ 25 reprehendit non posse α

animaduerteret, quoniam, cum noua comoedia *ista* quam
reprehendi data est, actoris opera stetit, non sua — ut
non ingenio *potius* placuerit poetae, sed magis actoris
11 artificio —, **11** *MINVS MVLTO AVDACTER QVAM NVNC LAEDIT LAE-
DERET et magis placere fabulae potuissent, quascumque fecis-
12 set.'* — **12** NVNC SI QVIS EST *QVI HOC DICAT AVT SIC COGITET
VETVS POETA SI NON LACESSISSET PRIOR NVLLVM PROLOGVM
INVENIRE POTVISSET NOVVS QVEM DICERET NISI HARERET CVI
MALEDICERET* haec est illa propositio quaestionis, quod num-
quam prologus a Terentio ponatur causa *ea*, qua solet
prologus dici, ut poetam commendet, ut argumentum dicat,
sed tantummodo ⟨ut⟩ maledicat aduersario. hanc quaesti-
onem soluit, ut dixisset superuacuos esse quodammodo
prologos neque illic comoediae uim contineri *et potestatem,
nisi quid in prologo factum est, quod ad comoediam per-
tinet.* omnis igitur palma, omnis uictoria, omne certamen
in ipsa fabula continetur: comoediae sunt illae, ubi uirtus
et ingenium peruenire possit ad gloriam. hoc igitur dixit
16 **16** IN MEDIO PALMAM OMNIBVS POSITAM QVI ARTEM TRAC-
TANT MVSICAM: non principia neque extremitates consi-
derari oportere, sed illa, quae sunt media, quae comoe-
18 diam tenent, ubi ars musica tota uersatur. — **18** ILLE
AD FAMEM AB STVDIO VOLVIT HVNC REICERE nota aduersarii
uoluntatem, quod maligne persecutus sit, uti Terentius
ad famem reiceretur: uendebant enim comoedias et inde
quaestus habebant. certe optime respondit etiam *hoc* ad-
19 uersario quod dixit **19** HIC RESPONDERE VOLVIT NON LA-
CESSERE: fit enim iustum, cum respondemus potius male-
dicis quam maledictis aliquem prouocamus. ita cum paria

2 reprehendi *W.*: -dit *codd.* ‖ 3 sed] quam *α* | magis *ante* ingenio *codd., transp. Schoell* ‖ 5 et *om. LF* ‖ 10 ea] hac *AG* ‖ 12 ut *add. W.* ‖ 13 soluit *om. α* ‖ 14 illi *LVB*; illis *Zeune, Schopen* | comoediae uim *Schopen*: -diam *AG*, -diae *LFα* | et *om. F* | potest esse *AG* ‖ 15 nisi *W.*: ita si *codd.* | quod] nisi quod *A*, non quod *G*, nisi *LF* | ad] ut *L* ‖ 18 possit peruenire *α* ‖ 19 tractant artem *α* ‖ 20 extremitate *L*, -tē *F* | considerare *LAG*, (*post* oportere) *α* ‖ 23 famam *codd. praeter G* | ab studio uoluit *ante* ad *AG* ‖ 25 ad famam *G*, a fama *LF α* ‖ 26 aduersario *W.*: -sum *codd.*

21 referimus, crimen est nullum: quod adiunxit **21** QVOD AB
ILLO ALLATVM HIC SIBI RELATVM PVTET. commendat nunc
22 poetam, cum subiungit **22** DE ILLO IAM FINEM FACIAM
DICENDI ⟨MIHI PECCANDI⟩ CVM IPSE DE SE ⟨FINEM⟩ NON
FACIT hic grauiter et illum peccare multa docuit et se
24 contentum esse respondere. — **24** NVNC QVID VELIM ANIM-
ADVERTITE supponit per paucos uersus et officium pro-
logi, ut aliquid instruat de comoedia. — ADPORTO NOVAM
EPIDICAZOMENON QVAM VOCANT COMOEDIAM GRAECI nomen
comoediae dicere, aliquid argumenti tangere prologi offi-
27 cium est. — **27** QVIA PRIMAS PARTES QVI AGET IS ERIT
PHORMIO PARASITVS primas partes dicet, hoc est summas,
non priores *partes: per ipsum enim parasitum quae summa
sunt in comoedia ⟨dicentur⟩*, siquidem comoediae nomen
impositum est ab eo actore, per quem agentur plurima,
30 *si tamen uoluntas uestra accesserit ad poetam.* — **30** *DATE
OPERAM* ADESTE AEQVO ANIMO subiungit illam beniuolentiam,
quam semper petit prologus, et rogat etiam cum silentio. —
31 **31** NE SIMILI FORTVNA *VTAMVR ATQVE VSI SVMVS CVM PER
TVMVLTVM NOSTER GREX MOTVS LOCO EST* datur hic intelligi,
quod haec comoedia post illam comoediam dicitur, quae
Hecyra est, ut hoc hic tetigerit 'ne tali fortuna uta-
mur, qua usi sumus frequentissime exclusi: aliquando
tamen cum labore maximo comoediam egimus uirtute
potius perseuerantis actoris, qui totiens sit exclusus'. *ita
in prologo Hecyrae narratur, quod frequenter ea comoedia*

2 ablatum *FA*; est *add. FG* ‖ 3 ⟨nunc (*gloss. ad* iam)⟩ de *LAG* ‖ 4 FINEM *add. F* ‖ 6 respondit *AG* ‖ 7 et] ad *AG* ‖ 8 adportā *LA* | NOVAM *om. α* ‖ 9 QVAM *om. AG* | graeci uocant *AG* ‖ 10 ⟨et⟩ prologi *AG* ‖ 11 QVI — PARASITVS] quia (quas *G*, qu *A*!) fecerit (-cit *G*) phormio parasitus *LAG*, qui fecerit parasitus phormio (*post* summas dicet) *α* ‖ 12 dicet (*post* summas) *α*, dicit *AG*, ducat *LF* ‖ 14 dicentur *add. W.* | siquidem comoediae *om. β* ‖ 15 agentur *W.*: aguntur (*post* plurima *α*) *codd.* ‖ 17 ⟨et⟩ adeste *LAG* ‖ 18 ⟨ut audiatur⟩ cum *α* | cum silentio *om. AG* ‖ 21 illam] *fort.* aliam ‖ 22 ut] et *AG* | tetigit *G* ‖ 26 ea *ante* Hecyrae *LF, om. rell.* | comoedia exclusa sit *W.*: a comoedia exclusus sit (sit exclusus *F*, excluserit *G*) *codd.*

exclusa sit. et ne tamen quasi actoris illam comoediam fecerit audiri uirtute et perseuerantia et ne ex hoc in-
34 iuriam populo fecisset, adiecit et **34** BONITAS VESTRA ADIVTANS ATQVE AEQVANIMITAS.

I.

1.

35 **1** AMICVS SVMMVS MEVS ET POPVLARIS GETA argumentum fabulae in prima scaena per plurimas partes tractatur. haec nihil aliud tenet quam rationem et expositionem rerum gestarum, unde formam nullius causae habet. ergo uerba ac sensus, qui obscuri sunt, sequamur. — *AMICVS SVMMVS MEVS ET* POPVLARIS GETA 'popularis' tribus modis accipimus: de populo, socius et eiusdem condicionis. de populo accipimus eos, qui in populo sunt; socius, ut in Sallustio (*Catil. 22, 1*) 'cum ad iusiurandum popularis sui sceleris adigeret' hoc est socios; eiusdem condicionis, ut (*Ad. II 1, 1*) 'obsecro, populares, ferte misero *atque innocenti auxilium*', quamquam illic etiam de populo potest. at uero hic 'amicus *summus meus ac* popularis Geta' quid aliud quam seruum indicat, quod est *eiusdem*
36 condicionis? — **2** ERAT EI DE RATIVNCVLA *IAM PRIDEM APVD ME RELIQVVM PAVXILLVLVM NVMMORVM de ratiuncula,* quam apud me habuit, *erat ei* reliquum nummorum, *sed*
38 aliquantulum. — **4** ID VT CONFICEREM hoc est: ut id red-
40 dendum pararem. — **6** EI CREDO *MVNVS* ⟨*HOC*⟩ *CONRADITVR* sicuti arbitror, domini filio ducenti uxorem hoc a seruo munus praeparatur. 'conraditur' autem: magno labore et

1 actori *Fα* ‖ 2 et *1. G*, sed *rell.* ‖ 5 MEVS *om. LGV* ‖ 6 per *G*, *om. LFα* | pluribus partibus *α* ‖ 7 nihil — rationem et] *sic* (*sed* continet) *α*, continet rationem et (et *om. LF*) nihil aliud tenet quam (nihil — quam *ol. sscr.?*) *β* ‖ 10 ⟨a⟩ tribus *LF* ‖ 11 accepimus *LF*, accipitur *α* ‖ 12 accipimus — sunt; socius *W.*: accipimus — sunt eiusdem condicionis *post* Sallustio *β*, *om. α* ‖ 13 cum *om. α* ‖ 15 popularis *LF* ‖ 17 ac] et *G* ‖ 20 paululum *L* ‖ 21 habui *Fα*, habet *L* ‖ 22 ⟨id est⟩ aliquantulum *α* ‖ 23 CONRADITVR] paratur *codd.* (*gloss.*) ‖ 24 domino *G*

41 inopia colligitur. — **7** QVAM INIQVE COMPARATVM EST *VT*
HI QVI MINVS HABENT SEMPER ADDANT ALIQVID DITIORIBVS
stulte, inquit, †defectum est atque dispositum, ut semper
pauperes ditioribus, hoc est diuitibus, aliquid uelint adhibere, dum munera eis mittunt, a quibus accipere ipsi
43 debeant. — **9** QVOD ILLE VNCIATIM hoc est paulatim, uelut
per singulas uncias. — DE DEMENSO SVO de cibariis *suis,*
44 hoc est quod sibi sit demensum, a metiendo.* — **10** SVVM
DEFRAVDANS GENIVM fraudare suum genium dicitur, si quis
parcius uiuit: at uero bene genio facit, si quis uitam
largius colit. ut Virgilius (*Geo. I 302*) 'inuitat genialis
hiems curasque resoluit'. *bene genio fieri persuadet* et alio
loco (*Aen. VI 603—4*) 'lucent genialibus altis aurea fulcra
47 toris'.* — COMPARSIT MISER parcendo seruauit.* — **13** FERIETVR ALIO MVNERE expressit impetus damni, cum dixit
48 '†uacua remittent'. — **14** PVERO NATALIS DIES semper natales cum suo tempore pronuntiantur, ⟨ut⟩ natalis annus, natalis dies, natalis hora. alioquin per se uix
dici potest, quod quidem Virgilius in Bucolicis (*III 76*)
'Phyllida mitte mihi: meus est natalis, Iolla', *ut solum per*
49 *se pronuntiasset.* — **15** VBI INITIABVNT hoc est *initiare*:
ad cibum infantem instruere, qui et ipse quodammodo
eius dies natalis est.

α *[8] uncia uero est duodecima pars librae uel cuiuslibet rei.
*[14] est autem genius deus uoluptatis.
*[14] nam parco facit praeteritum peperci uel parsi. et est parco seruo uel dimitto, ut Virgilius (*Aen. I 257*) 'parce metu, Cytherea' id est dimitte metum (*cf. Seruius*).

3 defectum] decretum *G*, factum α; effectum*?* | est *post* dispositum α ‖ 4 id est α ‖ 5 ipsi (*ante* accipere) α, et ipsi *F*, ipsa *L* ‖ 6 debebant α | id est α | ueluti α, *om. G* ‖ 7 per *om. FG* | ⟨id est⟩ de α ‖ 9 si qui α, si quid *L* ‖ 10 ⟨bibit si quis (si qui *L*, *om.* α) partius⟩ uiuit *codd.* ‖ 12 persuadet fieri *L* ‖ 16 uacuum*? an* uacuatum*?* | natales] natalis ⟨dies⟩ *L* ‖ 17 ut *add. W.* | natalis annus *post* dies α ‖ 18 dici uix *FG*α ‖ 19 quod quidem] quamquam α ‖ 20 pronuntiasset pro se *F*, pro se nuntiasset *LG* ‖ 22 instruent α | quodammodo *post* dies *FG*, *post* est *L* ‖ 23 eius dies] discendi *FG*α | natali *L*α

2.

51 1 SI QVIS ME QVAERET *RVFVS* egreditur seruus, qui
narraturus est illa, quae supra dixit: mandat dominae,
ut ad se ueniat ille, qui debitor suus fuit, et quoniam
fortasse uix nomen tenere posset, de colore indicat, ut
52 possit agnosci.* — 2 ACCIPE pulchre, antequam peteret
aliquid, obtulit quod debebat. et in singulis intelligimus
metum esse circa accipientem: primum, ne displiceret, est
53 dictum 3 LECTVM EST; deinde, ne parum conueniens nu-
merus crederetur, adiecit CONVENIET NVMERVS QVANTVM
57 DEBVI. — 7 EGO⟨NE⟩ NESCIS QVO IN METV ET QVANTO IN
PERICVLO SIMVS omne malum duo habet tempora, prae-
teritum et futurum; praeteritum autem simul iungitur *et*
praesenti. ita in praesenti uel praeterito periculum *est*, in
futuro metus *est*. magnus igitur confessus dolor est, cum
dixit 'nescis quo in metu' *quae res* de futuro *est* 'et
quanto in periculo *simus*' quod utique de praeterito ex-
pressum est, ut in Virgilio (*Aen. I 102—3*) 'talia iactanti
stridens aquilone procella uelum aduersa ferit' hoc uti-
que periculum 'fluctumque ad sidera tollit' hic metus
59 est; et cetera pari modo persecutus est. — 9 ABI SIS IN-
SCIENS *CVIVS TV FIDEM IN PECVNIA PERSPEXERIS* discede,
stultissime; cum tu mihi pecuniam credideris, ubi fidem
meam integritatemque uidisti, uerba mihi metues commo-
dare, in quibus quid lucri habebo, si te fefellero? —
62 12 *ERGO AVSCVLTA ergo audi.* — HANC OPERAM TIBI DICO
63 audiendi tibi operam trado. — 13 SENIS NOSTRI *DAVE*

α*[5] et est definitio, quae dicitur hypographice (ypografice *codd.*), id est singulorum descriptio.

3 ut *om.* *LFα* (*recte?*) | suus *L*, sibi (*ante* debitor *G*) *rell.* | quoniam] qui *L* ‖ 4 nomen uix *FGα* | possent *codd., corr. Lindenbr.*; possit *Gerstenb.* ‖ 8 numerus ⟨esse⟩ *α* ‖ 10 QVO] quod *Lα* ‖ 11 sumus *Fα* ‖ 12 et *om.* *G* ‖ 13 ita — periculum] in periculo *α* | est *om.* *G* ‖ 14 confessus] expressus *FGα* ‖ 15 in quo ... in quanto *α* | de *om.* *L* ‖ 16 sumus *F* | de *et* 17 ut *om.* *L* ‖ 17 in Virgilio] uirgilius *α* ‖ 19 periculum ⟨est⟩ *α* ‖ 20 prosecutus *codd.* ‖ 24 habeo *β*

FRATREM MAIOREM NOSTIN narratio hic sumit exordium, quae,
ut oportet, ab eo incipit, quod sciri potest. quod frequentissime dixit Virgilius, ut (*Aen. II 81—82*) 'fando aliquid
si forte tuas peruenit ad aures Belidae nomen Palamedis'
et (*Aen. X 20*) 'cernis ut insultent Rutuli'. item idem in
68 Eunucho (*III 5, 15*) 'hanc fratris nostin?' — **18** PELLEXIT
decepit, fefellit, *induxit*,* uti est (*Verg. Aen. II 90*) 'inuidia postquam pellacis Vlixis'. — MODO NON MONTIS AVRI
POLLICENS *quemadmodum dicitur* (*Sallust. Catil. 23*) '*maria
montesque polliceri coepit*', *quod* significat plurima et ingentia. '*hic*' *inquit* 'non modo *montis* auri *pollicens*, sed
70 *etiam* maria'. — **20** REGEM ME ESSE OPORTVIT antiqui,
maxime in comoediis, ditissimos quosque reges dicebant,
uti parasiti eos, a quibus pascebantur, reges appellarent. —
72 **22** QVASI MAGISTRVM quasi monitorem atque custodem. —
73 PROVINCIAM CEPISTI* officium. — **23** *MIHI ERGO VSV VENIT*
74 *aliquando mihi contigit*. — **24** MEMINI ME RELINQVI DEO
IRATO MEO teneo in memoria dimitti irato deo meo, uel
domino uel genio uel certe deo: noster enim deus est, qui
fauet nobis; qui si iratus fuerit, aduersa omnia patimur.
ut Virgilius (*Aen. II 396*) 'uadimus inmixti Danais haud
76 numine nostro'. — **26** SENI FIDELIS DVM SVM *SCAPVLAS
PERDIDI* dum seni fidem praesto, ut monitor perseuerarem,
77 uapulando scapulas perdidi. — **27** NAMQVE INSCITIA EST
ADVERSVM STIMVLVM CALCES etenim inscitia est calces tum
uelle iactare, cum stimulus imminet, quo te magis incipias uulnerare. — **29** SCISTI VTI FORO intellexisti, quid
79 pias uulnerare. — **29** SCISTI VTI FORO intellexisti, quid
81 te oporteat facere. — **31** CONTINVO QVANDAM *NACTVS EST*

α*[7] unde pellex, id est meretrix, et pellax.
*[16] id est prouidentiam (*add.* uel)

3 Virgilius *om.* β ‖ 4 palemedis ⟨et inclita fama⟩ *G* ‖ 6 nostin hanc quam amat frater *Ter.* ‖ 8 montes α ‖ 11 non solum α | montes *FG* ‖ 12 maria] cuiusque rei α; *fort. huc pertinet* etiam mane (mane *om. F*) *quod in LF infra post* antiqui *legitur* (et inmania?) ‖ 14 uti ... appellarent] unde ... appellabant α ‖ 16 ERGO *om. F* (= *Ter.*) ‖ 17 relinqui me *G*α ‖ 19 ⟨in⟩genio *codd. praeter G* ‖ 20 omnia aduersa α ‖ 21 haud] ñ *G*, et *rell.* ‖ 26 iacere *FG*α ‖ 28 facere oporteat α

PVELLVLAM bene adiecit 'continuo', ut adulescens absentiam
patris quodammodo expectasse uideretur, uti in delicias
84 amoremque labi possit. — **34** NEQVE QVOD DARETVR *QVIC-
QVAM ID CVRARANT PATRES* hoc est: eam inopiam in domo
reliquerant, ut, quod dari possit lenoni, non haberetur.
curauerant ergo quadam diligentia ac fecerant, ne pecunia
86 filiis relinqueretur in domo. — **36** SECTARI IN LVDVM
⟨DVCERE⟩ sequi ac ducere, cum illa pergerat in ludum,
88 hoc est in locum, ubi forte discebat. — **38** EXADVERSVM EI
89 LOCO contra ipsum locum. — **39** TONSTRINA QVAEDAM ERAT
93 officina tonsorum. — **43** NVMQVAM AEQVE *INQVIT AC MODO
PAVPERTAS ONVS MIHI VISVM EST ET MISERVM ET GRAVE* ⟨***⟩.
97 — **47** *NEQVE ILLI BENIVOLENS NEQVE NOTVS NEQVE VICINVS*
hoc est: nullus fuerat, qui beniuolentia aut notitia aut
101 uicinitate succurreret *et adiuuaret*. — **51** COMMORAT OM-
NIS NOS ita narratione sua exprimebat affectum, ut nos
omnes commouisset. 'commorat' autem commouerat*. —
107 **57** VT NI VIS BONI *IN IPSA ESSET FORMA HAEC FORMAM EX-
STINGVERENT* magna uis bonitatis et pulchritudinis in forma
fuerat: idcirco ista, quae ex luctu et lacrimis fuerant, for-
109 mam extinguere non ualebant. — **59** TANTVMMODO SATIS
INQVIT SCITA hoc est: tantummodo laudauit, ille autem
111 alius amare coepit. — **61** QVO EVADAT VIDE quo res per-
115 ueniat, animaduerte. — **65** *BONAM BONIS PROGNATAM et
119 ipsam ingenuam et bonis parentibus natam*. — **69** NON SI
REDISSET *EI PATER VENIAM DARET* hoc est: cum redisset.
122 — **72** EST QVIDAM PHORMIO PARASITVS hic interponitur
alia narratio, quae personam declarat diuersam: narratio

α*[17] per syncopam (sinc- *cod.*)

2 in *F*, *om. rell.* ‖ 4 curant *LF* | eam *G*, iam *rell.* ‖ 5 reliquerat *LGα* | posset *Gα* ‖ 6 curauerat . . . fecerat *codd., corr. Zeune* ‖ 8 ac ducere *Schoell*: adducere (duc- *F*) *codd.* | pergebat *F*, pergeret *G* ‖ 9 ex aduerso *Gα* ‖ 11 ⟨id est⟩ officina *α* ‖ 12 *lac. sign. W.* ‖ 13 bene uolens *FG* ‖ 15 et] uel *G*, *om. LF* ‖ 17 ⟨pro⟩ commouerat *α* ‖ 18 ⟨in⟩esset *F* ‖ 19 uis *post* pulchritudinis *α* ‖ 22 laudauit *W.*: -bit *codd.* ‖ 26 *v. ad* p. 222, 1 ‖ 28 diuersam *W.*: detiusam (*vel* dec-) *L*, de causa in (enim in *G*) *rell.* | narratio enim *W.* (*cf. G*): narrationẽ (*in* -ne *corr. V*) *codd.*

enim semper iam immittitur, ne omne in sensu posi-
125 tum uideamus. — **75** LEX EST VTI ORBAE QVI SINT
GENERE PROXIMI leges illas narrat, quas oratores saepe in
controuersiis collocarunt 'orbam proximus ducat' 'orba
127 proximo nubat'. — **77** ET TIBI SCRIBAM DICAM et tibi
131 calumniam indicam et causam inpingam. — **81** QVOD
ERIT MIHI BONVM *ATQVE COMMODVM CVM TV ISTORVM NIHIL*
REFELLES facile ista, quae sunt mendacia, quae ego fingam,
133 comprobabo iudicibus: tu nihil reuinces. — **83** PATER
ADERIT *MIHI PARATAE LITES* hoc quasi quaestionis loco
propositum est a Phormione 'sed cum tu duxeris uxorem,
ueniet pater et mihi litem intendet', cui paratur responsio
'quid interest? quid mea? *iam tamen illa, quam tu cupis,*
134 *in tua erit potestate'*. — **84** IOCVLAREM AVDACIAM quae ex
ioco ueniat in periculum, *ut* (*Andr. IV 4, 43*) '*ioculare*
135 *in malum insciens paene incidi'*. — **85** VENTVM EST amat
Terentius ista collocare, quibus ostenderet suam breui-
tatem, ut supra (*I 2, 53—54*) 'imus, uenimus, uidemus';
similiter in Eunucho (*III 5, 45*) 'iit, lauit, rediit'. —
138 **88** QVOD FORS FERET FEREMVS *AEQVO ANIMO* nunc narra-
tione finita de euentu respondit: omnia se aequo animo
140 passurum, quae euentus attulerit in peccatis. — **90** AD
PRECATOREM *ABEAM* solent serui, quotiens rei fuerint con-
stituti, habere sibi precatores, qui pro eis dominos rogent.
nunc dicit stulte eos facere, qui precatores parant et ad-
hibent, quorum oratio haec esse potest 'interim uenia
tribuatur: postea, cum ipse, qui precatur, discesserit, do-

1 iam immittitur] res agitur *α* | ne — 2 uideamus *post* 221, 26 redisset *in codd., transp. W.* | ne omne] non procū *G* | sensu *G*, -um *rell.* ‖ 2 sunt *FG* ‖ 7 TV *om. L* | ISTORVM] eorum *Ter.* ‖ 8 refellis *L* | mendatio *LV*, -cio *F* ‖ 9 reuinces *W.*: relinquis *codd.* (*cf. L in lemm.*) ‖ 12 sponsio *β* ‖ 13 quid mea quid interest *α* | tamen] enim *Lindenbr.* ‖ 14 ex *W.* (*cf. Don.*): est in *β*, a *α* ‖ 15 iocularium *Ter.* ‖ 16 amat Terentius *W.*: a matre *codd.* ‖ 17 quibus *W.*: qui ut *codd.* | breuitatem *W.*: bonit- *codd.* ‖ 19 it *F* | redit *LFα* ‖ 20 FORS *om. Lα* | narrationē finit *β* ‖ 21 respondet *α* ‖ 22 quae] quod *codd.* ‖ 23 rei *om. β*; ad uerbera *post* const- *suppl. G* ‖ 25 nunc ⟨quoque⟩ *G* | parent *Lα* ‖ 26 ⟨ut⟩ interim *α*

144 minus iracundiam suam complebit'. — **94** QVID ILLE PAED-
AGOGVS *QVI CITHARISTRIAM* apto nomine appellauit ipsum
adulescentulum, qui meretricem amabat, ut paedagogum
diceret, quod eam in ludum ducebat et reducebat. —
146 **96** NIHIL NISI SPEM MERAM solam, inquit, spem, quoniam
150 nihil habet. — **100** *ET* AD PORTITORES *ESSE DELATAM* ad
eos scilicet, qui in portu sunt.

3.

153 **1** ADEON REM REDISSE *VT QVI CONSVLTVM OPTIME
VELIT ESSE PHAEDRIA PATREM VT EXTIMESCAM VBI IN MEN-
TEM EIVS ADVENTI VENIT* haec scaena uitae comparationem
tenet Antiphonis et Phaedriae, eius qui uxorem duxit
absente patre eam quam diligebat, et eius qui amat
meretricem et sumptus non habet. in quo negotio efficitur
qualitas comparatiua, qui miserior sit. et est causae genus
demonstratiuum: cum uita utriusque in miseriis ⟨***⟩ com-
paratione uitae suae dicit esse felicem. — ADEON REM
REDISSE *VT QVI MIHI CONSVLTVM OPTIME VELIT* eo usque
rem esse deductam, ut, cum mihi pater consultum optime
cupiat, ego tamen pertimescam, cum mihi uenit in men-
155 tem illum iam *iamque* esse uenturum. — **3** QVOD NISI
FVISSEM INCOGITANS *ITA EVM EXSPECTAREM VT PAR FVIT*
quod, nisi minimum cogitarem propter id, quod uxorem
duxi eo absente, sic *eius aduentum et* eum expectarem,
156 *sic*uti decuit. — **4** ROGITAS *QVI TAM AVDACIS FACINORIS MIHI
CONSCIVS SIS* interrogas me, cur istud dicam? uxorem duxi,
et eius facinoris mihi et auctor fueris et conscius. —

1 compleuit *L*, -pleat *G* ‖ 5 quoniam] quam *α* ‖ 6 nihil] non *FG*, puram *α* | habebat *G* ‖ 12 amabat ... habebat *α* ‖ 14 comparatiua qualitas *α* | quo *α* ‖ 15 uitam *α*, *om. G* | *lac. sign. W.; suppl.* constituta sit, uitam alterius *vel sim., cf. ad v. 10* ‖ 18 pater *Lindenbr.*: frater *codd.* ‖ 19 tamen ⟨non⟩ *codd.* (*praeter G*); tamen eum *Zeune* ‖ 22 ⟨id est⟩ minimum *α* ‖ 23 et eum] etiam*? an del.?* ‖ 25 interrogas⟨se⟩ *L*, -gas⟨ne⟩ *G* ‖ 26 et eius] cuius *F* | fueris] es *post* conscius *α*

157 **5** QVOD VTINAM *NE PHORMIONI ID SVADERE IN MENTEM INCIDISSET* hic exprimit miserias suas — paenitet enim consilii —: ʽutinam ne Phormioni in mentem incidisset tale consilium, ut mihi hoc suaderet atque impelleret in id, unde
159 mihi initium est malorum'. — **7** NON POTITVS ESSEM FVISSET TVM ILLOS DIES ALIQVOT MIHI AEGRE AT NON COTIDIANA CVRA HAEC ANGERET ANIMVM sed si consilium mihi Phormio non dedisset, ad fructum cupiditatis meae non peruenirem. haec quasi quaestio est, quae soluitur malorum comparatione: ʽsiquidem maiora incommoda ⟨a⟩ minoribus incommodis coepta sunt neque utile consilium fuit, id malum, quod minus habebatur, mutatum est grauiore et deteriore malo*, quod hodie cotidiana cura angit animum, dum expecto, *quam mox ueniat, qui mihi hanc uxoris con-*
162 *suetudinem tollat*'. — **10** *ALIIS QVIA DEFIT QVOD AMANT AEGRE EST TIBI QVIA SVPEREST DOLET* comparatio efficitur per alterius uitae demonstrationem: ipse enim Phaedria amat meretricem, qua potiri propter inopiam non potest. —
163 **11** AMORE ABVNDAS ANTIPHO hoc est: tibi quod desideras
165 abundat et praesto est neque eges. — **13** ITA ME DI AMENT *VT LICEAT TAM DIV QVOD AMO FRVI* ut feliciorem Antipho⟨nis⟩ uitam Phaedria posset ostendere, non solum mala uitae suae enumerat, uerum etiam iurauit per id ipsum, quod An-
166 tipho habet, quod tam diu fruatur amore suo. — **14** IAM DEPECISCI MORTE CVPIO hoc est: mori uolo *uel pacisci mortem.** deinde *ipsa* commoda uitae Antiphonis enumerat,

α*[13] per argumentum a minore ad maius
*[26] et facit p a c i s c o r, id est pactum ineo, unde d e p e c i s c o r.

2 exponit *L* ‖ 4 ⟨me⟩ impelleret *?* ‖ 9 peruenirem *Lindenbr.*: -ret (prou- *β*) *codd.* ‖ 10 magna commoda *L* | a *add. W.* ‖ 11 maioribus *β* ‖ 12 grauiori et deteriori *FG* ‖ 14 ⟨et⟩ dum *LG* ‖ 16 EST *om. L* | QVIA] quod *L* ‖ 19 tibi *om. FG* ‖ 20 abundas *L,* (*ante corr.*) *V* ‖ 21 Antiphonis — Phaedria *W.*: uite (. . . *L,* uitam *α*) phedriam (-ae *α*) antipho *codd.* ‖ 22 mala — enumerat *W.* (*duce Schop.*): mala (-ū *G*, -ae *α*) uita (-ā *G*, *om. L*) ēē numerat *codd.* ‖ 25 ⟨iam⟩ mori *α* ‖ 26 ⟨int̃⟩ commoda ⟨commodis⟩ *LF*, comoda ⟨int' comoda⟩ *G*

siquidem ille *habet* sine sumptu ingenuam, quod *habeat* quam desiderauit *uxorem,* quod sine mala opinione, quod
170 publice: *contra quod hic cum lenone rem agitet.* — **18** *BEATVS NI VNVM DESIT ANIMVS QVI MODESTE ISTAEC FERAT* *omni parte felix ac beatus, ni tibi tantummodo unum desit,*
173 *animus, qui haec tolerabiliter sustineat.* — **21** AT TV FORTVNATVS *MIHI VIDERE PHAEDRIA* reuocat comparationem Antipho ex hac causa, ut meliorem felicioremque dicat Phaedriam, quod in potestate habeat omnem consultationem suam, utrum uelit mittere an uero retinere, quod ipsi contra non licet.

4.

179 **1** NVLLVS ES GETA *NISI MIHI CONSILIVM CELERE ALIQVOD REPERIS* haec scaena nuntium tenet domini uenientis, unde perturbatio efficitur Antiphonis, quod patrem suum
180 audiat uenire, quo absente duxit uxorem. — **2** ITA NVNC IMPARATVM *SVBITO TANTA TE INPENDENT MALA* *ita tanta mala*
181 *impendent in te imparatum.* — **3** *QVAE NEQVE VTI DEVITEM SCIO NEQVE QVOMODO INDE ME EXTRAHAM* duo posuit: omnia enim mala consilio deuitemus ita, ut nos non contingant, aut — quod secundum est — si forte celeri aduentu in nos irrepserint, in hoc prospicere debemus, ut
186 inde nos liberare possimus. — **9** *PVRGEM ME LATEREM LAVEM* *omnia aduersa sunt, inquit:* si loquar, magis incendam, si conticescam, uehementer instigem et compellam ad iracundiam, si me purgauero, nihil extergam.* *hoc est enim*

186 *α**[25] **9** LATEREM LAVEM qui non purior fit lauando, dum semper auget se stercus (-gus *cod.*) fricando.

1 siquidem] quod *α* | ⟨et⟩ ingenuam *α* | quod] et *α* ‖ 2 desiderauit] amauit *α* | quod *1.*] et *α* | ⟨et⟩ quod *2.* *α* ‖ 3 hic ⟨tamen⟩ *G* ‖ 5 desit (*bis L*) *post* 6 animus *codd.* ‖ 8 ex hac causa *W.*: et haec (est *add. G*) causa *codd.* ‖ 9 quod] cum *FGα* ‖ 10 amittere *G*, dim- *F* ‖ 13 repperis *L*, repereris *FG* ‖ 15 quod *β* ‖ 17 imparatum *W.*: parantur *codd.* ‖ 18 ME *om. L* ‖ 19 deuitamus *FG* | contingat *codd., corr. Lindenbr.* ‖ 22 LAVEM *om. L* ‖ 23 ⟨aut⟩ omnia *LG* ‖ 25 extergam *W.*: est ergo *β*; culpa crescet (*om.* nihil) *α*

laterem lauare: citius enim non puriorem laterem lauando
188 *reddimus, sed ipsum laterem perdimus.* — **11** NAM ABSQVE
EO ESSET nam si istud malum sine Antiphone esset, do-
189 minum meum ac me tantummodo contineret. — **12** *FACILE*
EGO MIHI PROVIDISSEM ET SENIS *ESSEM* VLTVS IRACVNDIAM
ultus hoc more, dum aliquid sustulissem, *quod dixit* 'ali-
quid conuasissem *et me protinus conicerem in pedes*' hoc
est fugissem: discessio etenim quodammodo ultio est circa
inultos, ut Pygmalionem ulta Dido confugit, *cum dicit*
194 *(Verg. Aen. IV 656) 'ulta uirum'.* — **17** *DOMVM IRE PER-*
GAM IBI PLVRIMVM EST necessarium est, quod illic illa sit
199 *quam diligit.* — **22** QVID AIS HVIVS PATREM *VIDISSE ME*
PATRVVM TVVM expressum bene est, quod ille qui metuebat
facile etiam intelligit, quod sermonibus non fuerat expli-
catum, econtra is qui alienus a metu fuerat interrogat,
quid illud sit. econtra parum intelligenti congeminat sen-
sum, cum dicit 'patrem huius *me uidisse*, patruum tuum'. —
202 **24** *ERGO ISTAEC* CVM ITA SINT ANTIPHO *ADVIGILARE AEQVVM*
EST FORTIS FORTVNA ADIVVAT exhortatur, ut forti animo
sit, et quo maius periculum *est, quod* imminet, hoc magis
debeat aduigilare. *simul ei spem meliorem promisit dicendo*
205 *'fortis fortuna adiuuat'.* — **27** NAM SI TE TIMIDVM *SEN-*
SERIT PATER ESSE ARBITRABITVR COMMERVISSE CVLPAM adiecit
ad consolationem animi etiam causam: 'si enim pater tuus
te timidum esse cognouerit, continuo culpam in te inesse
209 cognoscet'. — **31** QVID HIC CONTERIMVS *OPERAM QVIN ABEO*
cum parum crederet se perficere, uti animum confirmaret
Antiphonis, minitatur discessum: *qua re ille territus se*
213 *confirmat.* — **35** PROTELET tela in te frequenter uerborum

1 citius *ut vid. L*, cutē *G*, Jū *ut vid. F* ‖ 2 nam ⟨que⟩ *codd.* ‖ 4 facile ⟨ē (esset *F*)⟩ *LF* ‖ 9 ulta] inulta *L*, multa *Fα* | Dido confugit] de loco fugit (tido *ante* de *add. G*) *codd.* ‖ 11 illa] illud *G* | sit *G*, est *LF* ‖ 12 quam] quod *LG* ‖ 12 me uidisse *L* (*cf. infra*) ‖ 15 et contra *codd.*; *sic et* 16, *ubi* ergo *Lindenbr.* ‖ 17 me uidisse *ante* cum dicit *LF* ‖ 20 ⟨magis⟩ periculum maius *β* ‖ 21 debeat *Zeune*: debet (et *add. G*) *codd.* | simul ⟨quoque⟩ *G* ‖ 23 arbitratur *codd.* ‖ 24 ad *om. G.* | etiam *Zeune*: et ad *codd.* ‖ 25 esse *Fα* ‖ 26 cognoscit *LG* ‖ 29 uerborum *transp. ante* in?

216 mittens uulneret. — **38** NON POSSVM ADESSE omnis illa con-
firmatio ⟨****⟩: simulatque patrem uidit, perturbatus *est et*
218 parat discessum. — **40** VOBIS COMMENDO PHANIVM ET VITAM
MEAM in commendatione prius illam collocauit quam diligebat;
deinde subiunxit salutem suam, quoniam ⟨in⟩ amore ei salus
220 est. — **42** EGO PLECTAR PENDENS hoc est: *ego* puniar *pen-
dens et* ⟨tu⟩ tantummodo audies lites, et ex uerbis tuis peri-
223 culum erit. — **45** AVFER *MI OPORTET* rebus faciundis cum
necessitas cogit, non id quaerendum est quod oporteat. ideo
adiecit 'tolle «*oportet*», *potius mone quid faciendum sit*'. —
225 **47** *IN RE INCIPIENDA* AD DEFENDENDAM NOXIAM quasi saepius
peccauerit adulescens et se defenderit, ideo quaerit exem-
229 plum defensionis. — **51** EGO IN SVBSIDIIS HIC ERO SVCCEN-
TVRIATVS metaphora a bello: illi qui priori loco pugnant,
in principiis sunt, qui uero secundo uel aliis posterio-
ribus, succenturiati dicuntur quasi suppositi ad aciem,
ut illis deficientibus ipsi in certamen procedant.

II.

1.

231 **1** ITANE TANDEM *VXOREM DVXIT ANTIPHO INIVSSV MEO*
in portu senex filium suum duxisse uxorem audiuit: secum ergo conqueritur satis admiratus, quod ille tantum facinus ausus sit implere. haec scaena continet accusationem et habet controuersiam talem: quod contra imperium patris uxorem duxerit, filius reus est; qui defenditur sic 'feci, sed *feci* coactus iudicio et *coactus* legibus.' cui occurritur 'potuisti ducere uxorem, maxime cum lex sit «orba nubat proximo, *orbam proximus ducat,* aut dotem petat»: at

2 *lac. sign. W.*: euanuit *vel sim. suppl.* | simulatque] simulata est ut *α* ‖ 5 suam *W.*: meam *codd.* | in amore ei *W.*: ea amore ei (ea *L*) *β*, ei amor *α* ‖ 6 id est *α* ‖ 7 tu *add. Lindenbr.* ‖ 8 mihi *FG* ‖ 11 in recipienda *LG* | deferendam *Lα* | noxam *FG* ‖ 13 subcent- *Lα* ‖ 15 secundū *L*, -di *Fα*, in secundo *G* | posterioribus] posteriores sunt *α* ‖ 18 VXOREM *om. L* ‖ 19 senex ⟨positus⟩ *α* | duxisse *ante* filium *LF* ‖ 23 feci sed (*sic α*) feci *W.*: fecisse dicet *β* ‖ 24 ⟨in⟩ iudicio *L*, *at cf. p.* 233, 17 ‖ 25 ⟨ut⟩ orba *α*, *om. β* ‖ 26 petat] *sc.* orba | at *Lindenbr.*: aut *codd.*

si in parte legis est, ut dotem adhibeat, etiam te dare
oportuit.' sed hoc soluitur, quod inopia non potuit istud
impleri, ut et hic uenialis status sit. huic rursus
quaestioni opponitur, quod mutua pecunia sumi potuit.
sed huic occurritur qualitate absoluta, an filio in familia
constituto pecuniam mutuam accipere liceat, an aliquis
huic pecuniam potuerit credere. ita omnis †oratio argu-
mentis† et per quaestiones proponitur et per argumenta
235 dissoluitur. — 5 AN HOC DICENT *MIHI INVITVS FECI LEX*
COEGIT repperit argumentum senex, quo ostenderet non
inuitum uxorem duxisse filium, ex eo quod ad iudicium
ductus tacuerit *et nihil responderit:* quae res indicat uo-
240 luntatem. — 10 ITA SVM IRRITATVS *ita sum* prouocatus,
241 *ut non possim animo consistere ad cogitandum.* — 11 QVAM
OB REM OMNES CVM SECVNDAE RES SVNT *MAXIME* ergo, in-
quit, quoniam haec ita sunt, oportet omnes ⟨in⟩ rebus
felicioribus constitutos magis de aduersis cogitare, quo
245 pacto possint quae acciderint sustinere. — 15 VT NE QVID
ANIMO SIT NOVVM quod utique est sapientis omnia quae
accidere possint praeuidere, ne nouum sit: ut est illud
sapientis Aeneae (*Verg. Aen. VI 103—5*) 'non ulla labo-
rum, o uirgo, noua mi facies inopinaue surgit: omnia
247 praecepi atque animo ⟨mecum⟩ ipse peregi'. — 17 IN-
CREDIBILE EST *QVANTVM ERVM ANTE EO SAPIENTIA MEDITATA*
MIHI seruus dicit de suis se incommodis ante cogitasse,
255 *unde sapientia sua dicit dominum praeire.* — 25 *SALVVM*
VENIRE cum interrogatus sit ubi sit Antipho, perseuerat
256 in salutatione, ut iracundiam obsequio frangat. — 26 VALET
HIC EST cum ille de loco quaereret, *ubinam esset Antipho,*
258 hic de salute respondet. — 28 BONAS ME ABSENTE *HIC*

1 adhibeat] *sc.* proximus | dare ⟨aliquid⟩ *α* ‖ 3 implere *α* ‖ 5 huic *W.*: hic *codd.* | occurritur] quaeritur *α* ‖ 7 potuerit *W.*: potuit *β*, debeat *α* | oratio argumentis (-ti *G*)] *exspectes* accusatio senis *vel sim.* ‖ 10 quod *β* ‖ 11 filium *ante* non *α* ‖ 12 uoluptatem *β* ‖ 13 ⟨id est⟩ prouocatus *α* ‖ 16 haec *om. L* | in *add. W.* ‖ 17 constitutos *W.*: -tis *codd.* | aduersis *W.*: -sariis *codd.* ‖ 19 sapientis est *α* ‖ 20 praeuidere *F*, prou- *rell.* ‖ 23 ipse] *sic et Seneca ep. 76, 33;* ante *Verg. codd.* ‖ 26 praeterire *LG* ‖ 30 respondit *Gα*

CONFECISTIS NVPTIAS et accusat et non totius criminis, sed
summae est collocatio. subiungitur iracundia, *quod dixit*
260 **30** IPSVM GESTIO DARI MIHI IN CONSPECTVM, ut sua culpa
intelligat patrem lenem acerrimum factum. '*gestio*' autem
263 *con*cupio et desidero. — **33** ATQVI NIHIL FECIT *PATRVE QVOD*
SVSCENSEAS hic iam defensionis est generale principium. —
264 **34** OMNES CONGRVVNT omnes conueniunt, aequales uniuersi
269 sunt. — **39** NAM NI HAEC *ITA ESSENT CVM ILLO HAVT STA-*
RES PHAEDRIA si haec quemadmodum dixi non essent, ut
uobis pariter defensionem ad uestra crimina praeberetis,
270 cum Antiphone tu non stare potuisses. — **40** SI EST
PATRVE CVLPAM VT ANTIPHO IN SE ADMISERIT hoc est exor-
dium plenissimae defensionis, in quo docet non se deprecari
neque defendere Antiphonem, si modo aliquam culpam in
se Antipho admiserit, unde famam suam uulneraret. deinde,
273 *ut responderet,* subiunxit **43** SED SI QVIS *FORTE MALITIA*
SVA FRETVS INSIDIAS FECIT NOSTRAE ADVLESCENTIAE. et bene
'nostrae' adiecit, ut ⟨ad⟩ societatem non tam culpae quam
275 malorum sese adiunxerit. — **45** NOSTRA EST CVLPA AN
IVDICVM quodsi oppressi iudicio sumus, crimen nostrum
nullum est, sed iudicum *potius, qui frequenter aut propter*
inuidiam tollunt diuitibus aut propter misericordiam addunt
278 *pauperibus.* — **48** NI NOSSEM CAVSAM *CREDEREM VERA HVNC*
LOQVI satis laudauit orationem Phaedriae, siquidem tantam
uim argumentorum duxit esse in oratione, uti crederet
279 uera dici, ni ipsam melius nosset ueritatem. — **49** AN
QVISQVAM EST IVDEX *QVI POSSIT NOSCERE TVA IVSTA VBI NON*
VERBVM RESPONDEAS hoc proponit 'qui inuitus *coactus est,*
siquidem tacuit neque uerbum ullum respondit?' hic defen-

1 accusat et *W.*: accusaret (-sacio *G*) *codd.* ‖ 3 ut — factum *post* 5 desidero *codd.*, *transp. W.* ‖ 4 autem] id est *α* ‖ 6 est ⟨et⟩ *LG* ‖ 9 quemadmodum] ut *α* | dixi *Goetz*: dicis *codd.* ‖ 11 cum *Lindenbr.*: sine *codd.* | Sic *Lα* ‖ 13 ⟨intentionis et⟩ defensionis *L* ‖ 16 ut (aut *F*, *om. G*) *ante* famam *et* responderet (-dens *G*) *ante* deinde *codd.*; *transp. W.* | subiungit *α* | ⟨ali⟩quis *β* ‖ 18 ad *add. Zeune* ‖ 19 adiunxit *LF*, -git *α* ‖ 21 aut *om. LF* ‖ 22 inuidia (*om.* propter) *L* ‖ 25 dixit *Fα* ‖ 26 ne *β* | ipsa *LGα* ‖ 28 hic *α* | quia *α*

sio illa ponitur, quod adulescens cogitare quidem potuit,
at pudore et uerecundia oppressus cogitata non potuit
286 proloqui. haec pars uenialis est ex aetate. — **56** SALVVM
TE *ADVENISSE GAVDEO* opportune seruus, cum duos locos
accusator perdidisset et uehementer iam confractam senis
287 iracundiam uideret, supponit se ⟨*et*⟩ *obtulit.* — **57** COLV-
MEN VERO FAMILIAE dignitas, uel certe sustentatio, unde
289 columnae dicuntur. — **59** IAMDVDVM OMNES NOS ACCV-
SARE AVDIO *INMERITO* hoc est quod supra (*I 4, 51*) dixit
'ego hic in subsidiis *ero succenturiatus*'. ita defensio su-
perior illam constituit pugnam, ut optime fecerit, quod
adiecit alia sui nominis adiumenta: nam si utique do-
minus coactus fecit omnia quae facta sunt neque libertas
ulla fuit ad contradicendum, quanto magis seruulus, cui
in condicione seruitutis libere loqui non licet neque testi-
295 monium dicere neque causam agere! — **65** VERVM SI COGNATA
EST MAXIME NON FVIT NECESSE HANC HABERE donat senex
omnia argumenta concedens ad ueniam, sed apponit legis
partem qua iubetur, ut dos orbae dari possit. sed huic, ut
supra diximus, occurrit per uenialem statum rursus, quod
argentum defuit. quam rem cum soluisset senex dicendo
'alicunde sumeret uel faenore', ⟨non⟩ soluta est tamen, quod
negauit licere filio familiae mutuam pecuniam credi. —
303 **73** NON SIC FVTVRVM EST conuictus in omnibus senex ad
iracundiam redit negatque permissum esse, uti cum filio
308 suo maneat illa nupta. — **78** ANTIPHO VBI NVNC EST
callide interrogauit, *ubi esset Antipho,* senex, ut ex hoc

2 at *Klotz*: ut (cum *G*) *codd.* ‖ 5 perdidisset accusator *L* | et *om. LFα* ‖ 6 et *add. W.* ‖ 10 subcent-*L* | defensio (-ione *F²G*) superiori na (-or unam *α*, -ori unam *F*, -ori *G*) *codd.* ‖ 11 ut (et *α*) *post* fecerit (*om.* quod) *LFα* ‖ 14 ulla] *hic desinit cod. F* | seruulis *Gα*, ser . . . . *L* ‖ 17 hanc necesse a ‖ 18 legis partem *W.*: leges patrē *G*, leges pa . . . *L*, leges *α* ‖ 19 qua iubetur *G*, ... bet *L*, quae iubent *α* | dari possit] detur *α* | huic *W.*: hic *codd.* ‖ 21 argumentum *codd., corr. Zeune* | ⟨et⟩ senex dicit *L* ‖ 22 non *add. Schoell* ‖ 23 negauit licere] non liceret *α* ‖ 24 senex in omnibus *α* ‖ 25 et negat *α* ‖ 27 callide ⟨nunc⟩ *G* | ut *Westerh.*: ne (nec *L*, hoc ne *α*) *codd.* | ex *om. G.*

possit intelligere illum diligere uxorem: quam rem astutus seruus agnoscens nihil aliud respondit nisi FORIS.

2.

315 1 ITANE PATRIS ADVENTVM *VERITVM HINC ABISSE* haec scaena Phormionem loquentem habet ac se promittentem aduersus patris iracundiam repugnaturum. hae solae
317 allocutiones hic tenentur. — 3 AD TE SVMMA SOLVM *PHORMIO REDIT RERVM omnium rerum summa ad te reuertitur,* hoc est: a te cuncta sunt explicanda. — TVTE HOC INTRISTI *TIBI OMNE EST EXEDENDVM* ex prouerbio est, quod est apud rusticos natum, cum male intritum cibum coactus est consumere qui intriuit. ita hic sensus est: a te con-
322 fecta res est, tu eam debes absumere. — 8 QVID VIS *NISI* ⟨*VTI*⟩ *MANEAT PHANIVM* secum deliberans et quaerens potius consilium Phormio tandem reperit ac seruo pollicetur: 'quid amplius desideres *nisi* ut Phanium maneat apud maritum et Antiphonem *ex hoc crimine eripiam omnemque in me*
324 *iram senex inclinet?*' — 10 *NE* ISTAEC FORTITVDO IN NERVVM *ERVMPAT* DENIQVE uehementer metuo, ne *haec* uirtus et fortitudo mittatur in neruum, hoc est in contrariam rem. facile enim patitur fortitudo, si neruum forte percusserit: solidiore enim parte resistente ille qui percutit uulnera-
326 tur. — 12 *IAM PEDVM VISA EST VIA iam res quemadmodum*
327 *iter haberet, inuentum est.* — 13 ME CENSES HOMINES *IAM DEVERBERASSE VSQVE AD NECEM* profert exemplum, quo docet nihil sibi fieri posse ex hoc, quod multos homines usque ad necem uerberauerit et, cum tantas iniurias fecerit, num-

1 posset *G* ‖ 4 se⟨ruo⟩ *Zeune; cf. l. 14* ‖ 6 solum summa *α* ‖ 8 a te] tibi *G* ‖ 9 ⟨natum⟩ est *codd.; at cf. infra* ‖ 10 natum *hic om. α* ‖ 11 sumere *α* | ita — est] et est sensus *α* ‖ 12 ⟨et⟩ tu eam *G*, quam *α* | absoluere *Zeune* ‖ 13 deliberat *α* ‖ et *G*, *om. Lα* ‖ 14 quid *W.*: quia *codd.* ‖ 15 desideres *W.*: -ret (non des- *G*) *codd.* ‖ 17 haec *α* ‖ 21 solidiori etenim *G* | uulnerat *G*, -rū *L* ‖ 25 nihil *om. L* ‖ 26 uerberauit *codd., corr. Zeune*

330 quam iniuriarum sit accusatus. — **16** QVIA NON RETE AC-
CIPITRI *TENDITVR NEQVE MILVO* idcirco, inquit, ⟨non⟩ sum
accusatus post tot iniurias, quas feci ciuibus, quoniam
retia non fiunt malis auibus ut capiantur. non rete ergo
tenditur — quod quidam legunt '*non recte tenditur*' —
accipitri neque miluo, qui nobis male faciunt, at contra
illis aliis tenditur, qui non male faciunt nobis. *haec autem
causa est, quod in illis, qui nil male faciunt nobis, inest
fructus, in illis uero, qui male faciunt, luditur opera, hoc
est frustrantur labores: unde et in illis sola ⟨est⟩ captura.*
333 — **19** ALIIS ALIVNDE PERICVLVM EST *VNDE ALIQVID ABRADI
POTEST* illi tantummodo rei esse possunt et periclitari, qui
habent unde detrimenta sentiant uel aliquid quod perdant.
334 ideo iunxit **20** *MIHI SCIVNT NIHIL ESSE.* — *DICES DVCENT DAM-
NATVM DOMVM* sed proponis mihi 'quid enim? si fortunas non
habeam, ex quibus condemnatus poenam sustineam, tamen
addici possum ad seruitutem': hoc est enim d u c e r e d a m-
335 n a t u m. sed rursus **21** *ALERE NOLVNT HOMINEM EDACEM:* ita
enim mihi maximum beneficium praestabunt, si addictum
me sibi pascere incipiant, ut pro maleficio, quod illis in-
337 tuli, beneficium cogantur restituere. — **23** NON POTEST
SATIS *PRO MERITO AB ILLO TIBI REFERRI GRATIA* hoc est:
dominus utique, qui te addictum habebit, potest tibi bo-
nam gratiam referre pro meritis tuis: *ita enim habet is
338 in potestate uniuersa, quae in te facit. hic respondit* **24** IMMO
ENIM NEMO SATIS *PRO MERITO REGI GRATIAM REFERT* cum
seruus dixisset 'potest tibi referre gratiam', hic contra
'gratiam regi nemo' inquit 'refert propterea ⟨quia⟩ pascit'.
'regi' autem domino uel qui nutrit uel qui pascit. —

2 non *add. Westerh.* ‖ 4 retia *Zeune*: ea *codd.* ‖ 6 qui — faciunt *ante* 5 quod *α* | male *om. β* | tendetur *β* ‖ 7 nobis *ante* non *α* ‖ 10 hoc est frustrantur *W.*: Testant̃ (*ut vid.*) *G*, ... *L* | unde *W.*: modo *codd.* | illis *W.*: his *codd.* | est *add. W.* ‖ 13 perdatur *G*, ... *L* ‖ 13 adiunxit *G* ‖ 15 ⟨etiam⟩ si *α* ‖ 21 coguntur *α*, cogunt *G*, ... *L*, *corr. Westerh.* ‖ 23 qui te utique *α* ‖ 24 enim *et* is *om. G* ‖ 28 inquit *ante* regi *α* | quia *add. W.* ‖ 29 ⟨scilicet⟩ domino *G* | ⟨e⟩qui *Gα* | nutritor (-ri *G*) *codd.*; nutrit alios *Zeune*

339 **25** ASYMBOLVM VENIRE VNCTVM *ATQVE LAVTVM E BALNEIS*
quanta commoda sint seruientis enumerat, quod sine col-
latione lautus atque unctus e balneis rediens otiosus est
341 animo, dominus uero cura et sumptu consumitur. — **27** *DVM*
SIT QVOD PLACEAT ILLE RINGITVR hoc est stomacho com-
342 mouetur et iracundia.* — **28** PRIOR BIBAS *PRIOR DISCVM-*
BAS *haec utique* seruorum est quaedam libertas, ut ista
344 prius sibi praestent. — **30** HAEC SI CVM RATIONE *INEAS*
cum haec igitur ratione collegeris, *quam cara sint et sua-*
uia, sine dubio illum, qui tibi haec praebuerit, praesentem
346 deum poteris nominare. — **32** PRIMA COITIO EST ACERRIMA
sola tibi coepta et ingressus est arduus, cetera pro uolun-
tate, ut lubebit, inludes.*

α *[6] et facit r i n g o r id est os aperio. unde r i c t u s.
*[13] nam reuera in primo coitu est maximus labor et difficultas, per periphrasim (perifr- *cod.*) sumpta translatione.

3.

348 **1** EN VNQVAM CVIQVAM *CONTVMELIOSIVS AVDISTIS FACTAM*
INIVRIAM haec scaena tenet controuersiam talem: ʻorba proximo nubat' ʻorbam proximus ducat' ʻbis de eadem re actio ne sit'. quidam quasi orbam iudicio coactus est ducere absente patre: pater cum redisset, uult agi an illa sit proxima: contradicitur. hic prima praescriptio est, quod non licet ex eadem re aliquid bis agere, et haec plurimum ualet. uerumtamen temptatur, ut orba esse dicatur, temptatur etiam illud, quod in lege positum est, nam orbam proximus ducat aut decem milia dotis det, ut accepta dote discedat. uerum hoc frangitur: non licere propterea, quoniam ⟨in⟩ matrimonio collocata est; *esse iniquum,*

1 ASYMBOLVM] solum *codd.* ‖ 2 quanta — balneis *om.* *L* | sunt *α* ‖ 3 ociosum ab animo *G*, ... *L* ‖ 4 sumpta *β* ‖ 7 haec *Lindenbr.*: hoc *codd.* ‖ 8 sibi prius *α* ‖ 9 cara sunt et suauia *G*, caro sit suauis *L* ‖ 11 poteris deum *α* ‖ 12 sola tibi coepta] id est primus aditus *α* ‖ 13 libebit *G*, uidebit *L*, lubet *α* | inludes *Westerh.*: -dis *codd.* ‖ 19 hec *G* ‖ 22 ⟨scriptum⟩ est ⟨uel⟩ positum *L* ‖ 23 uti *Gα* ‖ 25 quoniam *om* *L* | in *add.* *Klotz*

uti nunc in matrimonium accepta dote data discedat; liberum
fuisse ante aut ducere aut dotem dare: cum alterum sit
351 factum, alterum esse non posse. — **4** PRO DEVM *INMORTA-
LIVM* hic indignationem sibi suscitat Phormio, quo terrere
357 possit facile senem. — **10** QVIA EGENS RELICTA EST *MI-
SERA IGNORATVR PARENS quia ipsa diuitiis orba pauperrima
363 est, idcirco pater nescitur.* — **16** *CVI IN OPERA VITA ERAT*
expressit paupertatem: cui uictus cotidianus opera quaere-
366 batur. — **19** SE HVNC NEGLEGERE COGNATVM SVVM *narra-
368 bat, quod se neglegeret hic cognatus suus.* — **21** *VIDEAS
TE ATQVE ILLVM VT NARRAS* seruus narrat pro domino
sese agere: 'cognosce te' inquit '*atque illum quem lo-
369 queris*'. — **22** NVMQVAM TAM GRAVIS OB HANC INIMICITIAS
CAPEREM nisi talem uirum crederem puellae patrem, propter
eam puellam numquam tales inimicitias caperem aduersus
378 dominum tuum in familiam meam. — **31** ADVLESCENS
PRIMVM ABS TE HOC *BONA VENIA PETO* prima pars actionis
est, quaeriturque an illa proxima sit. cui respondet
382 Phormio scire ipsum qui interrogat. — **35** PROINDE EX-
PISCARE QVASI NON NOSSES ita a me inquiris, quasi ne-
386 scias. — **39** GETA SI MEMINISTI ID QVOD OLIM DICTVM EST
SVBICE excidit ei nomen, quod supra (*v. 9*) posuerat 'nec Stil-
phonem ipsum ⟨scire⟩ qui fuerit': ideo 'si meministi, Geta,
id quod olim dictum est, subice', quod nomen sibi sub-
393 iectum continuo protulit. — **46** AT SI TALENTVM REM
RELIQVISSET DECEM sic ergo et supra (*v. 10*) 'quia egens
relicta est sola, ignoratur parens'. 'si rem reliquisset ta-
lentum decem' hoc est tale patrimonium, quod in decem
394 talentis est. — **47** MEMORITER ⟨PROGENIEM VESTRAM VSQVE

1 liberam *Lα* ‖ 3 factum sit *G*, esse fàctum *α* ‖ 4 qua *G* ‖ 7 nescitur *W.*: irascitur *codd.*; ignoratur *Goetz* | opere *G*; *sic et infra* ‖ 9 suum ⟨cognatum⟩ *β* ‖ 10 neglexerit *G* ‖ 11 VT *om. L* ‖ 12 te *om. L* | quem *W.*: cum *codd.* ‖ 13 graues *Gα* | OB HANC *om. L* ‖ 15 eam puellam] quam *α* ‖ 18 est *om. Gα* | quaeritur quę ⟨est⟩ *β*, quaeritur qua *α* | cui] cū *Gα* ‖ 21 meministi (-nis *α*) istud (*om. L*) *codd.* ‖ 22 ei] enim *L*, e in *α* ‖ 23 fuerat *L* | ⟨inquit⟩ Geta*?* ‖ 27 sola] misera *Ter.* ‖ 29 *suppl. W. duce Lindenbr.*

AB AVO ATQVE ATAVO PROFERENS memoriter⟩ totam pro-
396 geniem parentum a summa origine contineres. — **49** ITA
VT DICIS EGO TVM CVM ADVENISSEM si eius hereditatem
pararem et uenirem ad petendum, necessitas mihi impone-
batur, ut unde mihi esset cognata dicerem. nunc cum tu
399 intendas, debes dicere unde sit ista cognata. — **52** DILV-
CIDE EXPEDIVI QVIBVS ME OPORTVIT IVDICIBVS continuo
sumit argumentum praescriptionis, cum conturbatus esset,
403 Phormio. denique concluditur **56** AT TV QVI SAPIENS ES MAGI-
STRATVS ADI IVDICIVM DE EADEM CAVSA ITERVM VT REDDANT
TIBI QVANDOQVIDEM SOLVS REGNAS ET SOLI LICET HIC IVDICIVM
409 BIS DE EADEM CAVSA ADIPISCIER. — **62** QVOD LEX IVBET
DARE DOTEM uictus praescriptione senex ad illam legem
descendit, ut dotem det, etiamsi sit cognata. cui, ut supra
413 *dixi,* respondet **66** ITANE TANDEM QVAESO VT MERETRICEM,
quod utique iniquum est ex eo, quod iam una pars uide-
tur impleta: aliter ergo iam non potest. rursusque cum
418 diceret senex **71** PROXIMO ⟨QVIDEM⟩ AT NOS VNDE AVT
QVAM OB REM, redit etiam parasitus ad praescriptionem
419/21 **72** ACTVM AIVNT NE AGAS. — **74** POSTREMO TECVM NIHIL
REI NOBIS nequiter iam ludit parasitus: ‘tu’ inquit‘ senex
iam alterius aetatis es; addictus filius tuus est’. —
426 **79** TVTE IDEM MELIVS FECERIS hoc ipsum tu recte feceris.
— METVIT HIC NOS summissiore dictione, quoniam senex
dixerat ‘sic es aduersum me paratus, ut omnia contra
facias?’: quae res ostendit iracundiam esse lenitam. —
429 **82** QVIN QVOD EST FERVNDVM FERAS TVIS DIGNVM FACTIS
FECERIS quare tolerandas sustine res et dignum tuis factis
438 feceris. — **91** SI TV ILLAM ATTIGERIS SECVS QVAM DIGNVM
EST LIBERAM reuocat iracundiam, quia ille dixerat (*v. 89*)

3 CVM *om.* α ‖ 4 pararem *G* | imponeretur *Lindenbr.* ‖ 6 cognata sit ista α ‖ 15 dixit *L* | respondit *L* ‖ 17 rursum *G* | -que cum] quae (quē *L*) cumque *codd.* ‖ 20 negas (ne negas *G*) *codd.* | rei nihil α ‖ 22 nequiter *Schoell*: negoitē *codd.* ‖ 23 summissiore dictione *post* 25 dixerat *codd.*, *transp. W.* | senex *om. L* ‖ 25 scies *codd.* | parasitus *codd.* ‖ 26 linitam *L*α ‖ 27 ⟨ut⟩ tuis *codd.* ‖ 28 sustine res *W.*: sustinere *codd.*

'nisi ⟨tu⟩ properas mulierem abducere, ego illam eiciam' et hic contra 'si tu illam· attigeris aliter quam dignum est liberam, dicam tibi inpingam grandem'.

4.

441 **1** QVANTA ME CVRA ET SOLLICITVDINE AFFECIT GNA-
TVS haec scaena deliberatiuam tenet: deliberat enim senex,
an iudicium, quod se absente filius egit, rescindat. dicun-
tur igitur sententiae ab aduocatis tribus: una dissuadentis,
persuadentis altera, tertia, quae accedere ad sententiam
possit, talis est, ut rursus deliberatione opus esse uideatur.
449 est igitur prima pars, cuius principium tale est **9** EGO
QVAE IN REM TVAM SINT *EA* VELIM FACIAS ego, quae tibi
prosint, facere te uolo. deinde ipsa sententia MIHI SIC HOC
VIDETVR QVOD TE ABSENTE HIC FILIVS EGIT RESTITVI IN
451 INTEGRVM. deinde breuiter a iusto **11** AEQVVM ESSE ET
BONVM, an fieri possit ID ET IMPETRABIS. contraria sen-
453 tentia sic, cuius principium hoc est **13** EGO SEDVLO HVNC
DIXISSE ARBITROR. ne contradicturus uideatur inimicitias
exercere, defendit contrariae partis patronum, ut dicat
illum 'sedulo', hoc est sine fraude, dixisse quod dixerit,
ac se aliquam probaturum esse sententiam propterea, ⟨quia⟩
'quot homines, tot sunt sententiae' et 'suus cuique mos'.
455 denique ait sententiam suam **15** MIHI NON VIDETVR QVOD
SIT FACTVM ⟨LEGIBVS⟩ RESCINDI POSSE ET TVRPE INCEPTVM
EST. hoc utique ab inhonesto dictum nunc intelligimus.
457 tertia illa sententia est **17** EGO AMPLIVS DELIBERANDVM
459 CENSEO RES MAGNA EST. — **19** INCERTIOR SVM MVLTO QVAM
DVDVM dicta ratione incertiorem factum se dixit, siquidem
suasit unus, dissuasit alter, contra tertius nihil dixit. —
462 **22** QVO⟨A⟩D SE RECIPIAT quando redeat.

3 deliberatiua *β*, -uum (tenet) ⟨statum⟩ *α* ‖ 7 tribus *Westerh.*: rebus *codd.* ‖ 10 EGO] quod *codd.* ‖ 12 si *Lα* ‖ 15 ID ET IMPETRABIS] Id ς i.. pabit *L*, temperabis *Gα* ‖ 16 sic] dicitur *Schoell*, scilicet *Goetz*. *An* sequitur? ‖ 18 patris *β* ‖ 20 quia *add.* *W.* ‖ 21 mos ⟨est⟩ deinde *α* ‖ 24 nunc *W.*: non (*om. G*) *codd.* | intelligit *Gα* ‖ 29 rediret *L*

.III.

1.

465 1 ENIMVERO ANTIPHO MVLTIS MODIS CVM ISTOC ANIMO
VITVPERANDVS ES haec scaena rationem gestorum tenet *ac*
primo conquestionem et obiurgationem, quod dimiserit
timore territus eam quam diligebat neque ei ac sibi attu-
468 lerit patrocinium. — 4 NAM VT ERANT ALIA ILLI CERTE
QVAE NVNC TVAE DOMI EST CONSVLERES nam qualiacumque
cetera essent circa te, illi tamen auxilium ferres quae
472 tuae domi est. — 8 SED EA CAVSA NIHILO ⟨MAGIS⟩ DEFE-
CIMVS sed licet te accusaremus, magis ea te causa, quod
474 absens esses, non defecimus. — 10 NVM QVID PATRI SVB-
OLET numquid suspicatur pater ⟨* * *⟩ sua uoluntate cessisse?
an etiam ei ueniam tribuit, ut eandem uxorem habeam? —
477 13 CONFVTAVIT VERBIS . . . EGO QVOD POTVI PORRO bonum
ordinem seruus tenuit, ut primo dominum, deinde Phor-
mionem, sic se supponeret ad narrandum quae sint prae-
stita adulescenti.

2.

485 1 DORIO AVDI OBSECRO haec scaena petitionem tenet,
quod deliberatiuae saepe genus diximus, quippe, cum leno
peteret argentum ab adulescente, ille dilationem postu-
lauit. hic ergo petitionis modus ab utili, ab honesto et
489 ceteris partibus tractabitur. denique opponitur 4 NEQVEO
490 TE EXORARE VT MANEAS TRIDVVM HOC. — 5 *EI METVO*
LENONEM NE QVID SVO SVAT CAPITI extra positus adulescens
irascitur 'uereor, ne leno *instruat aliquid capiti suo male*'. —
492 7 ARIOLARE diuinas. hoc enim pertinet ad illud 'non mihi
493 credis?' — 8 FAENERATVM ISTVC BENEFICIVM PVLCHRE TIBI

4 territus timore *G*, t . . . . & irr . . . *L*, amore et irritus *α* | ⟨enim⟩ ei *L* ‖ 6 est domi *G*, ... *L* ‖ 9 ea] ẽ a *codd.* ‖ 10 non defecimus] . . . . *L, om. G* | NVM QVID] nescio quid *codd.* ‖ 11 pater suspicatur sua *G*, s . . . . *L*; *post* pater *vid. excidisse* Phanium ‖ 12 ei *Westerh.*: et *codd.* | habeam *G*, -at *Lα* ‖ 13 CONFVTAVIT] copulabit (cōp- *L*) *Lα* ‖ 15 ⟨et⟩ sic *G* | sint] scit *L*, sit *α* ‖ 25 ⟨id est⟩ diuinas *α*

DICES hoc ab utili in petitione est positum, quod prodesse
495 possit, etsi non cesserit tempus. — **10** EXPERIRE NON EST
496 LONGVM hoc a facili etiam, an fieri possit. — **11** TV MIHI
500 COGNATVS TV PARENS hoc a precibus. — **15** VT ME PHA-
LERATIS DICTIS DVCAS *ET MEAM DVCTES GRATIS* quia supra
dixerat 'tu mihi cognatus', ideo addit 'phaleratis dictis',
cum tenent uerba honestatem et quasi ornamenta. —
502 **17** NEQVE ⟨ANTIPHO⟩ ALIA CVM OCCVPATVS ESSET SOLLI-
CITVDINE TVM HOC ESSE MIHI OBIECTVM MALVM uehementer
ingemisco me hoc tempore cogi agitare, quo Antipho in
alia sollicitudine occupatus mihi auxilium non potest
505/8 ferre. — **20** VSVS VENIT tibi contigit. — **23** NE PARVM
LENO SIES aliquantum officii tuamque consuetudinem muta,
515 ut auaritiam refrenes. — **30** HAVD LONGVM EST ID QVOD
ORAT ⟨ne⟩ repetisset ea quae desideraret adulescens, ac-
cessit etiam persuasor alius, fieri posse certe facile, quod
516 non sit longum; deinde quod utile, siquidem **31** QVOD BENE
523 PROMERITVS FVERIS TIBI CONDVPLICAVERIT. — **38** CERTE
HERCLE EGO SI SATIS COMMEMINI TIBI QVIDEM EST OLIM
DIES QVAM AD DARES HVIC PRAESTITVTA si satis in me-
moria teneo, praestituta *tibi* dies est, in quam diem pecu-
525 niam huic dares. — **40** IAM EA PRAETERIIT NON VERVM
HAEC EI ANTECESSIT duo tempora ambo tenuerunt diuersa:
'haec dies numquid praeteriit?' contra leno respondit 'im-
mo retro pedem tulit et propagauit se' — hoc est 'ante-
531 cessit' —, ut adhuc futura sit. — **46** SED VT HAEC SVNT
TAMEN HOC FACIAM exoratus tandem condicionem leno dat,
ut cras argentum qui prior attulerit ad ducendum prior
533 sit. — **48** MEA LEGE VTAR lenonis, apud quem semper
commodum prius est.

1 est *post* positum *G*, *om.* *Lα* ‖ 10 cogi agitare *W.*: cogitare *codd.*; cogi amare *Westerh.*, hoc agitare *Schoell* | quod *β* ‖ 12 ferre *ante* non *α* | contigit *Westerh.*: contingit (. . . . *L*) *codd.* ‖ 13 tuque *Lα* ‖ 14 referens *Lα* ‖ 15 ne *add.* *W.* | repetisse ea *α*, repetit *G* | desiderat *G* ‖ 17 QVOD — 20 si *om.* *G* ‖ 23 ⟨et⟩ ei *ut vid.* *L* ‖ 27 TAMEN] tibi *codd.* ‖ 28 prior *2.*] potior *Westerh.* (*Ter.*), *at cf.* *IV 3, 69* ‖ 29 ⟨id est⟩ lenonis *α*, lenoni *β*

3.

534 **1** QVID FACIAM *VNDE TAM SVBITO HVIC ARGENTVM IN-
VENIAM hic cogitatio est, quemadmodum inuenire breui
543 tempore possit argentum. — **10** NON TRIVMPHO *EX NVPTIIS
TVIS SI NIHIL NANCISCOR MALI* maximum mihi gaudium est,
si de tuis nuptiis nihil mali patiar, et adhuc me cogis,
547 uti in malo aliud malum quaeram? — **14** VT NVLLVS
LOCVS RELINQVATVR PRECI ut ex omni parte circumcluda-
552 mus nostris precibus senis *acres* ⟨*iras*⟩. — **19** *PEDETEMPTIM
TAMEN paulatim temptando uide an auxilium aliquid possis*
554 *afferre.* — **21** *NE PLVS MINVSVE FAXIS* omnia tempta, om-
nia experire, ne aut plus aut minus facias, *quod post in-*
558 *cuses aut cuius te paeniteat.* — **25** ISTAEC VERO VILIS
EST amatoris animo pretium non credit pro ea magnum
562 esse quam diligebat. — **29** PRAESTO EST AVDACISSIME
QVOD VIS ONERIS INPONE ECFERET optimus ac necessarius
utrimque semper adest, quodcumque onus impositum su-
566 stinet. — **33** *DICAM IN ITERE HINC MODO TE* ⟨*AMOVE*⟩ *cum
ad Phormionem ire coeperimus, tunc dicam*: *modo* hinc
discede. uult enim secum solus consilium quaerere, quo-
modo fieri possit, ut inueniatur argentum.

IV.

1.

567 **1** *QVID* QVA PROFECTVS CAVSA ES IN LEMNVM CHREMES
in hac scaena narratio *est* itineris, et reuersionis simpli-
577 cem continet expositionem. — **11** *QVID GNATO OBTIGERIT
ME ABSENTE AVDISTIN CHREMES* quoniam praeterito tempore

5 si] ... *L, om. G* | patior mali *α* | et] .. *L, om. G* || 8 senis acres iras *Schoell*: senes aut res *codd.* || 11 aut *2.*] ... *L*, uel *G* | quod *om. L* || 12 aut *W.*: at *G*, ac *L* | cuius te *W.*: te alicuius *codd.* | ISTAEC] haec *β* || 15 hec feret *G*, ... & *L* || 17 itinere *G* (*Ter. codd.*) || 18 coepimus *ut vid. L* || 19 solus secum *α* || 21 chreme *α*, ... *L* || 22 ⟨narrationis atque⟩ reuersionis ⟨ORIO⟩ *L*

senes fecerant pactum, ut filiam Chremetis *uxorem* duceret filius Demiphonis — aliter enim res celari non potest, nisi per huiusmodi nuptias puella iungeretur —, et quoniam nunc per errorem credit filium suum aliam duxisse, idcirco cupit excusatum esse et potius quasi quandam esse causam, quod uxorem duxerit filius. denique
578 adiungit **12** QVOD QVIDEM ME FACTVM CONSILII INCERTVM FACIT NAMQVE HANC CONDICIONEM *SI CVI OBTVLERO EXTRARIO* rationem reddit, cur ex eo, quod filius eius uxorem duxerit, non eam quam *hic* uoluit, sibi consilium uacillet *et incertum sit*: 'hanc enim condicionem si extraneo ante detulero, habeo necessitatem exponendi unde mihi sit; te *autem* fidelem esse mihi *ita, quemadmodum ego mihi sum, cognoueram.* at ille uero alienus, ad quem condicionem istam defero, si uoluerit affinitatem, tacere poterit, quousque familiaritas copuletur. sin autem me contempserit atque spreuerit, plus sciet quam opus est, siquidem in potestate habebit narrare quod comperit. quae res mihi magnam sollicitudinem generat, ne aliquo pacto hoc uxor mea cognoscat: *est enim mihi non leuis metus,* nam hoc si comperit, superest, ut me excludat *et domo egrediar.* ego etenim de meis solus meus sum' hoc est: illa diues
589 est, ego pauper. — **23** *NEQVE DEFETISCAR neque laxabo neque fatigabor.* — *ADEO EXPERIRIER semper temptare.*

2.

591 **1** EGO HOMINEM CALLIDIOREM VIDI NEMINEM QVAM PHORMIONEM haec scaena expositionem tenet quid cum Phormione actum sit, uti argentum quaereretur, quod lenion

1 duceres *G* ‖ 3 iungeretur *W.*: uinc- *codd.* ‖ 4 quoniam *post* errorem *codd.* | nunc *W.*: hunc (*post* per *α*) *codd.* ‖ 5 potius et *G* | quasi *om. L* | causam quandam esse *α* ‖ 7 incertum consilii *α* ‖ 11 ⟨ab⟩ extraneo *L*, ⟨ab extrario id est⟩ extraneo *α* | antea *G* ‖ 13 cognoueram *Zeune*: -ro *codd.* ‖ 16 quousque intercedet familiaritas *α* ‖ 18 comperit *W.*: coeperit *codd.*; *sic et infra* 21 ‖ 19 hanc uxorem meam *β* ‖ 20 non *om. L* ‖ 23 lassabo *G* ‖ 24 fatigor *codd., corr. W.* ‖ 27 sit, ⟨scilicet⟩?

597 ferri posset pro Phaedria. — 7 VBI PHAEDRIAE SE OSTENDERET NIHILO MINVS AMICVM ESSE QVAM ANTIPHONI agebat dis gratiam datum sibi esse tempus, in quo tempore ostendere se posset simili modo se amicum esse Phaedriae, quemadmodum fuerat Antiphoni. nam ipsius opera Antipho uxorem duxerat: rursus ipsius opera Phaedria redimet meretricem.

3.

606 1 EXSPECTO QVAM MOX RECIPIAT SESE GETA uti error cumulari possit, interesse efficitur Antipho: ita enim sumptum consilium est, uti secundum legem Phormio uelit illam ducere uxorem, quam habet Antipho, ita tamen si accipiat dotem. hoc autem argentum dotis nomine acceptum uult Phormio Phaedriae dare, ut ipse pro amica meretrice lenoni det, ipse uero Phormio offerendo ac prolatando producat nuptias, si argentum, quod Phaedriae ab amicis promissum est, cum acceptum fuerit, senibus reddatur. ergo hic dolus fit. Antipho praesens autem audit et uere credit Phormionem uxorem esse ducturum. — 5 VENISSE SALVVM VOLVPE EST incolumitas tua ex uoluptate est. —
609/10 9 SIC CIRCVIRI sic aliquem circumueniri. — 10 NAM HERCLE EGO QVOQVE ID AGITANS MECVM SEDVLO INVENI OPINOR REMEDIVM HVIC REI commendat consilium ex cura, siquidem dicit se, uti etiam ipsi domini fecerunt, de hac re plurimum
618 cogitasse. — 13 IS QVI ISTAM quo facilius cognosci posset 'qui Phormio', breuiter consilium dedit: 'is qui
621 istam' aut 'defendit' aut 'cognatam dicit'. — 16 VIDES INTER NOS SI HAEC POTIVS CVM BONA VT COMPONANTVR GRATIA QVAM CVM MALA cur non, Phormio, uides potius,

1 ferre *β* | possit *α* | VBI] ut *codd.* | ostendat *L* ‖ 3 tempore *om. G.* ‖ 6 redimet *W.*: -meret *codd.* ‖ 8 EXSPECTO] ex eo *Lα* ‖ 12 hoc autem] *hic desinit cod. L*; *de l v. praef.* ‖ 17 fit *W.*: sit *codd.* ‖ 19 uoluptatis ẽ *G* | uoluntate *codd.* ‖ 20 circum iri *α* ‖ 21 ⟨ut⟩ opinor *G* ‖ 23 se dicit *α* | re *l*, *om. Gα* ‖ 25 possit *G* | dedit] dicit *G* ‖ 27 VT *om. Gα* | componamus *α* (*recte?*) ‖ 28 GRATIA — Phormio *om. l* | cur — mala *om. G* | uide *l*, ut des *α*

ut haec cum bona gratia *componamus, non mala per in-*
623 *iuriam atque litem*? — **18** ERVS LIBERALIS EST quia per-
suasurus Phormioni *aliquid* est, primo terrorem inicit, de-
inde blanditur ab utili, cum dicit 'dominus liberalis est,
qui facile donare possit *et lites fugere*'. *subiunxit et* an
fieri possit, ex auctoritate multorum quod expelli puella
626 potest. — **21** QVID HIC COEPTAT aliter accipiens serui
consilium Antipho irascitur. — AN LEGIBVS DATVRVM POENAS
DICES SI ILLAM EIECERIT IAM ID EXPLORATVM EST respon-
sio ex sola promissione est, *hoc est* 'non id metuimus:
habemus enim certum consilium'. post quaestionem sola
promissione dissolutam terret, quo facilius persuadeat Phor-
628 mioni **23** SVDABIS SATIS SI *CVM ILLO COEPTAS HOMINE*. —
630 **25** *VERVM PONE ESSE VICTVM etiamsi* contraria efficiatur
euentu tota persuasio et facile uincatur *Demipho*, poena
pecuniae est, *non capitis*, hoc est: condemnari poterit, *quod
effecerit et liberatus erit,* sed pecuniaria ista multa futura
633 est, *non meruit eiectionem*. — **28** QVID VIS DARI *TIBI IN
MANVM ERVS VT HIS DESISTAT LITIBVS* hoc est: quantam
pecuniam *in praesenti* accipere uis, ut dominus ab hac
640 lite discedat? — **35** *IMMO* NON POTVIT MELIVS *PERVENIRE
EO QVO NOS VOLVMVS* Chremes arripit consilium, quod suis
commodis prosit, uti exclusa ista possit filiam suam De-
642 miphonis filio collocare. — **37** PRIMO HOMO *INSANIBAT* quo
facilius persuadeat, summam necessario dicit maiorem pri-
643 mo petitam. — **38** LIBVIT hoc est: quantum ei libuit,
quod libitum ei factum est, tantum postulauit. — SI QVIS
DARET TALENTVM MAGNVM* *si aliquis magnum talentum*

*α**[28] dicendo 'magnum' innuit tacendo esse et minus. nam maius appenditur CXX libris.

2 quia *om. l* || 3 est *ante* Phormioni *α* | terrorem ... atque inicit *l* || 4 cum] & *l* || 5 donari *α* | posset *G*, potest *l* | subiunxit et *W.*: se ñnx&c *l*, sené iūxit et *G* || 7 c̄petat *α*, temptat *G* || 14 contrario *α* | efficiatur *l*, efficitur *G*, (*post* euentu) *α* || 15 et (*post* facile) *l*, ut *α* | poenam pecuniae esse *β*, poena pecuniae *α* || 17 eiecerit? | sed] ... *l*, *om. G* | multatio *α* || 22 fuit commodis *l*, commodius *α* || 26 ei *om. G* || 27 tantum *om. G* || 28 aliquid ⟨an⟩ *G*

dare uellet. ex hoc summa maior quod petita sit, declaratur.
545 — **40** QVAESO QVID *SI* FILIAM *SVAM* VNICAM *LOCARET* ut,
inquit, ostenderem ei iniuste petitam summam, *hoc ei* dixi
'quid? si tu unicam filiam tuam in matrimonium collo-
546 cares, tantundem dotis dares?' — **41** PARVI RETVLIT *NON*
SVSCEPISSE contempsisti illum propterea, quia non susce-
perit filiam; sed pari modo etiam dominus non suscepit
549 et inuenta est quae dotem petat. — **44** *HAEC DENIQVE*
EIVS FVIT POSTREMA ORATIO EGO INQVIT IAM A P*RINCIPIO*
A*MICI* F*ILIAM** oratio inducitur Phormionis ad summam
necessariam persuasione uenientis. ac primo causa ponitur,
cur non ante eam duxerit, quod opus argento sibi fuerit:
'*nam iniquas nuptias pauperis ac diuitis futuras esse cre-*
debam; idcirco autem *non duxi*, *quia* eam uolui ducere,
quae afferret aliquid, unde dissoluerem quae debebam.
ergo si haec dabit quantum promisit illa quae sponsa*ta*
est mihi, *non dubium est, quin hanc uelim ducere uxorem*'.
561 — **56** AGER OPPOSITVS PIGNORI EST *OB DECEM MINAS** no-
luit semel summam proponere, ne magnitudo terreret, sed
perscite paulatim rerum necessariarum cum ratione summa
562 concluditur. *denique concitatus decem minas promisit* **57** *IAM*
564 *DABO. senex concedit: hoc enim dixit* **59** *NE CLAMA PETITO*
HASCE DECEM A ME ego tibi has decem minas dabo. adiecit
propter ancillam et supellectilem esse alias decem minas
568 necessarias, et sic rationali petitione summa est. — **63** SE-
SCENTAS PERINDE SCRIBITO MIHI DICAS magnitudine summae

*α**[10] per ethopoeiam (aethopeiam *cod.*).
*[18] id est: agrum dedi loco pignoris, id est uadimonii, ob decem minas, quarum singulae XXX solidis appenduntur.

2 s·u·f·*α* ‖ 3 ostenderet (*om.* ei) *G* ‖ 4 tu *om.* *G* | unicam *post* tuam *G* ‖ 6 ⟨sed⟩ contempsisti *codd.* | istud *α* | susceperis *Westerh.* | nam sic cepit *codd., corr. W.* ‖ 11 peruenientis persuasione *α* ‖ 13 pauperes ac diuites *et* credebant *G*, *corr. W.* ‖ 14 idcirco autem] et idcirco *α* | ducere uoluit *α* ‖ 15 soluerem *G* | quod *α* ‖ 18 positus *G* | est pignori *α* ‖ 19 semel] simul *Zeune, at cf. Don.* ‖ 23 adiecit — summa (*add.* effecta?) est] dum propter ancillas et supellectilem inter omnia ad XXX minas peruenit *α* ‖ 26 mihi scribito *G*

excitatus exclamat 'quas uelit calumnias mihi et causas Phormio indicat'. positum est autem 'sescentas' pro quantislubet, ut (*Cic. in Verr. II, I 47, 125*) 'possum sescenta
670 decreta proferre'. — **65** QVAESO EGO DABO *QVIESCE TV MODO* ⟨con⟩sensum commodat senex, dummodo filia sua nubat
673 Antiphoni. — **68** MEA CAVSA EICITVR *propter me ista*
674 *eicitur:* iustius est, ut ego perdam. — **69** QVANTVM POTES *ME INQVIT CERTIOREM FACITO* quia leno crastinum diem constituit, cum dixit (*III 2, 46—48*) 'miles cras mihi argentum se dare *dixit: mea lege utar, ut prior sit, qui prior ad dandum est', idcirco celeriter dari argentum desiderat.* —
678 **73** QVAE QVIDEM ILLI RES VERTAT MALE *hoc est: inde minus sumat, cui ex necessitate sum daturus,* ut (*Verg. Ecl. IX 6*) 'hos illi — quod nec bene uertat — mittimus
680 haedos'. — **75** FRVCTVM *QVEM LEMNI VXORIS REDDVNT PRAEDIA* quem fructum apud Lemnum reddunt praedia uxoris meae. — **76** TIBI OPVS ESSE DIXERO si pecuniam uxor quaerere uoluerit, dicam quod tibi opus fuit.

4.

682 **1** GETA QVID EGISTI in hac scaena iracunde interrogat dominus, at seruus simpliciter interrogari se credens narrat quid egerit: EMVNXI ARGENTO SENES a senibus argentum abstuli. ita et reliqua aliter interrogatus aliter respon-
690 sionem suscepit. — **9** QVID MINVS VTIBILE FVIT QVAM HOC VLCVS TANGERE* *hoc est:* ⟨***⟩ *hoc ulcus contingere,* siquidem inmissa patri spes est uxorem extrudi* *posse. at nunc* si Phormio accepit dotem, nempe ei ducenda est uxor. *sed*

α*[24] est autem u l c u s, quod ex se in carne nascitur.
*[25] id est expelli.

2 inducat *G* | autem est *α* | quantis nubet *codd., corr. W.* ‖ 3 uti *codd.*; ut Cicero *Westerh.* ‖ 5 consensum *W.*; ass- *Westerh.* ‖ 6 eicietur *G*; *sic et infra* ‖ 7 iustius *W.*: ipsius *codd.* | ego ut *α* ‖ 9 se argentum *α* ‖ 13 m̄ mı̄ꝰ sūmat *G* | ut ⟨uirgilius⟩ *α* ‖ 17 esse opus tibi *G* ‖ 20 ac *α* ‖ 21 ⟨id est⟩ a *α* ‖ 24 *lac. sign. W.*; inutile fuit *vel sim. suppl.* ‖ 26 nempe — uxor] uxorem ducet *α*

quid fiet si *eam* non duxerit? argentum reddet. ita nostra
causa ibit in neruum, hoc est in periculum, *sicut* supra
(*II 2, 11*) *dictum est de Phormione* 'uereor, ne istaec forti-
696 tudo in neruum erumpat *denique*'. — 15 *NIHIL EST AN-
TIPHO QVOD NON MALE NARRANDO POSSIT DEPRAVARI quod-
cumque est, facile mala narratione deprauari potest et a*
705 *bonitate deduci.* — 24 QVOT RES POSTILLA MONSTRA EVE-
NERVNT MIHI ordo: postilla quot mihi res euenerunt, quae
708 res monstra sunt. — 27 INTERDIXIT ARIOLVS* ⟨*ARVSPEX*⟩
VETVIT ANTE BRVMAM AVTEM NOVI NEGOTII QVID INCIPERE
ordo: aruspex *autem* uetuit noui quid negotii ante brumam
incipere.

α * [9] fingit causas, quibus protrahendo nuptias interea uotis fruerentur. aruspex autem et ariolus hoc differunt, quod ariolus diuinat de humanis, aruspex de diuinis. canis intrans et gallina cantans malum omen significant.

5.

713 1 QVIETVS ESTO *INQVAM EGO CVRABO NE QVID VERBO-
RVM* hac scaena Demiphonis continentur uerba promittentis
fratri omnia se esse facturum, uti Phormio cogatur et
715 argentum accipere et uxorem ducere. — 3 VT CAVTVS EST
VBI NIHIL OPVS EST iam notat senem, quod illic diligens
sit, ubi opus non sit, propterea quoniam argentum non
716 uere Phormioni dabitur, sed Phaedriae. — 4 MATVRA *DVM
LIBIDO HAEC EADEM MANET* accelera, dum uoluntas permanet.
quo facilius caritas esse doceatur, admonet celeritatis. —
722 10 *NOS NOSTRO OFFICIO NIHIL EGRESSOS ESSE quod oportebat
nos secundum officium nostrum fecisse atque complesse, quippe
qui tantum dotis dederimus, quantum poposcerat Phormio.* —
723 11 QVID TVA MALVM *ID REFERT* quid id ad te attinet?
'malum' autem interiectio est *nihil significans.* — *QVID*

3 uereor de phormione *G* | ne] ut *codd.* ‖ 5 QVOD NON] quin *Ter.* | deprauarier *Ter.* ‖ 11 ante *om.* *G* ‖ 14 hac] hec *G*, in *α* ‖ 18 non *om.* *α* | quam *G* ‖ 20 ⟨id est⟩ accelera *α* | uoluptas *G* | permanet] est *α* ‖ 26 est ⟨irascentis⟩ *α*

TVA REFERT quid tibi prodest? cui subiungitur MAGNI DE-
726 MIPHO hoc est: magni refert. — **14** MVLIER MVLIERI *MAGIS
CONGRVIT* feminae femina magis poterit persuadere.*

α * [s] partes enim uirorum uiros, feminarum feminas, ut docet Horatius (?), agere conuenit.

V.

1.

728 **1** QVID AGAM *QVEM* ⟨*MIHI*⟩ *MISERA AMICVM INVENIAM*
haec scaena est, quae soluit errorem. *anus quoque* Sophrona
egreditur: comperto, quod excludi habet a nuptiis puella,
quaerit auxilium: inuenit senem patrem et narrat, quem-
admodum res gestae sint, et se ab hoc facto, quod puella
nupserit, excusat per uenialem statum, quod *hoc* quod
730 factum sit necessitate sit factum. — **3** *NAM VEREOR ERA
NE OB MEVM SVASVM INDIGNA INIVRIA AFFICIATVR uehementer
pertimesco, ne Philumena propter meum consilium graui*
732 *afficiatur iniuria.* — **5** NAM QVAE HAEC ANVS EST ordo:
quaenam haec anus est? Virgilius (*Georg. IV 445*) 'nam
quis te, iuuenum confidentissime' pro quisnam. — QVOD
VT FACEREM E*GESTAS* ME I*MPVLIT* hic est tota illa purgatio,
quod inopia fecit, ut puellam illam in matrimonio collo-
caret, cum firmas nuptias esse crederet, quod absente patre
filius duxisset uxorem. quamquam temptat etiam quandam
734 compensationem, cum dicit **7** VT CONSVLEREM VITA *VT* IN
735 *TVTO FORET hoc est: feci, sed et profui.* — **8** NISI ME *ANIMVS
FALLIT AVT PARVM PROSPICIVNT OCVLI* duobus modis con-

3 femina feminae α ‖ 5 ⟨in⟩ hac α | soluit] solū (*post* errorem α) *codd.* | errorem ⟨continet⟩ *male suppl. G* | Sophrona *ante* quae α ‖ 6 compato *G*, patiens α | habeat α ‖ 9 exclusam α | quod *1.*] quia α ‖ 11 suasum ⟨solacium indigne⟩ indigna *G* (*gloss. et var. lect.*) ‖ 14 est] ut α ‖ 15 QVOD *om. G* ‖ 16 compulit *G* | praerogatio *l* ‖ 17 illam *om. G* | in *om. l* α ‖ 19 uxorem duxisset α ‖ 20 VT *1.*] ut id *l* | uitā *G*α ‖ 21 hoc — profui *W.*: hic enim fecisset et profui *G*, ... est profui *l* ‖ 22 contemptam *G*α

ceptam ueritatem tenemus: dum et oculi prospiciunt et
animus per pupillas integer foras mittitur, ne uisus aliquo
740 errore fallatur. — **13** ESTNE HIC STILPHO cognitum do-
minum eo nomine appellauit, quo apud uillam. *sed quoniam*
in ciuitate nunc est, ubi hoc nomine dicebatur, *Chremes*
scilicet, idcirco nomen negauit metuens, ne uxor sua hoc
possit agnoscere. denique admonet, ut a foribus paululum
746 concedat et non iam se hoc nomine appellet. — **19** EFFV-
747 TIRETIS uerbose aliquid diceretis. — **20** ISTOC POL NOS
TE INVENIRE *MISERAE* NVMQVAM POTVIMVS haec causa est,
cur te non potuimus reperire, quod hoc nomine nuncu-
749 paris. — **22** MISERAM ME interrogata Sophrona anus 'ubi
illae sunt?', quasi doliturus dominus esset, cum audisset
uxorem mortuam, prius gemitum commodauit, cum ille
accepturus aliter sit: quippe leuabitur *cura, ne duae uxores*
750 *in una ciuitate sint.* — **23** EX AEGRITVDINE MISERAM MORS
CONSECVTA EST breuiter et casus et causam ostendit. —
751 **24** EGO AVTEM *CVM ESSEM ANVS IGNOTA EGENS DESERTA* hic
iam purgatio est illa ueniali statu posita, cum dicit ne-
cessitate factum, quod 'anus' fuerit, quod 'egens', quod
'ignota', et tamen non admodum male *consuluerit*, cum
adulescenti et diuiti dederit, de quo dixit **26** HARVM QVI
754 EST DOMINVS AEDIVM.* — **27** QVID AIS miratur potius
quam interrogat: id enim audiuit, quod fieri per uota
757 cupiebat. — **30** QVAM SAEPE FORTE TEMERE EVENIVNT *QVAE*
NON AVDEAS OPTARE frequenter obtinentur per casum atque
fortunam quae uix optare quis audeat. *nam modo inueni*

α*[23] multo enim honestius aliquam personam interdum aut ab officio aut a negotio designare quam puro nomine.

1 et *2.*] cum β ‖ 2 per pupillas] pupulos *l*, populi *G* | integer *post* mittitur α ‖ 3 cognitum dominum] Chremetem α ‖ 4 appellat α | quo *W.*: quod *codd.* | uillam] Lemnum ⟨uocabatur⟩ α | sed *Zeune*: et *l*, fuit *G* ‖ 6 ⟨qui⟩ idcirco α | hoc *om.* *G* ‖ 7 posset agnoscere ⟨quae morabatur athenis⟩ α ‖ 8 hoc] eo *G* ‖ 11 cur] quare *G* ‖ 13 illa est *codd.* | dolens *l* | dominus esset *W.*: dn̂s *G*, dn̂e α, *om.* *l* ‖ 15 cura ñ *G*, ... an *l* ‖ 20 ignota ... egens *G* ‖ 21 cum *om.* *G* ‖ 23 AIS *non est Ter.* ‖ 26 obtinentur] obtingunt ea α ‖ 27 exoptare *l* (*recte?*)

filiam nuptam cum eo, cum quo esse cupiebam, et eam
diligi, quod quidem magna nos cura et opera ut fieret la-
borabamus; at nunc sine cura nostra sola haec anus cuncta
762 *compleuit.* — **35** *NVNC QVID OPVS FACTO SIT VIDE nunc scies,*
quid uotis maximis petamus. quasi admonet senem, uti
prospiciat filiae, quod adulescentuli pater iracunde ferat
764 filium suum duxisse uxorem se absente. — **37** SED PER
DEOS ATQVE HOMINES *ut retorquere aniculae posset silen-*
tium, ne aliqui eius esse filiam agnoscerent, *per deos atque*
765 *homines* rogat potius quam terret. — **38** *NEMO EX ME*
SCIBIT docta responsio: nostri etenim silentii promissio esse
debet. res enim alio pacto fortasse possit agnosci: quod in
nobis est, nostram taciturnitatem debemus polliceri.

2.

766 **1** NOSTRAPTE CVLPA FACIMVS VT MALOS EXPEDIAT ESSE
haec scaena uerba tenet Demiphonis reuertentis, postea-
quam argentum datum est: ‘nostra ipsa culpa facimus,
uti mali malos esse cupiant, *dum nobis in bonitate per-*
768 *seuerare cupimus*’. — **3** ITA FVGIAS NE PRAETER CASAM
QVOD AIVNT in prouerbio hoc est ‘cum fugias, non ante
casam, sed in casam’: etenim *stultum est cum auxilium*
habere possis, ante illam fugere, non in illam. utique enim
771 auxilium tuae domus debes petere, non alienum. — **6** *PLA-*
NISSIME HIS NVNC PRAEMIVM EST QVI RECTA FACIVNT PRAVA
sine dubio namque munus ac praemium his datur, qui, cum
sint mali, ⟨e⟩ rectis praua faciunt, cum nos benigni uolu-
773 *mus esse et postulata concedimus.* — **8** MODO VT HOC CON-

2 opere *l G*, *corr. W.* | laboramus *G* ‖ 7 sine cura nostra *om. l* ‖ 4 nunc scies *W.*; nescies *l G* ‖ 5 quod *G* | maxime *l* | petebamus *G* | monet ⟨anus⟩ ut senex *α* ‖ 6 ⟨et⟩ quod *G*, quia *α* | fert iracunde eum se absente uxorem duxisse *α* ‖ 7 filium suum *ante* iracunde *G* | SED] Et *G*, At ille *α* ‖ 9 ne aliquis ... recognosceret *l*, ne suam filiam quisquam resciscat *post* terret ⟨aniculam⟩ *α* ‖ 12 quid *l* | in *W.*: id *l G* ‖ 13 est *om. l* ‖ 15 reuerten...tea mandatum est argentum *l* ‖ 20 enim *l G* ‖ 21 in *om. G* ‖ 22 alienae *α* ‖ 23 nunc his *G* ‖ 24 namque *om. l* | qui mali sunt & directa praua *l* ‖ 25 e *add. W.* | cum] si *l* ‖ 26 et *om. l* | concedamus *l*

SILIO POSSIT DISCEDI ne paeniteret dominum amplius pecuniae datae, terroris aliquid seruus adiecit: uideri suggestum, si modo perseueret, ut ille eandem quam promisit ducat
776 uxorem. — **11** ITA FACIAM *VT FRATER CENSVIT* mandatorum memor pergere ad uxorem uult, ut *eam ducat ad puellam et* persuadeat puellae, *uti cum uoluntate discedat*
778 *a uiro.* — **13** ARGENTVM INVENTVM EST PHAEDRIAE secum loquitur seruus acta enumerans *et quod argentum sit inuentum constituens: 'inuentum est argentum Phaedriae, quod lenoni det: lis nulla proferetur Phormioni, nam Phormio ducturus est uxorem secundum dictum'. sed ⟨si⟩ repetitur*
780 *argentum? ita* **15** IN EODEM LVTO HAESITAS hoc est: pari in re uersaris VERSVRAM SOLVENS* *creditorem mutans. cui respondetur 'sed praesens malum in futurum abiit et plagae crescunt: ergo inspice'. his consilium confirmauit, quid facere debeat.*

α*[13] (VERSVRAM SOLVES) id est pro calliditate poenas lues. unde uersipellis.

3.

784 **1** *AGEDVM VT SOLES NAVSISTRATA FAC ILLA VT PLACETVR NOBIS sicut adsoles, benignitatem tuam praesta, effice, ut placetur nobis, ne se dicat eiectam, sed cedat propria*
786 *uoluntate.* — **3** *PARITER* NVNC OPERA ME ADIVVAS ⟨*ita nunc me adiuuas*⟩ *opera tua,* cum uadis ad puellam per-
787 suasura, *quemadmodum ante m⟨ihi⟩ o⟨pitulata es, cum a te⟩ rem accepi.* — **4** AC POL *MINVS QVEO VIRI CVLPA QVAM ME*

2 terroris *Zeune* (*cf. Don.*): et erroris *l*, erroris *G*α | adiecisse uidetur suggestum sit modo ille perseueret et eandem *G* ‖ 3 quam] ut α ‖ 5 uult] fratris deliberat α ‖ 6 et] ac *l* | ⟨ipsa⟩ puellae persuadeat α ‖ 7 est inuentum *G* ‖ 9 Phaedriae argentum *l* ‖ 10 proferetur *Zeune*: -ratur *l G* | Phormionis *G* | nam *W.*: ne *G* (*de l non liquet*) ‖ 11 si *add. W.* ‖ 12 hac (*om.* est) *l* | pari in *W.*: parū *G*α, in *l* ‖ 13 solues α ‖ 14 sed] scilicet *l* | et] sed *l* ‖ 15 hic *l* | confirmatum *G* ‖ 18 effice *om. G* ‖ 19 placata nobis sit *l* (*recte?*) | cedat *W.*: credat *G*, -tur *l* ‖ 20 ita — adiuuas *suppl. W.* ‖ 21 persuasura ⟨ut sponte abeat⟩ α ‖ 22 mihi — accepi *W.*: morē accepit *G* (*de l non liquet*)

DIGNVM EST facio quidem, sed non tantum quantum me
788 dignum est facere possum propter uiri culpam, **5** QVIA
POL MEI PATRIS BENE PARTA INDILIGENTER TVTATVR *siqui-
dem ex his praediis bina talenta percipere solebat, †uite uix
790 nihil quod afferre.* — **7** *STATIM CAPIEBAT hoc est perpetuo et
coniuncte.* — *VIR VIRO* QVID PRAESTAT *inter uirum et uirum
793 quid* interest. — **10** PARCE SODES cum uidisset mulierem
domi forisque iracundia suscitatam — est enim natura mulie-
rum, uti de uiris querantur, maxime si ipsae diuites sint —,
eam temperare continuo uoluit dicens causam, cum puella,
quam persuasura sit ut discedat, non leue uerborum futu-
rum esse certamen.

---

795 **12** ⟨*EHEM*⟩ *DEMIPHO egreditur* Chremes: recognito, *quod
illa* filia *sua sit*, a Demiphone quaerit, an datum sit
argentum. *quia uidet* tamen *diuelli uxorem non posse*, dicit
non posse abduci, causam ponens quod uterque se diligat,
et dicit se comperisse, quod illa sit cognata. quantum
potest, in memoriam reuocare uult signis quibusdam, quo
Demipho intelligat filiam suam [cognatam] se comperisse,
803 quoniam confiteri non potest uxore praesente. — **20** *VIDE
⟨NE IN COGNATAM PECCES uide⟩, inquit, ne tu in hac ⟨re⟩
peccatum cognatae facias, quod occulte intelligi ‘filiae tuae’
807 uoluit.* — **24** *ITA ME SERVET IVPPITER interrogatus saepius
Chremes iureiurando uult sibi probatum esse, quod illa
811 cognata sit, sicut iam interrogatio designat* **28** *VIN SATIS
QVAESITVM ISTVC ESSE uis concedam tibi, ut hoc quaesi-*

1 non *et* 2 possum (*hoc om. G*) *post* culpam *α* ‖ 3 parta ⟨praedia⟩ *α* | TVTATVR] seruat *codd.* (*gloss.*) ‖ 4 *fort.* uir autem nihil habebat quod afferret ‖ 7 ⟨id est⟩ interest *α* | mulierum uidisset *α* | 8 naturale *α* ‖ 9 maxime *post* ipsae *G* | ipsi *α* ‖ 11 quam] q̄ *G* | ne ... esset *G* ‖ 13 recognita *α* ‖ 14 quaerit a demiphone *α* ‖ 15 argentum ⟨quod datum nollet, tamen generaliter dicit abduci non posse et hoc prospiciens non aperte hoc loquitur, quod Phormioni nollet argentum dari. generaliter⟩ tamen *α* | dicit abduci non posse *α*, abduci *G* ‖ 17 sit illa *α* ‖ 18 quo *W.*: quod *codd.* ‖ 19 cognatam (*post* esse *pro* se *α*) *del. W.*; gnatam (*del.* filiam) *Schoell* 20 quoniam — praesente *post* 25 designat *G* ‖ 21 NE — uide *suppl. W.* | tu — peccatum *W.*: dū hac pett *G*

ueris? quid deinde faciemus de ‘illa amici filia’? *hoc est*
814 *de* tua, quod *uult intelligi.* — **31** *SIC POL COMMODIVS IN*
OMNES ESSE ARBITROR hoc arbitror rectum factum et circa
omnes esse utile. ut illa maneat propterea, ⟨quia⟩ liberalis
est uisa: non enim decebat filio excludi coniugem. —
819 **36** HEVS NE FILII *QVIDEM NOSTRI RESCISCANT VOLO* ita silentium huius rei cupio, ut ne filii quidem nostri audiant.

4.

820 **1** LAETVS SVM *VT MEAE RES SESE HABENT* Antipho
adulescens ignorans, quod comperta sit uxor sua *filia esse*
Chremetis, iam non tristis est et secum loquitur fortunas
dicens Phaedriae meliores esse *propterea, quod in tali*
cupiditate sit, quam breui opere et parua mercede comple-
uerit: ‘qualescumque’ inquit ‘meae fortunae sunt, licet tristes,
tamen propter fratrem laetus sum ex eo, quod ei contigit,
821 *quod desiderauit’.* — **2** QVAM SCITVM EST* EIVSMODI IN
ANIMO PARARE CVPIDITATES ⟨*hoc*⟩ *est*: quibus mederi facile
825 possim, cum aduersi forte aliquid contigerit. — **6** *QVIN*
SI HOC CELETVR IN METV SIN PATEFIAT IN PROBRO SIEM ita
826 *mihi periculum est semper, quicquid euenerit.* — **7** *NEQVE*
ME DOMVM RECIPEREM NISI SPES MIHI ESSET OSTENTATA HVIVS
HABENDAE quod Phormio dilationem petiturus sit.

α*[13] pulchrum et elegans est admodum.

5.

829 **1** ARGENTVM ACCEPI *TRADIDI LENONI* haec scaena iac-
tantiam Phormionis insinuat, quod consiliis suis quae
830 uoluerit cuncta compleuerit. — **2** CVRAVI PROPRIA VT PO-
TIRETVR *effeci, ut propriam haberet Phaedria, siquidem*

2 tua ⟨scilicet⟩ α | uult intelligi] quia aperte non potuit, occulte dixit α ‖ 4 quia *add. W.* ‖ 10 fortunas — esse] laudans fortunas phaedriae α ‖ 14 contingit *G* ‖ 15 huiusmodi *G*, tales α ‖ 16 praeparare *G* | cupiditates *ante* in α, *om. G* | hoc *add. W.* ‖ 17 possit α | aduersum aliquid forte α ‖ 18 celetur ⟨patri⟩ *G* ‖ 21 periturus *G, corr. W.* ‖ 22 iactationem α ‖ 23 insinuat] continet α

832 EMISSA EST MANV.* — 4 *NAM ALIQVOT* HOS SVMAM DIES
834 hoc est: dilationem petam. — 6 *QVO PACTO SATIETATEM AMORIS AIT SE VELLE ABSVMERE quemadmodum amorem suum dispo-*
836 *nit.* — 7 VICISSIM PARTES *SVAS ACTVRVS SIS* quemadmodum tu propter facinus ductae uxoris patrem fugisti, *ita* etiam ille propter meretricem afuturus est rogauitque te, ut causam pro se diceres.

α * [1] tribus enim modis fiunt liberi, id est censu, uindicta uel manumissione. et censu quidem, quo se redimit captiuus, posito in libra ante magistratus urbis liber efficitur; uindicta uero est uirga, qua in conspectu omnium tactus absoluebatur; manumissio quoque uerbo ubilibet fiebat.

6.

841 1 O FORTVNA O FORS *FORTVNA* haec scaena totum soluit errorem, quod puella est cognita, quod conceditur Antiphoni. nam Geta seruus narrationem supponit, quae docet, quemadmodum cognitio sit effecta. 'fors fortuna' euentus fortunae *est*, 'Fortuna' autem ipsa dea est. —
844 4 *QVIN HVNC* HVMERVM ONERO PALLIO saepe dixi istas comoedias esse palliatas, ubi *personae* sint Graecae, ut in Eunucho (*IV 6, 31*) 'attolle pallium'. sunt autem togatae,
848 ubi personae Romanae sunt. — 8 *NVM MIRVM AVT NOVVM EST REVOCARE CVRSVM CVM INSTITVERIS quasi quadam consuetudine istuc contigit, uti, cum mali quid deposueris,*
849 *reuocares.* — 9 NVMQVAM TV ODIO *TVO ME VINCES* num-
850 quam tua pertinacia me reuocare contendes. — 10 VAPVLABIS dictum, quod sibi dici debuerat, minitatur *ipse.* —
851 11 FAMILIARIOREM *ESSE HVNC OPORTET* hoc est ita seruum,
852 ut *et* nunc sum. — 12 CONGREDERE ACTVTVM cito me

1 HOS *om. G* ‖ 2 id est α ‖ 8 FORTVNA O FORS *om. G* ‖ 9 terrorem α ‖ 11 ⟨o⟩ fors α ‖ 12 ⟨id est⟩ euentus α ‖ 13 ⟨ex⟩ honero α | istas ⟨personas in⟩ comoediis α ‖ 14 ubi *W.*: ut *codd.* | sint] ostendantur ex habitu esse α ‖ 15 attollo *codd.* | togae *codd.*, *corr. Zeune* ‖ 16 ubi] si α ‖ 19 ⟨id est⟩ numquam pertinacia tua α ‖ 20 contendes] poteris α | uapulabere id quod α ‖ 23 ⟨id est⟩ cito α | mecum ueni *codd.*

854 conueni. — **14** *NAM* SINE CONTROVERSIA *AB DIS SOLVS DI-
LIGERE ANTIPHO* hoc est: nulla dubitatione, nulla quaestione
856 *ab dis manifestum est quod diligaris.** — **16** *SI TE* DELI-
BVTVM GAVDIO *REDDAM si te** madentem laetitia *reddam.* —
857 ENECAS *me* crucias. — **17** *QVIN TV HINC* POLLICITATIONES
AVFER tolle *de medio* promissiones *solas* et rem potius
859 narrato. — **19** MODO ARGENTVM *TIBI DEDIMVS* huic narrationi initium est, unde oportuit, sumptum: *adeo, quod in potentia ⟨tua⟩ fuerat, cum tibi dedimus, missus a domino sum ad uxorem tuam, Antipho.* cum in gynaecium ire coepissem*, *puer quidam Mida me pallio comprehendit ac me prohibuit intro ⟨ire⟩: dixit Sophronam nutricem cum Chremete introgressam. id ego sollicitus accessi,* spiritum uocemque compressi* *captans sermonem: audiui* pulcherrimum facinus, quo paene exclamaui gaudio et cognoui, quod patruus
874 tuus uxori tuae Phanio pater sit. — **34** ALIQVID CREDITO PHORMIO ESSE CAVSAE quod Phormio fecerat quaestionem, an ueri simile esset, ut illa patrem suum nesciret, *seruus inquit* ‘crede aliquid esse causae, ut ipsa nesciret, sed me scire non potuisse cuncta quae intus agebantur’. huic rei argumenta proferuntur haec, quod Phanio pater Chremes sit, siquidem ‘egreditur patruus *tuus foras, cum tuo patre regreditur rursum intro’, quod ‘uterque dixerunt tibi potestatem iam puellae facere et me nuntium huius rei esse uoluerunt’.*

α*[3] quippe controuersia est contradictio ex affirmatione et negatione eiusdem rei, unde nascitur status.
*[4] repletum (*add.* et)
*[11] *γυνή* (gin&h *cod.*) Graece, Latine mulier: inde gynaecium (ginec- *cod.*) locus, ubi mulieres operantur.
869 *[14] Virgilius (*Aen. II 774*) ‘uox faucibus haesit’. — **29** PVLCHERRIMVM FACINVS est enim et turpe, dum facinus pro bono et pro malo facto accipitur.

2 id est α | nulla ... nulla] sine ... sine α ‖ 6 promissiones tolle α ‖ 9 tua *add.* *W.* ‖ 12 intro duxit *G*, *corr.* *W.* ‖ 15 ⟨cum⟩ gaudio α | patruus — CREDITO *om.* *G* (*de l non liquet*) ‖ 17 quod] quoniam α ‖ 19 crede *Westerh.*: credo *codd.* | scire *post* agebantur α ‖ 21 pater phanii sit chremes α ‖ 22 egreditur *W.*: cred- *codd.* ‖ 23 regreditur *W.*: egr- *G*

(7.)

885 **2** SVMMA ELVDENDI OCCASIO EST MIHI *NVNC SENES* posteaquam puellae cogniti sunt parentes, Phormio consilium reperit, quemadmodum propter argentum, quod Phaedriae datum est, senes ludat, *uti non reddatur*: fingit quippe *se* uxorem *eam* uelle ducere, quae iam separari non potest, ut, cum illi non dederint uxorem, necessario dotem perdant. hoc enim dixit '*nam* argentum, quod datum est, ingratis' inuitis 'arripietur *et erit ita datum,*
889 *quemadmodum fuit*'. — **6** HOC QVI COGAM hoc unde agam et perficiam, ipsa ratione cognoui.

8.

894 **1** DIS MAGNAS *MERITO GRATIAS HABEO ATQVE AGO* haec scaena concertationem tenet Phormionis parasiti et senum: illi argentum repetunt, hic pugnat ex pacto, uti aut argentum perdant aut uxorem dent. quae res statum continet qualitatis negotialis, qui quidem ita proponitur (*v. 34*)
897 '*nam* non aequum est me *propter uos decipi*'. — **4** PRIVS
903 QVAM DILAPIDET perdat *atque* consumat.* — **10** *QVANTA HAEC MEA PAVPERTAS EST TAMEN ADHVC CVRAVI VNVM fingit se fidelem esse: 'licet' inquit 'paupertas in me sit, tamen*
911 *curaui, ut mihi semper fides sit'*. — **18** NAM QVI ERIT POPVLI RVMOR *INQVIT* causam reddit senex, cur non pacta seruet: quod rumoris infamiam metuens puellam *de domo* nolit
915 eicere. — **22** ILLVDITIS ME *etiam* accusatiuum regit casum.
922 hoc uerbo *frequenter utitur*. — **29** IVBE RESCRIBI quoniam

α*[17] unde dilapidatores dicuntur prodigi et luxuriosi.

1 mihi est *G* ‖ 4 fingit quippe] quippe habet *α* ‖ 5 eam uxorem *G* ‖ 8 inuitis *fort. del.* | accipietur *G* ‖ 15 negotialis qualitatis *α* | qui *l, om. Gα* | equidem ita *G*, ita quidem *α* ‖ 17 ⟨id est⟩ perdat *α* ‖ 19 esse *om. l* ‖ 20 ut mihi *om. l* ‖ 22 noluit *β* ‖ 23 casum regit hoc uerbum *α*

argenti acceptio per scripturam fiebat*, ideo 'rescribi',
937 quod est renumerari. — **44** *ENIMVERO* SI ODIOSI ESSE PER-
GITIS conturbatus *senum iracundia ac uiolentia* Phormio
iam uult prodere, quod aliam Chremes habuerit *Lemni*
938 uxorem. — **45** VOS ME INDOTATIS *MODO PATROCINARI FORTASSE*
*ARBITRAMINI ETIAM DOTATIS SOLEO** 'indotatis' dixit Phanio*,
948 'dotatis' dixit uxori Chremetis*. — **55** *ME* LVDIFICAMINI
964 *me* luditis. — **71** GLADIATORIO ANIMO quo iam perituri
981 *facile* alios uulnerant. — **88** *HVC SI QVID LIBET* *ad domum*
scilicet uxoris.

α * [1] quae uocabatur chirographum
* [6] usus plurali pro singulari
* [6] quae sine dote nupserat.
* [7] cui patrocinari uolebat prodendo riualem.

9.

990 **1** QVIS NOMINAT ME in hac scaena reus senex fit
malae tractationis, quod aliam in uilla uxorem habuerit.
1004 est *autem* status uenialis. accusatio *uero* hinc incipit **15** IN
LEMNO CLAM TE VXOREM DVXIT, cuius comprobatio magni-
fice impleta est, *quod adiecit* **17** ET INDE FILIAM SVSCEPIT:
1010 unde indignata †hic ad uxorem conuertitur. — **21** *VBI*
AD VXORES VENTVM EST TVM FIVNT SENES tum meliores satis
1011 *sunt, cum uentum est ad uxores**. — **22** [DISTAEDET *id*
est ualde pudet.] — obiurgatio ipsa ratione: '*frequenter*
ibat in Lemnum et illic diutissime manebat: merito apud

α*[18] abhinc usque ad finem continuatim pulcherrimus statuum et figurarum ordo contexitur.

1 ideo ⟨ait⟩ α ‖ 2 id est α | renumerari ⟨iubet⟩ *G* | ESSE *om.* *β* ‖ 3 ac] et *l* ‖ 4 Lemni] . . . *l, om.* *G* ‖ 6 dixit indotatis α ‖ 7 dixit] uero id est α ‖ 8 ludebatis *G*, ⟨id est⟩ luditis α | quo iam] qui etiam α ‖ 9 LIBET] debet *G* ‖ 11 Qui α ‖ 13 uera *G* ‖ 14 comprobatio *W.*: impr- *codd.* ‖ 15 completa α ‖ 16 hic uxor est et conuertitur α; *fort.* uxor ad Demiphonem conuertitur ‖ 18 DISTAEDET — pudet *secl.* *W.* ‖ 19 ipsa ratione] indignatione et argumentis plena, quam Demipho per deprecationem mitigat α

Lemnum in fructibus uilitas dicebatur'. hinc defensio est,
1014 cuius rei hoc principium est **25** EGO NAVSISTRATA *ESSE
IN HAC RE CVLPAM MERITO NON NEGO.* subiungitur narratio
1017 **28** VINOLENTVS *FERE* ABHINC ANNOS SEDECIM. cum ueniali
statu, quod uinolentus sit, in qua re ignoratio est, *domini*
1020 obsecratio opponitur **31** QVAMOBREM TE ORO *VT ALIA TVA
1022 FACTA SVNT AEQVO ANIMO HOC FERAS.* — **33** *AETATE PORRO
MINVS PECCATVRVM PVTEM* quia ille dixit *ante* 'annos sede-
cim', haec collegit 'quid ergo sperare possum hunc non
peccaturum esse circa aetatem, quasi non illo tempore
1030 senex fuerit, *si tamen senectus faciat uerecundos?*' — **41** AD
AVREM OGGANNIAT *id est* in aurem frequenter dicat 'ignosce'.*
1035/51 — **46** ORAT CONFITETVR PVRGAT ⟨*****⟩. — **62** *VIN
PRIMO FACERE QVOD EGO GAVDEAM ut oportuit, Phormio of-
ficii sui rem quaerit, quod edax esset.* in extrema parte
conclusit pro beneficio, siquidem petit, uti ad cenam uo-
1054 cetur. — **65** SED VBI EST PHAEDRIA *IVDEX NOSTER* propter-
ea 'iudex', quia sic a muliere dicta sententia est (*v. 57*):
'quod is iubebit faciam' *inquit et recte ad illum delata
sententia est*: aliter enim de patre filius non potest iudicare.

α*[12] gannitus tamen proprie uox uulpium est.

1 hinc — principium est *post* NEGO *codd., transp. W.* ‖ 3 narratio ⟨est⟩ α ‖ 6 consecratio *G* ‖ 8 dicit *G* ‖ 9 ego *Westerh.* ‖ 12 id est *del.?* | frequenter in aurem α ‖ 13 *lac. sign. W.* ‖ 14 officiis uir ē querit quod edar semet *G*, *corr. W.* ‖ 15 postrema α ‖ 18 est *ante* dicta α ‖ 19 ⟨ut⟩ quod *G*

EVGRAPHI
COMMENTVM HECYRAE

β { *A* = cod. Ambros. H 75 inf. s. XI: prol.
F = cod. Laudun. 467 s. XV.
G = cod. Sangall. 860 s. XV. }

α { *B* = cod. Vatic. Basil. 19 H s. X: prol.
V = cod. Leid. Voss. lat. Q. 36 s. X.
P = cod. Paris. lat. 7520 s. XI. }

β = consensus codicum *AFG* } aut omnium aut eorum qui
α = „ „ *BVP* } exstant.

Faernus	=	editio	P. Victorii cum emendationibus G. Faerni Veneta 1561.
Lindenbr.	=	„	Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623.
Westerh.	=	„	A. H. Westerhovii Hagana 1726.
Zeune	=	„	I. C. Zeunii Lipsiensis 1774.
Klotz	=	„	R. Klotzii Lipsiensis 1840.

W. = Wessner.
* * * * *lacuna.*

Litteris inclinatis indicavi quae in sola rec. β exstant.

HECYRA

PROLOGVS

Non omnes comoediae Terenti a Menandro uidentur esse translatae, nam haec quae Hecyra est alterum Graecum habet auctorem. quis ille sit habetur incertum: alii ⟨****, alii⟩ Apollodorum uolunt. nunc autem quid ipsa contineat explicabimus. cuius inducitur prologus duplex, propterea quia frequenter exclusa est, ut intelligi detur primam prologi partem antea dictam, posteriorem nunc esse sociatam. consuetudo quidem, sicut in omnibus diximus, prologorum semper est haec: poetam commendare, argumentum dicere, audientiam postulare. uerum cum causa exordii semper ita sit, ut suspicio non recta uel crimen, quod possit opinioni obesse, in principio defendatur, est hic purgandum, quod frequenter exclusa est: uidetur enim quoddam esse praeiudicium, quod haec comoedia placere non possit. defenditur autem causae deriuatione per coniecturalem statum: non enim uidetur, quia mala est, exclusa, sed quia populus uel in funambulo animum occupauerat — et hoc ad id, quod semel exclusa est — uel quia, ⟨cum⟩ rumor esset datum iri gladiatores, populus conuolauit cum tumultu et furuit de loco certaminis —

4 *lac. sign. W.*; multi *pro* alii *Schoell* ‖ 5 quid autem nunc *codd., transp. Schoell* ‖ 6 intelligi detur *W.*: intelligi (-gitur *α*) uidetur (-deatur *F*) *codd.* ‖ 8 sicut *om. α* ‖ 9 est semper *AG* | poetam ⟨populo⟩ *F* ‖ 10 audientiam *Lindenbr.*: ea (e *F*, ae *P, om. BV*) audientibus *codd.* ‖ 14 quiddam *α* ‖ 17 uel] et *G* | occuparit *B*, -uerit *P* ‖ 18 ad id *G*, addit *rell.* | est] sit *AFP* | uel] et *G* ‖ 19 cum *add. Karsten* ‖ 20 furuit (f) ut *F*, exfuruit *P*)] *i. e.* cum furore pugnauit, *cf. Ter.* | de *ante* furuit *V*, *om. B* | certamen *FPV, om B*

hoc ad id pertinet, quod iterum uidetur exclusa. ita in omnibus exclusionibus per causae mutationem defensio com parata est. nunc iam uerba tractemus.

I.

1 Graecum nomen **1** HECYRA Latine socrus dicitur.
apposuit igitur ad ⟨faciendos⟩ dociles auditores primum
nomen. deinde proponit quaestionem simul cum ⟨con⟩-
questione, cum dicit HAEC CVM DATA EST NOVA NOVVM
INTERVENIT VITIVM ET CALAMITAS VT NEQVE SPECTARI
NEQVE COGNOSCI POTVERIT: in quo defensio est magna,
cum non dixit spectatam et cognitam et sic repudiatam,
sed 'cum data est ⟨noua⟩', unde est conquestio, quod quae-
dam calamitas sit non cognitam repudiari. deinde conclu-
4 sio eiusdem causae **4** ITA POPVLVS STVDIO STVPIDVS IN
5 FVNAMBVLO ANIMVM OCCVPARAT. — **5** NVNC HAEC PLANE
EST PRO NOVA ergo si antea nullum otium huius agendae
6 fuit, tamquam noua redit. — **6** ET IS QVI SCRIPSIT HANC
OB EAM REM NOLVIT ITERVM REFERRE VT ITERVM POSSIT VEN-
DERE ne obiceretur 'cur ⟨non⟩ eadem repetita actio est
post funambulum, si propter funambulum uidetur exclusa?',
adiecta causa est 'quoniam Terentius referri eam noluit,
8 ut possit iterum uendere'. — **8** ALIAS COGNOSTIS EIVS
QVAESO HANC COGNOSCITE optime admonuit, ut de prae-
teritis poetam probatum doceret, quo facilius posset scire
populus et hanc eius comoediam posse similiter comprobari.

II.

9 **1** ORATOR AD VOS VENIO ORNATV PROLOGI SINITE
EXORATOR SIM alius est hic prologus, ⟨alius⟩ superior, qui

3 est *G, om. rell.* | iam *om. BV* ‖ 5 faciendos *add. Faern.* | auctores *α* ‖ 6 conquestione *Schopen* ‖ 10 nunc dicit *BV* | et sic — 12 cognitam *om. BV* ‖ 11 noua *add. Schopen* | est *post* questio (*sic*) *G, om. AF* ‖ 12 repudiare *α* ‖ 13 studio populus *α* ‖ 15 otium *Schopen*: initium *codd.* ‖ 16 IS] hic *α* ‖ 17 posset *α* ‖ 18 non *Faern.*, *qui* eadem (eodem *α*) *om.* ‖ 20 est] et *Fα* | referre *B edd.* ‖ 21 cognoscitis *α* ‖ 23 ꝑdatum *P*, datum *BV* ‖ 24 comoediam eius *AG* | comparari *codd., corr. Schopen* ‖ 25 ueniam *α* ‖ 26 alius *add. W.*

fuit superioris exclusionis; hic uero propter eam exclusio-
nem ⟨est⟩, quae facta est tumultu conuenientis populi propter
10 spectandos gladiatores. — **2** SINITE EXORATOR SIM sinite,
11 inquit, hoc quod oro impetrem. — **3** QVO IVRE SVM VSVS
ADVLESCENTIOR hic prologus dicitur ab Ambiuio Turpione,
qui iam senex fuerat in Heautontimorumeno (*prol. 43*). petit
ergo, uti pari modo utatur senex beniuolentia populi, qua
12 et adulescens. — **4** NOVAS QVI EXACTAS FECI VT INVETE-
RASCERENT qui labore meo nouas comoedias exclusas ad
14 populi aures reuocaui et ueteres esse feci. — **6** QVAS PRI-
MVM CAECILI DIDICI NOVAS comoediarum scriptor Caecilius
fuit. ergo Ambiuius laboris sui exemplum profert de altero
auctore, qui populo placuerit, et ostendit populi quodam-
modo rem et scaenae dubiam fortunam esse, ubi comoedia
17 aliquotiens excludatur. — **9** SPE INCERTA CERTVM MIHI
LABOREM SVSTVLI hic se commendat, quo facilius impetret
quod desiderat: 'laborem certissimum sustuli, cum ad
20 placendum spes esset incerta'. — **12** VBI SVNT COGNITAE
PLACITAE SVNT uides a simili quemadmodum hic argumen-
tum ad coniecturam fecerit, siquidem 'illae Caecilii comoe-
diae, quae exclusae sunt, quia ante erant incognitae,
posteaquam meo labore cognitae sunt, placere coeperunt:
ergo et istae placebunt sine dubio, si cognoscentur'. —
29 **21** QVAM MIHI PER SILENTIVM NVMQVAM AGERE LICITVM EST
hic iam comparatione a simili ducta et terminata ad pri-
mam quaestionem redit docetque, quod sit frequenter ex-
clusus non suo uitio neque iudicio de comoedia. petit
igitur, audientiam ut populus praebeat, et ponit hic ipsam
duplicem exclusionis causam. nam primam sic collocat
33 **25** CVM PRIMVM EAM AGERE COEPI PVGILVM GLORIA FVNAM-
BVLI EODEM ACCESSIT EXSPECTATIO; deinde actionem alte-

2 est *add. W.* | quae facta est *om. BV* | est *om. P* ‖ 3 ⟨siem uel⟩ sim *codd.* ‖ 4 hoc *om.* α ‖ 6 ⟨qui est⟩ in *AG*α; *fort.* ut est in ‖ 7 qua] quia *A*, q' *G* ‖ 8 et *om. G* ‖ 9 ⟨uel⟩ qui *A* ‖ 10 aures populi *AG* ‖ 14 et *om. G* | fortunam *om. AG* | ubi *W.*: uti *codd.* ‖ 20 ad] et α ‖ 23 si] cum *B*, *om. PV* | cognoscantur β*P*, -untur *V* ‖ 25 ducta *P*, dicta *rell.*

37 ram sic memorat **29** VETERE IN NOVA COEPI VTI CONSVE-
TVDINE IN EXPERIENDO VT ESSEM REFERO DENVO hoc est
ut iterum temptarem. deinde adiecit, quod utile fuerat
39 ad comoediae iudicium **31** PRIMO ACTV PLACEO. supponit
causam, cur exclusus est CVM INTEREA RVMOR VENIT DATVM
IRI GLADIATORES POPVLVS CONVOLAT TVMVLTVANTVR CLA-
MANT PVGNANT DE LOCO. declarata causa redit ad officium
43 prologi petens audientiam. — **35** NVNC TVRBA NON EST
OTIVM ET SILENTIVM EST sublatae sunt causae, quibus
sum frequenter exclusus: ad audiendum operam date. —
44 **36** NOLITE SINERE PER VOS ARTEM MVSICAM RECIDERE AD
PAVCOS date potius operam, ut faueatis comoediam scri-
bentibus, ne ars musica ad paucos reuertatur, si aliquos
47 excludatis, ut ne comoediam scribant. — **39** FACITE VT
VESTRA AVCTORITAS MEAE AVCTORITATI ADIVTRIX FAVTRIX-
QVE SIT uos comoedias cum libenter audire coeperitis, erit
studium scriptoribus maximum, unde mea ad agendum
crescet auctoritas, siquidem multi per me placebunt. et
commendat se, quod numquam pretium statuerit artis suae
maximum, ut auarus uideretur, et quod maximum ipsum
52 quaestum putauerit semper populo placere. — **44** QVI IN
TVTELAM MEAM STVDIVM SVVM ET SE IN VESTRAM COMMISIT
FIDEM existimatio etenim poetae quodammodo actori com-
55 mendata est. — **47** MEA CAVSA CAVSAM ACCIPITE AC DATE
SILENTIVM scit se optime meritum esse et quam frequenter
populo placuerit, et idcirco et propter se dicit audientiam
esse comoediae dandam.

1 commemorat *F* ‖ 2 hoc — temptarem *post* DENVO *codd.*; *fort. secl.* ‖ 5 est] sit*?* ‖ 8 NON] nulla *AG* (*recte?*) ‖ 9 EST] et *α* ⟨ibi (sibi *αF*)⟩ sublatae *codd.* ‖ 13 ⟨et⟩ si *B* ‖ aliquid *α* ‖ 14 ut ne] ne *F*, *om. α* ‖ 15 fautrix adiutrixque *Ter.* ‖ 18 crescet *B*, -it *rell.* ‖ 19 statuerit *W.* (*cf.* putauerit): statuit *codd.* ‖ 20 maxime *F α*; *fort.* ipse *scrib.*, *ut* e *ol. fuerit sscr.* ‖ 23 actori *Schopen*: auct- *codd.* ‖ 24 causam ⟨hanc⟩ *AGB* (*recte?*), hanc *F* ‖ 25 optimum meritum *GV*, optimi meriti *PB* ‖ 26 et *2. om. AGB* ‖ 27 ⟨uel⟩ comoediae *FPV* | dandam ⟨uel commodandam⟩ *F*

I.

1.

58 **1** PER POL QVAM PAVCOS REPERIAS MERETRICIBVS
FIDELES EVENIRE AMATORES SYRA haec scaena, quae prior
est, in prima parte continet tractatum, an iuste meretrix
faciat, cum aliquem diligat, in postrema narrationem, si-
cut in omni comoedia habet, quoniam argumentum in
prologis Terentius nullum tenet: omnes enim eius comoe-
diae in primis scaenis argumenti plurimam explicant par-
tem. haec igitur meretrix, quae hic est, longe a fabula
est constituta, nam aliam meretricem amat Pamphilus;
uerum ista nunc interponitur, ut ei peregre aduenienti
atque miranti, quod meretricem †duceret, narretur quid
causae fuerit. quae res dum exponitur, argumenti pars
60 aliqua declaratur. — **3** VEL HIC PAMPHILVS et hic signi-
ficat, ut (*Verg. Ecl. VIII 69*) 'carmina uel caelo possunt
63 deducere lunam'. — **6** ERGO PROPTEREA TE SEDVLO ET
MONEO ET HORTOR NE CVIVSQVAM TE MISEREAT quam mere-
trix temperata est, lena uero asperior! eius etenim truces
mores esse plurimum debent, at meretrici blanditiae: aliter
enim diligi non potest, nisi cum forma blandimenta con-
65 ueniant. — **8** MVTILES hoc est debiles reddas: unde aiunt,
quod claudus sit Vulcanus, inde dictum esse, uti Virgilius
(*Aen. VIII 724*) posuit, 'Mulciber'. quamquam illic in-
telligi potest, quod omnia mulceat et mollia igne faciat. —
66 **9** EXIMIVM NEMINEM HABEAM exceptum et ab aliis separa-
71 tum. — **14** INIVRIVM EST ESSE OMNIBVS similem et istam
esse, asperam scilicet et saeuam meretricem, iniurium est.

1 PER *om. Gα* ‖ 2 quae prior est *W.*: quae (*om. G*) priorem *codd.* ‖ 6 tenet] habet *G* | enim *F*, igitur *V*, *om. GP* ‖ 10 uenienti *G* ‖ 11 duceret] deseruerit *Schopen*, ulceret *Schoell*, meretrice ⟨relicta uxorem⟩ duxerit ille *Zeune* ‖ 12 argumentum *Fα* ‖ 13 declarat *Fα* | et hic] E hic (*sscr.* ciam) *P*, etiam *V* (*sic Don., at cf. Eugr. Eun. III 1, 7*) ‖ 14 ut] uel *α*, *om. β* ‖ 15 ET *om, β* ‖ 16 quam *W.*: atque *codd.*; *fort.* uide quam ‖ 18 at ⟨enim⟩ *FP* ‖ meretricis *F*, -cę *P*, -cem *V* ‖ 21 est ut *G* ‖ 22 quamquam] quod *G* | illic *et* potest *om. G* ‖ 26 scilicet et *W.*: scitet (sciet *V*) *codd.*

72 — **15** INIVRIA EST AVTEM VLCISCI ADVERSARIOS defendit et haec partem suam, quod asperam meretricem esse desiderat: dicit enim non amatores esse sed aduersarios ex hoc, quod ad libidinem complendam sine mercede festinant.

2.

76 **1** SENEX SI QVAERET ME haec, ut dixi, scaena narrationem tenet, in qua coniectura est non esse istas firmissimas nuptias et alia intendens, quod et adulescens inlibatam diu in domo habuit uxorem et a se intactam eo tempore, quo nuptiae fuerunt: quibus propriis locis argumenta trademus, ut oportet. tamen seruus exiens domo mandat quasi prae sollicitudine se ad portum descendere, ut quaerat quando Pamphilus ueniat, qui a patre missus est, ut hereditatem sibi relictam capere possit ab herede. —
80 **5** ALIAS VT VTI POSSIM CAVSA HAC INTEGRA si te, inquit, interrogauerit, tunc dicito me isse ad portum; sin uero non interrogauerit, ne dixeris: hoc enim, causa integra cum fuerit, quod ei dictum non est me isse ad portum,
85 facile alio loco dici poterit. — **10** MINIME EQVIDEM ME OBLECTAVI QVAE CVM MILITE CORINTHVM HINC SVM PROFECTA INHVMANISSIMO an oblectatio sit, argumenta finitiua: a conuictu quod 'miles', ab habitu quod 'inhumanissimus', a loco quod 'hinc profecta' 'ibi', deinde a tempore ⟨quod⟩
87 'biennium'. — **12** BIENNIVM IBI PERPETVVM MISERA ILLVM TVLI conqueritur de inhumanitate amatoris meretrix et, ut oportet, de rebus et de tempore. — MISERA ILLVM

1 autem est *F* ‖ 5 dixi *Westerh.*: dicitur *codd.* ‖ 7 intendens *W.*: inced- *codd.*; inde est *Zeune* ‖ 9 ⟨de⟩ quibus *Zeune* ‖ tradimus *codd., corr. Zeune*; *an* tractabimus*?* ‖ 10 oporteret *G* | tamen] iam nunc *Zeune* ‖ 11 prae *Westerh.*: pro *codd.* | descenderet *α* | ut *α*, id *β* ‖ 13 posset *Westerh.* ‖ 15 iisse me *G* ‖ 16 causa — fuerit *post* portum *transp.?* ‖ 21 a conuictu *F*, actuctu *P*, actu *V*, a coniectura *G* ‖ 23 ibi *om. G* | quod *add. Westerh.* ‖ 24 conqueritur *W.*: quo non queritur *Fα*, quoniam queritur *G* | deinde humanitatem amoris *α* | et *om. G* ‖ 25 miseria (-am *G*) illam *codd.*

quemadmodum (*Cic. divin. in Caec. 3*) 'hoc uno praetore per triennium pertulisse'. et moderate, ut haec pertulisse se
94 dixerit. — **19** NAM ILLIC HAVD LICEBAT NISI PRAEFINITO LOQVI QVAE ILLI PLACEBANT nam apud militem nisi certus esse sermo non poterat uel in numero uel in qualitate, ut et quantum dicerem praefiniret et quid dicerem. —
98 **23** QVOD EGO NVMQVAM CREDIDI FORE VT ILLE HAC VIVA POSSET ANIMVM INDVCERE VXOREM HABERE hinc proponit, ut res ad originem narrationis educat, audisse se, quod Pamphilus uxorem duxerit. deinde seruus proponit id ipsum, quod confirmaturus est, sicut supra diximus, per argumenta. —
101 **26** SED FIRMAE HAE VEREOR VT SINT NVPTIAE ITA DI DEAEQVE FAXINT SI IN REM EST BACCHIDIS faciant hoc quidem dii deaeque, ut uerae, ut firmae istae nuptiae non sint: non tamen prodest Bacchidi propterea, quoniam aliam
105 fortasse Pamphilus ducat uxorem. — **30** NEMPE EA CAVSA NE FIAT PALAM dubitantem seruum uel potius recusantem narrare optima persuasione meretrix inducit: nam, inquit, ea causa proferre non uis, ne istuc palam fiat, sed audita nos tacere uolumus et rem gaudii tantummodo in animo
108 ostendere. — **33** VT TERGVM MEVM IN FIDEM TVAM COMMITTAM numquam ita mihi persuades, ut fidei tuae credam tergum meum, ut, dum tibi credo, tergo circa plagas periclitari pos-
112 sim. — **37** SI MIHI FIDEM DAS TE TACITVRAM beniuolentiam suam promittit '⟨si iuras⟩ silentium te praebituram,
114 cum dixero'. — **39** HANC BACCHIDEM AMABAT VT CVM MAXIME TVM PAMPHILVS hic narratio sumitur, quod hoc tempore, quo uehementer Bacchidem Pamphilus diligebat, pater eum coepit compellere, ut uxorem duceret. primum exhinc ex-

2 ut *om. G* ‖ 7 hac uiua *post* inducere *G*, *om.* α ‖ 9 rem *et* reducat *Zeune* (*recte?*) | pamphilam *F*α ‖ 10 uxorem *om.* α | id *Westerh.*: ad *codd.* ‖ 14 uerae] uereor *Westerh.* | ut *2.*] et *V* ‖ 16 ducet *V* (*recte?*) ‖ 17 uel *W.*: nihil *F*α, et *G* ‖ 18 nam *W.*: cenam *F*α, namque *G* ‖ 19 ea] hac *G*, *om. rell.* ‖ 20 tacemus (taceamus α) uolumus nam rem *F*α ‖ 23 tergo *W.*: ergo *P*, ego *FV*, tergum meum *G* | circa *om. G* ‖ 25 suam] tuam *V*, nam *G* | si iuras *add. Schoell* | rehibituram (rebit- α) *F*α ‖ 27 TVM] cum *GV*, *om. F* ‖ 29 excusatur *Zeune*: accus- *codd.*

cusatur adulescens, quod non ipse nuptias petit, sed co-
actus a patre est, senex eum adhibuerit preces et uerba,
quod se senem esse diceret, quod illum unicum, eumque
diceret se praesidium uelle senectuti suae. deinde pro
adulescente istuc est, ⟨quod⟩ non continuo meretricem de-
120 seruerit, licet a patre cogeretur: nam **45** ILLE inquit PRIMO
SE NEGARE. ad postremum frequenter a patre compulsus
in hoc promouit, ut deliberaret, non ut consentiret: hoc
121 enim dixit **46** FECIT ANIMI VT INCERTVS FORET PVDORINE
123 ANNE AMORI OBSEQVERETVR MAGIS. deinde **48** TVNDENDO
ATQVE ODIO DENIQVE EFFECIT SENEX: uides quemadmodum
longae uel minae uel persuasiones uoluntatem Pamphilo
125 tradiderunt: **50** VSQVE ILLVD VISVM EST PAMPHILO NE VTI-
128 QVAM GRAVE. — **53** IBI DEMVM ITA AEGRE TVLIT VT IPSAM
BACCHIDEM SI ADESSET CREDO IBI EIVS COMMISERESCERET
ut si praesens Bacchis eo tempore fuisset, quae utique
laesa fuerat, quae dolebat, ita aegre Pamphilo fuit in his
nuptiis, uti Bacchis eius misereretur. quemadmodum et Vir-
gilii illud est (*Aen. XI 259*) 'uel Priamo miseranda manus'.
136 — **61** NOCTE ILLA PRIMA VIRGINEM NON ATTIGIT affectum
ostendit Pamphili amantis meretricem. sed coniectura hic
nascitur alia, an ueri simile sit adulescentem cubuisse cum
uirgine et se ab ea abstinuisse: quam rem exequitur mere-
138 trix his argumentis **63** QVID AIS CVM VIRGINE VNA ADV-
LESCENS CVBVERIT PLVS POTVS SE ILLA ABSTINERE VT
POTVERIT NON VERI SIMILE DICIS NEC VERVM ARBITROR.
hoc soluitur illo argumento, quod meretrix amatores omnes
habet, cum quibus est. idcirco credit adulescentes uniuer-
sos se femineo sexu abstinere non posse. non intelligit
141 causas alias amoris esse, alias odii. ideo adiecit **66** CREDO
ITA VIDERI TIBI NAM NEMO AD TE VENIT NISI CVPIENS TVI

1 petiit? ‖ 2 cum senex? ‖ 3 dicet *α*, -it *G* | eumque] quem *G* ‖ 5 quod non *W.*: ne *codd.* ‖ 7 ad *Zeune*: ac *GV*, at *FP* ‖ 8 deliberet *α* ‖ 9 pudorin *G* ‖ 12 persuasionis *Fα* | uoluntatem *W.*: uolupt· *codd.* ‖ 13 VSQVE — PAMPHILO *G*, *om. rell.* ‖ 16 bacchidis *α*; *sic et infra* ‖ 18 et *et* 19 uel *om. G* ‖ 22 concubuisse *G* ‖ 25 potisse *G*, potuisse *Fα* ‖ 26 dicens *α* ‖ 29 non ⟨enim⟩? | intelligo *α* ‖ 31 TE *om. α*

148 ILLE INVITVS ILLAM DVXERAT. — **73** SED QVAM DECRE-
VERIM ME NON POSSE DIVTIVS HABERE EAM LVDIBRIO HA-
BERI PARMENO sensus est: sed quam ego decreuerim non
habere uel quam decreuerim me diutius habere non posse,
iniquum est eam ludibrio haberi: quin integram parenti-
bus reddam, quae res in hoc mihi inhonesta est, quod
integra redditur, neque illi uirgini est utile; nam mihi
turpe est post nuptias intactam uirginem reddere et in-
commodum uirgini, quia fortasse credi hoc non potest. —
153 **78** HOC EGO PROFERRE INCOMMODVM MIHI ESSE ARBITROR
ex timore Parmenonis interposuit narrationem: hoc esse
quod fieri non debeat, diu fuisse cum marito uirginem et
158 a Pamphilo non tactam. — **83** SED VT FIT POSTQVAM
HVNC ALIENVM AB SESE VIDET purgauit causam meretricis,
quod asperior facta est, dicendo 'sed ut fit', ut et ipsa
consuetudine per omnia effecta sit improba circa amato-
160 rem suum, cum eum a se uidisset alienum. — **85** NON
EDEPOL MIRVM ATQVE EA RES MVLTO MAXIME DISIVNXIT
ILLVM AB ILLA cum amplius meretrix meretricem defen-
disset, quod improba facta esset amatori, Parmeno contra
ostendit stulte factum, siquidem haec ipsa causa est, qua
Pamphilus amator a meretrice distractus sit, posteaquam
intelligit et eam esse meretricem et eam, quae domi fuerat,
uxorem pudicam, modestam, temperantem, uiri iniurias susti-
163 nentem. — **88** AD EXEMPLVM AMBARVM MORES EARVM EXISTI-
MANS reputans et pertractans ambarum mores ad exemplum. —
169 **94** PAVLATIM ELAPSVS BACCHIDE quemadmodum (*Verg. Aen.*
170 *II 739—40*) 'seu lapsa resedit incertum'. — **95** POST-
QVAM PAR INGENIVM NACTVS EST postquam optimum puellae

2 HABERI *om.* *Fα* ‖ 3 sed] et *Fα* ‖ 6 in hoc *W.*: in hęc *α*, ibi hec *F*, *om.* *G* | honesta *Fα* ‖ 8 reddere et *W.*: redderet *α*, -re *β* ‖ 11 ex timore *β V*, ex amore *P*; ex more *Umpfenb.* ‖ 13 a *om.* *α* | non ⟨con⟩tactam *α* | posquam *α* ‖ 15 fiat *Fα* ‖ 18 consuetudo *Fα* | sit ⟨et⟩ *Fα* | circa] orta *α* ‖ 17 eum a *om.* *α* | NON — MIRVM *post* amatori *codd.*, *transp.* *W.* ‖ 18 atqui *α* (*recte?*) ‖ 23 intelligit *F*, -get *α*, -geret (*om.* et) *G* ‖ 27 elapsus ⟨est⟩ *G* | ⟨a⟩ bacchide *F* ‖ 29 est ⟨et⟩ *G*

173 ingenium recognouit et par sibi. — **98** EO AMANTEM IN-
VITVM PAMPHILVM EXTRVDIT PATER 'amantem' nunc scilicet
176 uxorem, non meretricem, quam iam reliquerat. — **101** QVID
ADHVC HABENT INFIRMITATIS NVPTIAE opportune quaesiuit eo tempore, quo magis nuptiae confirmatae fuerant, siquidem dixit amantem Pamphilum a patre exclusum inuitum:
180 cuius rei supponitur narratio. — **105** POSTVLATIO NVMQVAM
postulationes dicuntur litis principia de exordio simulta-
181 tum. — **106** SI QVANDO AD EAM ACCESSERAT CONFABVLATVM
FVGERE E CONSPECTV ILICO VIDERE NOLLE cum socrus accedere uellet frequenter ad nurum, illa saepe fugiebat. fuit autem causa haec, quod haec puella est quam Pamphilus uitiarat aliquando nocte et illi anulum detraxerat, et hanc post duos menses duxit uxorem et duobus mensibus nuptiarum eam non attigit, post uero cum ea esse coepit. ex primo compressu grauida facta est puella. hoc igitur metuens, quod iam grauida esse coepisset, suam praesentiam nurus socrui denegabat, ne partus in utero cerneretur. eadem discedit ad matrem 'ad rem diuinam', hoc est propter sacrificium, et euocata saepius non redit et aegra simulatur, et socrus cum ad uisitandum ueniret, admissa non est. sed ait haec, ut coniecturis confirmet, quod, si uel propter iram uel propter odia puella cum Pamphilo esse iam nolit, idcirco infirmae sint nuptiae. nam senex pater rure uenit, patrem continuo conuenit Philumenae, et quid egerint nescire se seruus dicit. ita usque ad postremum conclusa narratio est et probatum, quod infirmae sint nuptiae.

2 amanti *F*α | tunc *G* | scilicet *Westerh.*: sed (*om. G*) *codd.* (*recte?*) ‖ 6 dixi α ‖ 8 postulationes ⟨uel (*om. G*) expostulationes⟩ β | de *om. F* | exordia *FP* | simulatum α, -lacionum *F* ‖ 10 E] a *F*, *om.* α ‖ 12 quod] quę α, *om. F* ‖ 13 et *om. G* | detraxerit *V*, -xit β*P* ‖ 15 tetigit *G* ‖ 19 discedit *Westerh.*: descendit *codd.* ‖ 22 sed] V *G* | ait *W.*: ita *codd.* | quod si *G*, quasi *F*, quae si α ‖ 24 nolet *FP*, nollet *GV*, *corr. W.* | sunt *G* ‖ 27 conclusa narratio] conclusio *V* | est *om. G* | sunt *G*

II.

1.

198 **1** PRO DEVM ATQVE HOMINVM FIDEM QVOD HOC GENVS
EST QVAE HAEC EST CONIVRATIO haec scaena locum com-
munem tenet in socrum, qui diuiditur his partibus: a sexu
199 — hoc enim dixit **2** VT OMNES MVLIERES EADEM AEQVE
STVDEANT NOLINTQVE OMNIA —, deinde et ab eo, quod
socrus, tertio ab eo quod Sostrata est. nam ab eo quod
201 socrus sic adiunxit **4** ITAQVE ADEO VNO ANIMO OMNES
SOCRVS ODERVNT NVRVS, ab eo quod Sostrata est IN EO-
DEMQVE OMNES MIHI VIDENTVR LVDO DOCTAE AD MALITIAM
ET EI LVDO SI VLLVS EST MAGISTRAM HANC ESSE SATIS
CERTO SCIO. sumitur autem in locis communibus, quoniam
Laches credit nurum, hoc est uxorem Pamphili, propterea
domo discessisse, quoniam socrus mores non posset susti-
nere, cum, sicuti supra diximus, partus celandi causa domo
204 illa discesserit. denique adiungit mulier **7** ME MISERAM
208 QVAE NVNC QVAM OB REM ACCVSER NESCIO. — **11** MEQVE
ABS TE IMMERITO ESSE ACCVSATAM POSTMODVM RESCISCES
quoniam praesenti tempore nulla ad senem suspicionis de
se habitae potest esse purgatio, defensionem de futuris
temporibus pollicetur, his scilicet, quibus rediturus est
Pamphilus: eius enim aduentu res absolui potest et disces-
210 sionis causa cognosci. — **13** QVAE ME ET TE ET FAMILIAM
DEDECORAS FILIO LVCTVM PARAS hic iam specialis accusa-
tio est ipsius in Sostratam ab his rebus quae secuntur,
212 hoc est quae in effectu sunt post iurgium. — **15** QVI
ILLVM DECREVERVNT DIGNVM SVOS CVI LIBEROS COMMITTE-
RENT ecce communi genere 'liberos' posuit, ut ⟨et⟩ femi-

2 est haec *α* ‖ 3 diuidetur *G* ‖ 4 ut ⟨et⟩ *α* ‖ 5 et *om.* *F* ‖ 7 omnis *α* ‖ 9 militiam *α* ‖ 14 sicuti *post* diximus *Fα* ‖ 17 ABS TE] absente *Fα* | merito *GV* | rescisses *Fα*, recessisses *G* ‖ 21 et] ex *GP* ‖ 25 affectu (*om.* sunt) *V* | QVI ILLVM *om.* *α* ‖ 26 dignum decrer̄ (decreuerunt *P*) *α* ‖ 27 ecce ⟨sunt⟩ *F*, eite ⟨s̄⟩ *P*, eiecta est *V* | liberi *F* | positi *F*, -tos *α* | et *add.* *W*.

214 nas intelligamus. — **17** TV INQVAM MVLIER tamquam solus
sexus sufficere possit ad crimen et haec aetas qua mulier
est. id enim et Virgilius (*Aen. IV 569—70*) 'uarium et
218 mutabile semper femina'. — **21** QVIA VT VOS MIHI DOMI
ERITIS PROINDE EGO ERO FAMA FORIS idcirco diligenter et
caute uestram uitam in urbe commorantium rogo atque
pertracto, quia, proinde ut uos domi eritis, ita mea opinio
220 et fama populi celebrabitur sermone. — **23** ET NI ID
FECISSET MAGIS MIRVM FORET adeo tui mores noti omnibus,
uti, quod puella iurgio discessit, 〈minime〉 mirum sit: mirum
223 magis esset, si inter uos amicitia perseueraret. — **26** AT
VIDE QVAM INMERITO AEGRITVDO HAEC ORIATVR MIHI SO-
STRATA ABS TE omnis accusatio concluditur qualitate, quod
non merito tantam aegritudinem seni fecerit, cum iunxit,
quod rus discesserit, ut illic habitaret ac seruiret uolupta-
tibus earum quae in urbe morarentur, 〈ut〉 tantum sump-
tus quam uellent haberent, ut otium earum res domestica
sustineret, ut sibi ipse non parceret contra quam iustum
esset et aetas similis pati posset. itaque grates iuges de-
buerant referre, ne aliqua senem tangeret aegritudo. —
228 **31** NON MEA OPERA NEQVE POL CVLPA EVENIT quantum
potest, mulier defendit se, solum hoc testans, quod non
iurgii uel discessionis ipsa sit causa. hoc facile reuincit
senex, quod sola fuerit in domo et necessario ad culpam
sola ipsa sit causa. denique ipsius diligentia et cura esse
debuerant, ne qua aegritudo nasci posset. ita hic senex
non tam laborat probare crimen quod intendit quam in-
231 uehitur, quod adiungit **34** CVM PVELLA ANVM SVSCEPISSE

1 intelligant *G* ‖ 2 sexus *Zeune*: senex *codd.* | qua] que *F*, quā *P*, qm̃ *V* ‖ 3 enim *om.* *G* | 〈se (esse *F*)〉 uarium *Fα*, seruauit *G* ‖ 4 VT *om.* *α* ‖ 8 sermone celebrabitur *α* | ne *Gα* | is *P*, his *V* ‖ 10 minime *add. Schopen* ‖ 14 cum iunxit *V*, coni- *rell.* ‖ 16 ut *add.* *W.* ‖ 17 quam *W.*: quod (quot *F*, quos *G*) *codd.* | uellet *α* | res 〈que〉 *α* ‖ 18 quam] quod *G*, que *V* ‖ 19 esset *et* posset *Zeune*: est *et* potest *codd.* | similes *α*, simul *G* | itaque *W.*: utique *codd.* | grate iugis 〈esse〉 *α*, gracie magis 〈esse〉 *F* | debuerat *codd.*, *corr.* *W.* ‖ 20 referret *Fα* ‖ 23 uel] et *G* | reuincit *Zeune* (*cf. ad v. 38*): scit *codd.* ‖ 25 solam *βP* ‖ 26 debuerat *G*

INIMICITIAS NON PVDET. ut probaret animum, imitatur quod mulier posset dicere, quo magis redderet grauiorem accusationem, si illa istuc diceret, quod illius culpa fac-
233 tum esset iurgium. — **36** NAM DE TE QVIDEM SATIS SCIO PECCANDO DETRIMENTI NIHIL FIERI POTEST hoc per ironiam pronuntiandum 'nam certus sum, quod te peccante nulla damna sentimus neque res nostra familiaris ullum patitur
235 detrimentum'. — **38** QVI SCIS AN EA CAVSA MI VIR ME ODISSE ADSIMVLAVERIT VT CVM MATRE PLVS VNA ESSET hic causa mutatur, quod illa idcirco forte discesserit, non quo socrus odium uitare uellet, sed ⟨ut⟩ diutissime cum matre moraretur. quod reuincit senex, odio potius factum, quod admissa non sit. sed rursus mutat causam, cur ad-
238 missa non sit, ⟨et⟩ se defendens mulier dicit **41** ENIM LASSAM OPPIDO ESSE AIEBANT. 'oppido' autem intelligimus ualde. contra senex rursus inuehitur, quod ipsa potius puellae morbus sit et eius mores aegritudinem afferant, non quo illa incommodo corporis aliquo laboret. concludit inuectionem ad generale nomen socrus, quod nulla sit earum, quae filium ducere uelit uxorem, ac, si quam uoluerit illa datur quae placita est condicio, ad postremum, cum duxerint filii, socrus iterum expellunt foras coniuges liberorum.

2.

243 **1** ETSI SCIO EGO PHILVMENA MEVM IVS ESSE VT TE COGAM QVAE EGO IMPEREM FACERE haec scaena in exordio quidem allocutionem ad filiam habet patris, quo, cum in domo reperisset, cogeret, uti ad Pamphilum domum re-

1 emitatur *P*, emitt- *GV* ‖ 4 esset *Zeune*: est *codd.* ‖ 6 nuntiandum *α* ‖ 8 ME *om.* *β* ‖ 11 sed] q) *G* | ut *add.* *Karsten* ‖ 13 sed rursus *om.* *α* ‖ 14 et se *Zeune*: sed *codd.* | lassam ⟨eam⟩ *β* (*recte?*) ‖ 15 aiebant esse *α* ‖ 17 illius *G* | aegritudinis *α* ‖ 19 at *Fα* ‖ 20 earum *om.* *G* | quin gnatum uelit ducere uxorem *G* (*ex Ter.*) | uellet *Fα*, *corr.* *W.* | ac si qñ uoluerit *F*, et *G* ‖ 21 que itt placita est datur condicio *G* | at *GV* ‖ 26 allocutionem (*cf. Don.*) *W.*: loc- *codd.* | quo *W.*: quod *codd.* ‖ 27 ad *om.* *G* | pamphili *Fα*

uerteretur, et tamen ueniam tradentis, quod absente Pam-
philo filia reuerti nolit. post habet accusationem et de-
fensionem, quod †incidit†· reus fit iniuriarum senex, quod
filiam abduxerit suam marito absente et apud se aegram
esse patiatur, tamquam curam atque diligentiam in domo
coniugis habere non possit. igitur huius accusationis ini-
247 tium tale est **5** PHIDIPPE ETSI SCIO EGO ME MEIS OMNIBVS
ADPRIME ESSE OBSEQVENTEM SED NON ADEO VT FACILITAS
MEA CORRVMPAT ILLORVM ANIMOS. hoc initio tollitur id,
quod fortasse pater diceret 'apud me filiam pietate con-
249 tineo'. denique adiungit **7** QVOD SI TV IDEM FACERES non
consentiendo tantum, ut animos tuorum corrumpas MAGIS
IN REM VESTRAM ET NOSTRAM ID ESSET. deinde adiungitur
250 uehemens et generalis accusatio **8** NVNC VIDEO IN ILLARVM
251 POTESTATE ESSE TE et narratio supponitur **9** HERI ADII
TE DE FILIA VT VENI ITIDEM INCERTVM ME AMISISTI. deinde
252 argumenta quaestionum cum inuectione **10** HAVD ITA DE-
CET SI PERPETVAM HANC VIS ESSE AFFINITATEM CELARE
TE IRAS SI QVID EST PECCATVM A NOBIS PROFER AVT EA
REFELLENDO AVT PVRGANDO VOBIS CORRIGEMVS TE IVDICE
IPSO SIN EA EST CAVSA RETINENDI APVD VOS QVIA AEGRA
EST TE MIHI INIVRIAM FACERE ARBITROR PHIDIPPE SI METVIS
SATIS VT MEAE DOMI CVRETVR DILIGENTER. hoc ut confir-
mare possit, et iureiurando in se positum monstrat affectum
258 **16** AT ITA ME DI BENE AMENT HAVD HOC TIBI CONCEDO
ETSI ILLI PATER ES VT TV ILLAM MAGIS SALVAM VELIS
QVAM EGO et adiungit 'filii causa'. huius rei purgatio
supponitur sic, ut ⟨in⟩ incerto collocetur causa, cur illa
discesserit. tamen quod absens Pamphilus sit ⟨et⟩ idcirco

2 nolit *Zeune*: noluit *codd.* ‖ 3 incidit *G*, inscius *F*, in sic *P*, in sit *V*; idcirco*?* | fit] sit *G* ‖ 4 se *om.* *α* ‖ 7 ⟨et⟩ meis *Fα* ‖ 10 fortasse *Westerh.*: foras se (esse *F*) *codd.* ‖ 15 te *ante* esse *F*, *ante* in *G*, *om.* *α* | esse potestate *G* | et] *in* te *corr.* *P* ‖ 19 ⟨aut⟩ si *G V* ‖ 23 SATIS *et* MEAE *om.* *G* | ⟨ne⟩ ut *F*, ut ⟨in⟩ *P* ‖ 24 in se positum] interposito *Schopen* ‖ 25 haut hoc tibi (ibi *α*) concedo at ita me di bene ament at tibi contendo *Gα* ‖ 28 in *et* 29 et *add.* *W.*

non redeat, ex ea re suspicio datur socrum talem esse,
quae absente marito nurui sustineri non possit. nam dixit
265 **23** ILLAM AD VOS REDIRE STVDEO SI FACERE POSSVM VLLO
267 MODO. — **25** NAM POSTQVAM ATTENDI MAGIS ET VI COEPI
AGERE VT REDEAT *nam posteaquam attendi, et coepi, inquit,*
271 *operam dare, ut ad uos reuerteretur.* — **29** NON POSSVM
ADVERSARI MEIS purgat a natura sua, quod tali uitio
esse confessus est, ⟨ut contra⟩ uoluntatem suorum facere
272 non possit. — **30** *CERTVMNE EST ISTVC* *id est: filiam ut*
non remittas, nisi Pamphilus uenerit.

3.

274 **1** EDEPOL ⟨NE⟩ NOS SVMVS *INIQVE AEQVE OMNES IN-*
VISAE VIRIS PROPTER PAVCAS haec scaena conquestionem
tenet quod immerito accusatur, quippe cum sibi intenda-
tur accusatio non ex moribus neque ex propria uita, sed
⟨e⟩ communi nomine, quod socrus sit. quae non omnes
malae sunt *et omnes mala opinione laborant plurimum,*
quia quaedam malae sunt. nam cum pauculae inuisae uiris
sunt propter mores, efficiunt, ut omnes dignae uideantur
278 malo. — **5** *HAVT POL ME QVIDEM similem esse neque sociam.*

III.

1.

281 **1** NEMINI EGO PLVRA *ACERBA CREDO ESSE EX AMORE*
OBLATA QVAM MIHI ueniens Pamphilus peregre cognoscit in
portu a seruo uxorem suam quam diligebat domo disces-
sisse. aegre fert, *grauiter ingemescit*: est enim maxima
cura, quia suspicio est puellam propter matris mores dis-
cessisse. habet incertum quid faciat: amat uxorem, sed

4 VI COEPI] incepi *F*, coepi (-it *GV*[1]) *rell.* ‖ 5 AGERE] cogere *Ter.* | rediret *F* (= *Ter.*) ‖ 8 ut *add. Westerh.* | contra (aduersus *Schoell*) uoluntatem *W.*: uolupt- *codd.* ‖ 11 INIQVE *om. G* ‖ 15 e *add. W.* ‖ 16 laborent *codd.* ‖ 17 nam] sed *α* | paucae *α* ‖ 19 esse *om. F*

obtemperat matri, *et pietate illa, haec amore retinetur.* ita habet conquestionem calamitatum suarum, quia ex praeterito amore similiter multa sit passus, *cum amans meretricem a patre sit coactus ducere uxorem rursusque amans coniugem peregre pulsus sit. nunc ergo peregre reuersus eandem coniugem reperit domo discessisse iurgio nato inter matrem et coniugem,* unde magis sic sibi sit, ut aut amorem relinquat aut aduersus pietatem *aliquid* faciat. explicata conquestione quaerit a seruo, quid sit cur uxor dis-
282 cesserit. — 2 HANCINE *EGO* VITAM PARSI PERDERE hanc uitam seruaui, ne penderem? 'parsi' enim ab eo est quod est p a r c o. sed si parco significat ueniam do, praeteritum faciet p e p e r c i, si parco conseruo, praeteritum
284 p a r s i faciet. — 4 *CVI QVANTO FVERAT PRAESTABILIVS melius atque optabilius.* — VBI VIS GENTIVM ⟨hoc⟩ est ubi-
286 cumque. — 6 NAM NOS OMNES *QVIBVS EST ALICVNDE ALIQVIS ABIECTVS LABOS OMNE QVOD EST INTEREA TEMPVS PRIVS QVAM ID RESCITVM EST LVCRO EST* etenim nos, qui peregre positi sumus, in lucro habemus: hic omnis sensus est, uerum elocutio ardua, nam cum praeposuisset 'nos omnes', subiunxit 'in lucro est', cum utique esse debuerit 'nobis omnibus', ut sit integrum 'nobis ⟨omnibus in lucro est'⟩. sed hoc locutionis genus antiqui absolutum appellabant, ut Virgilius (*Aen. X 244—45*) 'crastina lux, mea si non
288 i. d. p., i. R. s. c. a.' — 8 AC SI CITIVS QVI TE EXPEDIAS *HIS AERVMNIS REPERIAS* dicit magis prodesse seruus, quod reuersus Pamphilus *dominus* sit: ex hoc enim fieri potest, ut *facile sedare tantam turbam et* domum seditione domestica possit absoluere. *magis esse ergo commodum, quod reuersus sit, quam si adhuc peregre fuisset: potest enim rem cognoscere, iram explicare, rursus ambas ad gratiam restituere. conso-*

1 obtemperet *β* | pietate — haec] petat illâ *G* | retinet *G* ‖ 4 -que *om. G* ‖ 5 sit] est *G* | ergo *om. F* ‖ 10 hanc uitam] id est *α* ‖ 11 est ab eo *α* ‖ 13 facit *α* ‖ 15 hoc *add. Westerh.* ‖ 20 proposuisset *FV* | subiungit *β* ‖ 21 in *om. β* ‖ 22 omnibus — est *add. W.* ‖ 24 ut] et *β* ‖ 25 At *G, om. α* ‖ 27 est *G* | ut] ubi *β* ‖ 28 domestica *om. F*

latur igitur et dominum et dicit magis commode prouenisse,
293 *quod reuersus sit.* — **13** QVID CONSOLARE ME ille ipso medendi genere suscitatus ad uulnera uehementer conqueritur et omnia, quae sibi ex amore contigerint, enarrat: *priusquam hanc, inquit, uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum; deinde numquam recusare ausus sum, quam mihi obtrudit pater; deinde quantas miserias in hac re sumpserit, quod uix se a meretrice separauerit; deinde quod, statim ad amorem uxoris se contulit, peregre sit exclusus; deinde quod reuersus iurgium reppererit inter matrem et coniugem, unde magis miser sit, quia necessario contra alteram facturus est.* his conquestionibus mala sua exaggerat, ad postremum tamen concludit iram inter eas expediri numquam posse, *propterea quod grauem causam litis suscipiant ex hoc, quod diu iracundia permanere dicatur. at* hoc seruus frangit negans magnam causam contigisse, *ut longa inter mulieres iracundia perseueret,* et facit *quidem* a persona et a simili argumentum captans, *quod 'pueri inter se pro leuibus noxiis magnas iras gerunt' et 'itidem mulieres sunt ut pueri leui sententia'.* —
315 **35** *TREPIDARI SENTIO ET CVRSARI RVRSVM PRORSVM* †*ad ciuitatem cupientis admodum habet et*† *in cognoscendo* trepidationem *ex tumultu, qui efficiebatur* pro parturiente puella: haec enim partu integro iam mouetur, uerum arbitrantur non Pamphilum auctorem huius conceptionis *et idcirco clam puellam uolunt parere, ut puer possit exponi. ideo praeter parturientis trepidationem et alia est timentis ⟨matris⟩, ne partus deprehendatur.* ex hac tamen uoce dolentis in

1 commodum *G* ‖ 3 suscitatus *Schopen*, -tur (-t *V*) *codd.* | ⟨et⟩ uehementer *α* ‖ 4 enarrat ⟨et suas plurimas (innumeras *V*) miserias per partes enumerat⟩ *α* ‖ 10 reperit *vel* repp- *codd.*, *corr. W.* ‖ 13 tandem *F* | inter ea (eas *G*) se expediri *codd.* ‖ 14 umquam *Fα* ‖ 15 suscipiunt *G*, suspicatur *F* ‖ 16 at *W.*: ad *codd.* ‖ 18 et a *om. β* ‖ 18 captans (-ari *F*)] comparans ⟨mulieres pueris⟩ *α* ‖ 20 idem *codd.* ‖ 21 ad — et] *fort.* ad coniugem intrare cupiens admodum haeret ‖ 22 admodum *om. F* | ⟨dehinc⟩ trepidatio *α* ‖ 24 iam mouetur integro partu *α* ‖ 26 praeter *W.*: propter *codd.* ‖ 27 et] uel *G* | matris *add. W.*

partu adulescens nescio quid suspicatur, *quasi uxorem do-*
319 *leret uehementer.* ergo interrogat **39** NESCIO QVOD *MAGNVM*
MALVM PROFECTO PARMENO ME CELANT. at ille temperate re-
320 *spondit, ne eum inuidiae enuntiatione percuteret* **40** VXOREM
inquit PHILVMENAM PAVITARE NESCIO QVID DIXERVNT ID SI
FORTE EST NESCIO. at hoc maius esse cognouit adulescens
323/30 *et interrogauit* **43** *QVID MORBI EST.* — **50** *SI FORTE MOR-*
BVS AMPLIOR FACTVS SIT si forte morbus grauior effectus
332 *fuerit.* — **52** *SERVVM ILICO INTRO IISSE DICENT SOSTRATAE*
ALIQVID TVLISSE COMMINISCENTVR MALI fingent mendacium
334 me aliquid mali introtulisse. — **54** CAPITI ATQVE AETATI
ILLORVM MORBVS QVI AVCTVS SIET sic in illo maledictum
concessit, ut omne malum potius recideret in eos, qui
mentiuntur: 'itaque nolo intro pergere, ne era in crimen
ueniat, ego uero in magnum malum'.

2.

336 **1** NESCIO QVID IAM DVDVM AVDIO HIC TVMVLTVARI
MISERA haec scaena quasi quandam deliberationem tenet
ad aegrotam nurum, cum rumor sit, quod grauis morbus
ingrauescat. deliberat socrus, quae iam semel exclusa est.
339 denique ipsa propositio **4** NVNC AD EAM VISAM. destructio
ex diuersa parte ITERVM ISTINC EXCLVDERE. pars illa, ut
340 pergat **5** QVID FAMAM MISERA NON VISAM VXOREM PAM-
342 PHILI CVM IN PROXIMO HIC SIT AEGRA. dissuasio **7** NON
VISAS NE MITTAS QVIDEM VISENDI CAVSA QVEMQVAM nec
aliquem praemittas qui uideat, 'nam qui amat cui odio
est, bis stulte facit, uti laborem inanem capiat et illi
afferat molestiam.' adiecit maius argumentum, quoniam

3 temperate *W.*: -to *F*, -ta (*post* respondit) *G* ‖ 4 ne eum *om. G* ‖ 5 QVID *om. G* ‖ 6 ad hoc maius *F*, aduc magis *G*, *corr. W.* ‖ 7 interrogauit *W.*: -bat *codd.* | morbus *codd.* ‖ 10 ⟨me⟩ aliquid *F* | fingent — 15 malum *om. V* | fingit *β* ‖ 13 recidet *P*, recedet *G*, recelet *F*, *corr. W.* ‖ 17 quandam quasi *Gα* ‖ 18 quod] quia (iam *add. F*) *Fα* ‖ 23 HIC SIT] dixit *P*, uixit *V*, sit *β* (*post* AEGRA *G repet.* dixit aegram) | aegram *α* ‖ 25 praetermittas *FP* | QVI AMAT] ille *α* ‖ 27 maius] magis *GV*

ingredi non debeat, quod filius, statim quam uenit, ingressus est: 'ea igitur causa introire non debes; etenim, si dolores paululum Philumenae remittant, continuo soli cuncta narrabit, quae causa inter uos iracundiae fuerit, unde exordium lites inceperint'. haec sunt quae ad dissuasionem pertinebant. egreditur Pamphilus, qui ideo, quod non in morbo puellam, sicut rumor fuerat, uiderit, sed quod parturire eam conspexerit, uehementer commouetur: putat enim non ex suo compressu grauidam par-
357 turire. idem interrogatus a matre **22** QVID MORBI EST consensum commodat ad quod illa uoluerit, ne prodat ueritatem. deinde et Parmenonem efficit discedere, ne uicinus uocem parturientis audiat. postremo remanet solus ac secum deliberat quod rogatus ⟨est⟩, utrum taceat neque indicet partum an aequo animo ferat tantam iniuriam et reducat uxorem.

3.

361 **1** NEQVEO MEARVM RERVM INITIVM VLLVM INVENIRE IDONEVM conquestio est, quod de amore multa sit passus, quod multa uiderit, multa audierit, simul cum partitione, cum dixit
363 **3** PARTIM QVAE PERSPEXI HIS OCVLIS PARTIM QVAE ACCEPI AVRIBVS. hoc totum in principio est. subiungitur narratio
365 **5** NAM MODO ME INTRO VT CORRIPVI. quod accepit auribus, illud est, quod, ubi eum ante perspexere ancillae, omnes simul exclamauere 'uenit'; quod perspexit, illud est, quod uultum earum continuo inmutari uidit: haec enim argumenta pro-

1 quod *W.*: quo *codd.* | quam *W.*: qñ *F*, quod *α*, ut *G* ‖ 3 remittent *Westerh.* (*recte?*) ‖ 4 narrabat *α* ‖ 5 litis inceperit *G*, *prob. Schopen* ‖ 6 ideo] id *F*, his *α* ‖ 8 ⟨unde (et inde *α*)⟩ uehementer *F α* ‖ 12 caritatem *β* ‖ 14 est *add. W.* | neque] aut *G* ‖ 15 indicet ⟨ei⟩ *α* ‖ 16 reducat *Westerh.*: ducat *codd.* ‖ 19 multa *2.*] et *G* ‖ 22 ut *ante* intro me *F, om. rell.* | accepi *β V*, accipi/// *P* ‖ 23 perspexerit *P*[1] *V* ‖ 24 perspexit *F*, pars exit (exiit *G*) *rell.* ‖ 25 uidet *α* | haec *Westerh.*: hic *codd.*

ficiunt ad id, quod partus celabatur, quod introueniens
parturientem uidit, deinde quod uox parturientis prodidit
375 uitium: ⟨et⟩enim dixit **15** NEQVE VOCE ALIA AC RES MONE-
379 BAT IPSA POTERAT CONQVERI. — **19** PROFECTO HOC EST SIC
VT ⟨PVTO ut⟩ oportuit, omnem narrationem calamitatum
suarum sententia conclusit, uti sic res semper sit: ‘quemad-
modum fortuna tradiderit’ inquit ‘nos aut magni aut hu-
382 miles sumus’. — **22** O MI PAMPHILE ABS TE QVAM OB REM
HAEC ABIERIT CAVSAM VIDES persuasio est illa, unde de-
liberat Pamphilus, an taceat tantum et celet partum aut,
si uoluerit, eam uxorem ⟨re⟩ducat donata iniuria. confessio
383 ipsa criminis ueniali statu constat, cum dixit **23** VITIVM
EST OBLATVM VIRGINI OLIM AB NESCIO QVO IMPROBO. deinde
preces omnes adhibentur ⟨ad⟩ illa duo, quae supra posui,
386 conficienda **26** QVAEQVE FORS FORTVNA EST INQVIT NOBIS
QVAE TE HODIE OPTVLIT PER EAM TE OBSECRAMVS AMBAE.
387 illud, ut taceat, petit **27** VTI ADVERSA EIVS PER TE TECTA
TACITAQVE APVD OMNES SIENT. ut si uelit reducat, sic
391 petitur **31** CETERVM DE REDVCENDA ID FACIAS QVOD IN
REM SIT TVAM. hoc uoluntati dimittitur; illud, ⟨quod⟩
392 oratus ⟨est⟩, an fieri possit sic docetur **32** PARTVRIRE
EAM NEC GRAVIDAM ESSE EX TE SOLVS CONSCIVS ES. et
395 an pater ignorare possit, sic adiungitur **35** NVNC SI POTIS
EST PAMPHILE MAXIME VOLO DOQVE OPERAM VTI CVM AD-
VENIT PARTVS CLAM SIT PATREM ATQVE ADEO OMNES SED
SI HOC FIERI NON POTEST DICAM ABORTVM ESSE. neque
hoc suspectum alicui esse poterit, cum septimo mense
abortus proueniret. sed ne nato puero inhonestum fiat,

2 prodit *α* ‖ etenim *W.*; cum *Westerh.* ‖ 4 sic est *Ter.* ‖ 5 PVTO ut *suppl. Schoell* ‖ 6 sit ⟨ut⟩ *α* ‖ 7 nos autem *β* ‖ 8 sumus] simus *Zeune* ‖ 11 ⟨ut⟩ eam *codd., corr. W.* | reducat *W.* ‖ 12 uenialis *Gα* | statū *GP* | continet *G* ‖ 14 ad *add. W.* ‖ 15 efficienda *G* | fortuna⟨ta⟩ *α* | EST *om. Fα* ‖ 20 uoluntati *F*, uolupt- *rell.* | remittitur *Zeune* | quod *et* 21 est *add. Zeune* ‖ 21 orans *et* diceret *G* ‖ 22 NEC] et *α* | es *sscr. P*[1], *om. G* | et *W.*: sed *codd.* ‖ 23 potis es *F*, potest istam *α* ‖ 26 HOC] id *Ter.* | potest ⟨quin sentiant⟩ *Ter.* ‖ 28 prouenire *Fα*; prouenerit *?*

quod Pamphili filius diceretur, adiecit ab utili et ab honesto
400 **40** CONTINVO EXPONETVR HIC TIBI NIHIL ERIT QVICQVAM
INCOMMODI. deinde conclusum est ad misericordiam captan-
401 dam **41** ET ILLI MISERAE, quod concesserit scilicet, ut
403 taceat tantum: **43** NAM DE REDVCENDA ID VERO NE VTIQVAM HONESTVM ESSE ARBITROR. uerum amore multum aestuans ingemiscit, quod necessitate separaretur. quamquam dat sibi consolationem: non didicit ab amata discedere, ut ante exclusa meretrice discessit.

4.

415 **1** AIN TV TIBI HOC INCOMMODVM EVENISSE ITER haec scaena interrogationes et breues expositiones continet, quem-
422 admodum nauigauerint. — **8** CVM INTEREA SEMPER MORTEM EXSPECTABAM MISER grauior semper poena est exspectare quam pati, ut (*Verg. Aen. VI 614*) ‘inclusi poenam
434 exspectant’. — **20** PERII VOVISSE HVNC DICAM SI SALVVS DOMVM REDISSET VMQVAM VT ME AMBVLANDO RVMPERET quae consuetudo est in mari: nam cum periclitantur, plurimi aliquod uotum promittunt, si salui terram uiderint. —
440/42 **26** CAESIVS oculis tortis paululum. — **28** VSQVE AD VESPE-
447 RVM usque ad noctem. — **33** QVOD POTERO FACIAM TAMEN VT PIETATEM COLAM deliberatio illa nunc breuiter ⟨re⟩petitur, an partum celet an ⟨re⟩ducat uxorem. uerum tantum consentit, ut celet, non uult autem reducere, quia adhuc credit puellam idcirco discessisse, quod iurgium cum matre susceperit: hoc enim dixit ‘quod potero, faciam, tamen ut pietatem colam’.

2 exponitur *Gα* ‖ 7 ingemescit *β* ‖ 9 exclusam meretricem *Gα* ‖ 11 et] sed *α* ‖ 12 nauigauerint *W.*: -runt *codd.* ‖ 16 ruperit (rūp- *P*) *Fα* ‖ 18 promittant *Fα* ‖ 19 cesis *FP,* cęcis *V* | paululum *om. G* | ⟨maneam⟩ usque *G* ‖ 21 repetitur *Zeune* ‖ 22 reducat *W.*

5.

451 **1** DIXTIN DVDVM ILLAM DIXISSE EXSPECTARE FILIVM
haec scaena parentum continet uerba, quemadmodum co-
gant Pamphilum reducere uxorem. simplex hic oratio est:
supra (*II 2, 26—27*) Phidippus dixerat 'sancte adiurat
non posse Pamphilo absente perdurare', hic positum 'dix-
454 tin dudum illam dixisse exspectare filium?' — **4** CERTVM
OBFIRMARE EST VIAM ME QVAM DECREVI PERSEQVI ut ta-
461 ceam, non ut reducam. — **11** VIXIT DVM VIXIT BENE ordo:
466 bene uixit, dum uixit. — **16** HERI PHILVMENAM AD SE
ACCERSI HIC IVSSIT quasi nescientis causas hoc mendacium
fingitur, quod pater Philumenam heri ad se uocauerit.
468 denique continuo Pamphilus **18** OMNEM REM SCIO VT SIT
GESTA ADVENIENS AVDIVI. hoc sumit exordium, cur non
reducat. commendat personam suam, quod semper fideli
animo circa illam uixerit, et non sua causa fieri discidium,
sed quod indignam se deputat matri eius, cuius mores
debeat tolerare, cum neque aliter gratia ulla inter eas
componi possit. purgat se, quod pietati seruiens nolit re-
485 ducere uxorem. — **35** QVIBVS IRIS INPVLSVS NVNC IN ILLAM
INIQVVS SIM qua iracundia motus iniquus sim circa uxorem,
quae quod uolui promerita est et quod nolui numquam
fecit? rursus concludit, quod necessitate ab ea separetur,
497 quo matris commodis obtemperet. — **47** DIXIN PHIDIPPE
HANC REM AEGRE LATVRVM ESSE EVM sic enim supra
(*II 2, 19—20*) dixerat 'non clam me est quam laturus sit
502 aegre, hoc si rescierit'. — **52** RENVMERET DOTEM HVC
513 hoc est mihi. 'dos' quae pecunia dabatur. — **63** PORTO

1 dixisti *GV* ‖ 2 cogant *Zeune*: -unt *codd.* ‖ 5 hic positum *W.* (*duce Westerh.*): inpositum *Fα*, *om. G* | dixisti *codd.* ‖ 7 tactam *GP*, actam *V* ‖ 8 ut *om. βV* ‖ 11 nesciens *G*, -enti *F* | fingit *G* ‖ 12 VT *om. α* ‖ 15 non] nunc *Gα* ‖ 16 putat *G* ‖ 18 nolit *Westerh.*: noluit *codd.* | ⟨sic⟩ purgat*?* ‖ 19 IN *om. Gα* | illi *G* ‖ 20 quia *Gα* ‖ 21 uolui ⟨illa⟩ *codd., corr. Westerh.* | nolui] uolui *Gα* ‖ 22 rursus *W.*: et uersus *codd.* ‖ 23 quo *W.*: quod *codd.* ‖ 25 non *om. Fα* | ⟨hoc⟩ laturus *Fα* | quam esse eum grauiter laturum credam *Ter.* ‖ 26 HVC *om. PG* | est mihi *Westerh.*: esse nihil *codd.* ‖ 27 quae ⟨nuptae⟩ *Schoell*

HOC IVRGIVM AD VXOREM putat enim eius causa puellam discessisse.

IV.

1.

516 **1** PERII QVO ME VERTAM ingressus Phidippus puellae
pater inuenit filiam parturientem. primum adulterii crimen
intendit, sed hoc breuiter frangit, quia ex illo peperit,
cui nuptum data est. post intendit crimen iniuriarum, quod
partum celare uoluerit. egressa igitur mulier quaerit con-
silium, quemadmodum respondeat, quod pater cognouerit
519 partum; et consilium utique ad hoc quaerit **4** ID QVA
CAVSA CLAM ME HABVISSE DICAM NON EDEPOL SCIO. accu-
524 satio illa **9** VIR EGO TVVS SIM. deinde prima propositio
527/28 criminis **12**. PEPERIT FILIA EX QVO, cuius solutio **13** EX
QVO CENSES NISI EX ILLO CVI DATA EST NVPTVM. qua re
530 soluta intenditur **15** QVAM OB REM TANTOPERE NOS CELARE
VOLVERIS PARTVM PRAESERTIM CVM ET RECTE ET TEMPORE
536 PEPERERIT. et inuectio in eam **21** SED NVNC MIHI IN MEN-
TEM VENIT EX HAC RE QVOD LOCVTA ES OLIM CVM ILLVM
GENERVM CEPIMVS. suspicatur autem, quod aegre mater
puellae ferat Pamphilum amare meretricem et ex hac
540 causa partum celare uoluerit. ideo dicit **25** QVAMVIS CAV-
SAM HVNC SVSPICARI QVAM IPSAM VERAM MAVOLO. tunc,
quasi haec uera causa sit, reddit rationem, non esse in-
iuriam grauem a Pamphilo, quod amat meretricem, quo-
niam hoc uitium omnibus adulescentibus uidetur innatum.
547 qua re inuenta mulier aliquid defensionis apponit **32** ADEON
ME ESSE PERVICACEM CENSES CVI MATER SIEM 'adeo per-

3 perii ⟨quid agam⟩ *F* (*Ter.*) | quo me euortam (*ex* uᵒortam?) *α* ‖ 5 periit *α* ‖ 8 quo *Gα* ‖ 9 utique *om. G* ‖ 10 accusatio illa *F*, *om. rell.* ‖ 13 CENSES *om. Gα* ‖ 14 tanto opere *α* (*recte?*) ⟨omnes⟩ nos *Ter.* ‖ 15 tempore ⟨suo⟩ *F* (*Ter.*) ‖ 16 peperit *Gα* ‖ 19 ⟨hanc⟩ meretricem amare *G*, ⟨hanc (ha *P*)⟩ mer- (am- *om.*) *α* | et *om. Fα* | ex *om. G* ‖ 21 hanc *α* | malo *F*, uolo *rell.* ‖ 25 adeomne (ESSE *om.*) *α* ‖ 26 sim *FV*, (*ex* sit *corr.*) *P*

uicacem' perseuerantem in malo circa eam, cui mater sim, ut hoc animo me esse credas, si modo hoc matrimonium ex utilitate nostra esse potuisset. uerum ostendit hac causa se commoueri, quam senex sit suspicatus. at ille rursus purgat, quod amicam habet Pamphilus, et ferendum esse, si modeste fecit, ut ad eam pergeret: immo magis displiceret, si se ab amica separaret cito, neque idoneus gener esset, apud quem uilis fuerat consuetudo. memor mulier precum suarum marito mandat, ut ad Pamphilum pergat et quaerat, an uelit reducere uxorem: si uelit, reddat, si
567 nolit, quod recte hoc fecerit. — **52** NAM VT HIC LATVRVS HOC SIT IPSAM REM SI RESCIVERIT ⟨NON EDEPOL CLAM ME EST⟩ non me praeterit, quemadmodum laturus sit, etsi
568 uerum sit id, quod ex adulterio ⟨con⟩ceperit: nam **53** CVM HOC QVOD LEVE EST quod celabamus partum TAM IRACVNDO
571 ANIMO TVLIT. — **56** SI PVERVM VT TOLLAM COGIT *scit Pamphilo promisisse, ut puer exponeretur: aegre fert hoc, ne tollatur puer.* quod grauiter ferens ⟨ueretur, ne⟩ Pamphilus
575 hanc rem celare non possit: concludit enim **60** SIMVL VEREOR *PAMPHILVM NE ORATA NOSTRA NEQVEAT DIVTIVS CELARE CVM SCIET ALIENVM PVERVM TOLLI PRO SVO.*

2.

577 **1** NON CLAM ME EST GNATE ME TIBI SVSPECTAM mater Sostrata comperit Pamphilum idcirco nolle reducere uxorem, quod uellet matris iniurias uindicare: credebat enim iurgio matris puellam discessisse. et hoc igitur proprie agit mater, uti rus ipsa discedat, si propter praesentiam suam uxor redire non uult. sed est alia causa Pamphilo, quae repugnat: ille enim propterea non reducit, quia parere

3 uerum *W.*: uirum (-ro *G*) *codd.* ‖ 7 separet *Gα* | genere et *codd., corr. Schopen* ‖ 12 NON — EST *suppl. W.* ‖ 13 siet si uerum (-ro *G*) *β* ‖ 14 conceperit *Westerh.* ‖ 16 tulerit *codd.* | coegit *codd.* | pamphilum *F* ‖ 18 ferens] feret (fert *G*) is *β* | ueretur ne *add. W.* ‖ 19 hanc rem *W.*: hominem *codd.*; omnem rem *Schoell* ‖ 20 orata] ob dicta *G* ‖ 21 PVERVM *om. F* ‖ 22 EST] esse *α* ‖ 23 noli *α* ‖ 24 credat *α* ‖ 25 proprie agit *Westerh.*: proprietate (utitur *post* mater *add. F*) *codd.* ‖ 26 suam *om. Gα* ‖ 27 est *G*, cum *rell.*

puellam uidit et suspicatur ex alio; sed hoc celat. hic
ergo in hac scaena iustitiae tractatus est, ac per quali-
tatem negotialem ab eo quod fieri deceat amplius purgat
se, nulla sua culpa factum, uti uxor domo discederet uel
odium sui caperet. hoc per coniecturam tangitur. et quo-
579 niam filii res est quam dolet, iusiurandum ponit **3** ITA
ME DI BENE AMENT ITAQVE OBTINGANT EX TE QVAE EXOPTO
MIHI VT NVMQVAM SCIENS COMMERVI MERITO VT CAPERET
ILLA ODIVM MEI. qualitatis autem negotialis tractatus ille
583 est **7** NVNC TIBI ME CERTVM EST CONTRA GRATIAM REFERRE
VT APVD ME PRAEMIVM ESSE POSITVM PIETATI SCIAS. et
quoniam ueluti uicem deliberantis tenet, quicquid de pos-
585 sibili suspectat, ponit ab utili **9** HOC ET VOBIS ET MEAE
FAMAE COMMODVM ARBITROR. quod quidem et in honesto
collocat, siquidem famae dixit commodum. repugnat filius
contra ab utili et dicit 'quid? tu rus habitatum migras?'
parum est enim migrare rus ex urbe, ⟨idcirco⟩ adiecit
'habitatum': 'ut illic tu sis perpetuo'. rursus ab honesto
590 est hic, quod famae opinio sit futura **14** *VT* QVI NOBIS
inquit *MATER MALE DICTVM VELIT MEA PERTINACIA DICAT ESSE*
592 *FACTVM HAVT TVA MODESTIA*. concludit ab utili **16** TVAS
AMICAS ET COGNATAS TE DESERERE NOLO. sed hoc frangit
illa dicens iam senectutem suam ista contemnere, quod
satis harum rerum uoluptate perfuncta sit, ⟨*et*⟩ *curam suam
sibi esse memorat, ne senectus sua ab aliquibus accusetur.*
597 — **21** *HIC* VIDEO ME *ESSE INVISAM IMMERITO* et hic tetigit
quod supra dictum est per coniecturam, quod inmerito ipsa
600 ⟨inuisa⟩ sit. — **24** QVOD MALE AVDIT MVLIERVM Graeca

1 suspicatur *Westerh.*: -tus *codd.* ‖ 4 domo *Westerh.*: -mi *codd.* ‖ 5 tangit *G* | quoniam ⟨me di⟩ *codd.*, *cf. infra* ‖ 6 filii — iusiurandum *W.*: filiū res ē ualet (habet *G*) iusiurandum quod *codd.* ‖ 9 tractus *α* ‖ 11 pietatis *Fα* ‖ 13 ET VOBIS *post* 14 ARBITROR *Gα* | MEAE FAMAE] me *α*, $\overset{i}{\text{m}}$ *G* ‖ 16 inutili (et *om.*) *β* | quid *Zeune*: quod (*om. G*) *codd.* | habitūm *α*, *om. G* ‖ 17 idcirco *add. W.* ‖ 18 tu *om. α* ‖ 19 VT *om. F* ‖ 20 inquit *om. G* | ESSE *om. F* ‖ 22 deserere ⟨et festos dies mea causa⟩ nolo *Ter.* ‖ 23 istam *Gα* ‖ 24 et *add. W.* | suam *om. F* ‖ 25 commemorat *F* ‖ 27 per *om. Fα*; *at cf. l. 4* ‖ 28 inuisa *add. W.*

locutione positum 'male audit mulierum': †Mcusoscomnos.
602 — **26** OBSECRO MI *PAMPHILE NON TVTE INCOMMODAM REM*
quoniam uidit actu suo filium esse persuasum, ut rus
discedat, et animaduertit aegre ferre discessum suum, ueluti
consolationem adhibet, ut aequo animo ferat quamcumque
604 fortunam. — **28** SI CETERA ITA SVNT VT VIS hoc *est*: si
puella moribus integris uiuit, sicuti ego arbitror.

3.

607 **1** QVEM CVM ISTOC SERMONEM *HABVERIS PROCVL HIC*
STANS ACCEPI VXOR pater Pamphili non longe positus au-
diuit quod uxor loquebatur. impellit amplius, ut istuc
consilium perseueret, ut deliberatio tota tollatur *et mater*
rus discedat. sapientis est enim id nunc facere, quod si
praetermissum fuerit, id aliquando fortasse faciendum est. —
610 **4** FORS FVAT POL si tantum Fortuna aeque faueat. —
IBI EGO TE ET TV ME FERES iam mores nouimus nostros:
611 *aequo animo nos possumus sustinere.* — **5** SPERO ECASTOR
bene memor senis mulier non *con*firmauit, sed 'spero' in-
616 quit. — **10** EX VSV QVOD EST ID PERSEQVAR coactus Pam-
philus causam dicere, cur nollet reducere uxorem, reuocat
uerba, ut possit quod rogatus est conticescere*: '*id ergo*
exequar, quod ex usu est; quod necesse est, *hoc eloquar*'.
deinde fingit causam ideo se nolle reducere, uti concordes
618 ambas faciat. — **12** NESCIAS VERVM *ID* TVA RE FERT NIHIL
VTRVM ILLAE FECERINT quid illae egerint inter se, curare
non debes. *mox si mater mecum hinc rus discedat* et per-
seueret in sententia, persuasum est, quod adulescentulis
odiosa semper senectus est parentum.

α*[20] EX VSV id est ex utilitate.

1 Mcusoscomnos *G*, maiſoſtonio *F*, *om.* α; ἀκούω κακῶς? ‖ 3 filio *G* | ut rus *Schopen*: utrum (ut *G*) *codd.* ‖ 8 CVM ISTOC] istic α ‖ 13 est *om.* *F* ‖ 20 ut *Zeune*: ne *codd.* ‖ 22 dein *F*α ‖ 23 nescias ⟨nequeas⟩ *G*; *cf.* *Ter. codd. DEF* ‖ 25 debes *Westerh.*: -et *codd.* | perseuerat *F*α ‖ 26 persuasurus (*om.* est) α ‖ 27 est *ante* semper α

4.

623 1 TIBI QVOQVE *EDEPOL SVM IRATVS PHILVMENA* haec
scaena continet excusationem, cur nollet uxorem ⟨re⟩ducere,
et remouet causam in matrem, ut remotiua sit qualitas:
iustum est enim non reducere, quoniam matris commodis
seruit. uerum et illud proditur, quod puella peperit: se-
nex enim puellae pater indicat filium natum et adiungit
631 9 NVLLAM DE HIS REBVS CVLPAM *COMMERVIT TVA.* ait
igitur causam senex, ut reducatur *uxor, primo his uerbis*
635 13 *EGO PAMPHILE ESSE INTER NOS SI FIERI POTEST AFFINI-
TATEM HANC SANE PERPETVAM VOLO; secundo ut, si nolit re-*
637 *ducere, puerum accipiat* 15 *SIN EST VT ALITER TVA SIT*
645 *SENTENTIA ACCIPIAS PVERVM.* — 23 *NEQVEO SATIS QVAM HOC
MIHI VIDETVR FACTVM PRAVE PROLOQVI non possum satis
loqui, quam satis hoc praue uidetur factum.* inuento puero,
quod remedium fuerat Pamphilo in calamitate, sumit con-
silium *omnino resistendum esse, ut non reducat uxorem.*
quare ponit excusationem illam, quam supra dixi. —
655 33 PATER SI ILLA EX ME *LIBEROS VELLET SIBI AVT SE
ESSE MECVM NVPTAM SATIS CERTO SCIO NON CLAM ME HABERET
QVAE CELASSE INTELLEGO* finguntur hae causae, quod *illa
multum* †*mecum*† *laborauerit, et cum* alienum animum eius
uideat, amantis affectum negat se debere reuocare. —
660 38 MATER QVOD SVASIT *SVA ADVLESCENS MVLIER FECIT* pur-
gat pater Pamphili puellam ueniali statu, *quod coacta
fecerit, ut discederet de domo et celaret partum, uel quod
mater suaserit uel* quod imprudentia aetatis hoc admiserit:
663 '*adulescens mulier fecit*'. — 41 AN QVIA NON DELINQVVNT
VIRI unde credis mulierem nullam esse in peccato? an
suspicio tibi integra est mulieris, quia uiri non peccant?
666 — 44 *VXOR QVID FACIAT IN MANV NON EST MEA ut opor-*

2 reducere *W.* ‖ 6 filium] puerum *α* | et] neque *Fα* ‖ 7 ullam *α* ‖ 8 senex causam *α* | primo uxor *codd., transp. W.* ‖ 10 nolis ... accipias *G* ‖ 14 satis *secl. Schoell, fort. recte* ‖ 16 ut *om. G* ‖ 17 dixi *W.*: -it *codd.* ‖ 21 multa *G* | mecum] cum moecho *Schoell* | ei *G* ‖ 22 amantis affectum (-tu *F*)] ob hoc *α* ‖ 23 SVA *om. G* ‖ 25 uel] et *F* ‖ 27 diligunt *α* ‖ 30 quod facit *G*

tuit, senex pater puellae de se fidem promisit integram
'quid uxor peccet aut faciat, in manu mea non est, quan-
tum ad me pertinet: in neutra re uobis difficultas a me
670 *erit'*. — **48** *QVEM IPSE NEGLEXIT PATER EGO ALAM prospicit*
cogi se Pamphilus, ut puerum tollat. hanc reperit causam,
quod puerum ipsa mater neglexerit ex eo, quod celare par-
672 *tum uoluerit*. — **50** PRODEMVS QVAESO hic noua suspi-
cione Pamphili pater ducitur, ut adulescentem credat amare
meretricem et hac causa nolle ⟨re⟩ducere uxorem. ideo
674 adiecit **52** NAM COGIS EA QVAE NOLO VT PRAESENTE HOC
LOQVAR. et est inuectio, per quam coniecturalia argumenta
colligit, quod hac causa uxorem nollet reducere, quod
diligat meretricem. scilicet a summo ad imum argumenta
colligit, quod primum dixit propter matrem nolle ⟨re⟩ducere
uxorem, et ea causa sublata est, *siquidem promisit illa se*
rus discessuram. nunc aliam reperit *causam*, quod puer
clam eo natus est. ergo colligit uanas suspiciones. et
causae quidem mutantur, et esse illam potiorem, quod
amicam meretricem diligat. sed iungitur cum castigatione
correctio, *quod diu permiserat pater amare meretricem, quod*
iam credebatur esse correctus, dum uxorem duxerat. deinde
689 *obiurgatio opponitur* **67** *NVNC ANIMVM RVRSVM AD MERE-*
TRICEM INDVXTI TVVM. sensit, quod adeo uxor discessit de
domo, nullae cum causae fuerant, nisi quia maritum sen-
694 *serit meretricem diligere et idcirco discesserit*. — **72** DABO
IVS IVRANDVM *NIHIL ESSE ISTORVM MIHI* circumuentus adu-
lescens argumentis solo iureiurando uult se *ipse* purgare.
705 — **83** CVM MIHI SIT IN EA RE ADIVTRIX *quae et ipsa*
710 *dixerat (III 3, 40) 'continuo puer exponetur'*. — **88** *NON*
FACILE ISTAE FERVNT numquam mulieres aequo animo ferunt

3 neutra in re *F* (*Ter.*) ‖ 4 IPSE] ipsa *legit Eugr.*, *cf. schol.* ‖ 9 reducere *W.*; *sic et infra* ‖ 11 per quam *W.*: quamquam *codd.*; qua *Westerh.* ‖ 14 quod] nam *α* | ducere *post* uxorem *α* ‖ 16 reperit aliam *α* | puer — est] partum celauit *α* ‖ 18 potius *α* ‖ 19 diligit *α* ‖ 20 promiserat (-it *F*) *codd.*, *corr. W.* ‖ 22 RVRSVM *om. G* ‖ 24 senserit *W.*: -rat *codd.* ‖ 27 iuramento se uult *α* ‖ 29 puer *non est Ter.* | exponitur *codd.* ‖ 30 numquam — maritorum] quia mulieres numquam uolunt a maritis nisi se amari *α*

711 amicas maritorum. — **89** *PROPTEREA HAEC IRA EST mendacio pater puellae probat et fingit sibi hoc suam uxorem*
717 *dixisse.* — **95** *OREMVS ACCVSEMVS GRAVIVS DENIQVE MINITEMVR persuadet pater Pamphili, senex uti conueniat meretricem ac primo roget accuset, deinde ⟨de⟩ praeterito [uel futuro] minitetur, denique de futuro, ne recipiat Pamphilum.*

V.

1.

727 **1** NON HOC DE NIHILO EST *QVOD LACHES NVNC ME CONVENTAM ESSE EXPETIT* haec scaena mixta est, nam et controuersiae speciem tenet et deliberatiuae. controuersia in hoc est, quod rea fit iniuriarum ex hoc, quod Pamphilum recipiat, meretrix, posteaquam duxit uxorem. coniecturalis est causa: negat enim factum. sed quoniam argumenta deficiunt, fides efficitur per genera testimonii ac primum per iusiurandum, deiude per fidem tormentorum, nam seruus promittitur in tormenta. quibus rebus cum purgata meretrix fuerit, persuadetur ei, uti ad matrem pergat *et hoc idem iusiurandum illis det ac fidem faciat se post uxo-*
729 *rem ductam Pamphilum non recepisse.* — **3** *VIDENDVM EST NE MINVS PROPTER IRAM IMPETREM QVAM POSSIM temperat iracundiam suam senex, ne minus impetret a meretrice,*
735 *quam uult, dum uehementer irascitur.* — **9** NE NOMEN MIHI QVAESTVS OBSTET etiam ipsa uehementer timeo, ne quod meretrix dicor impedimento sit commodis meis *nec male audiam ex uocabulo.* facile autem tutor *et defendo mores*
738 *meos.* — **12** *QVO MAGIS RES OMNES CAVTIVS NE TEMERE FACIAM CVRO* quoniam ego ea aetate sum, ut peccato non dem locum, id diligenter curo, ne aliquid temere faciam. —

2 ⟨et⟩ suam *F* ‖ 5 accuset ⟨et⟩ *codd.*; *fort.* et acc- | de *add. W.* | uel futuro *secl. Schoell* ‖ 7 me nunc *F* ‖ 8 et *om. Gα* ‖ 10 fit] sit *Gα* ‖ 14 ⟨ac⟩ deinde *β* ‖ 16 pergat ⟨iurandi gratia⟩ *α* ‖ 17 illis *om. F* ‖ 19 PROPTER IRAM *et* temperat — uult (*praeter* a meretrice) *om. G* ‖ 23 nec] hoc est ut *F*

740 **14** INSCITVM OFFERRE INIVRIAM *TIBI INMERENTI INIQVVM EST*
iniustum ualde est non merenti tibi iniuriam inferre, *si
effeceris, quod conuenit bonas facere. 'inscitum' autem po-*
742 *situm hic* *inscium.* — **16** *NAM QVI POST FACTAM INIVRIAM
SE EXPVRGET PARVM MIHI PROSIT non enim commodum prae-
stat, qui post iniuriam factam purgat.* accusatio ipsa sic
743 proponitur **17** MEVM RECEPISTI FILIVM *AD TE PAMPHILVM.*
et cum illa continuo negare uellet, hic, quia non accusan-
tis tantum personam tenet sed persuadere cupientis *ne
admittat,* adiecit illud, quod diu permissum sit Pamphilo,
ut ad meretricem pergeret, *nunc iam, uxorem quod habeat,*
747 *submouendus sit ab hac consuetudine.* — **21** QVIS AIT HOC
iam negantis est, quod intentato crimini quaeritur testis.
sed cum dictus est auctor, adiecit argumentum ad proba-
tionem, quod filiam abduxit suam, quod puerum ob eam
rem clam natum uoluit extinguere. purgationem *illam*
sumit, *ut dixi, primum* iureiurando, *quam rem pollicetur*
750 **24** *ALIVD SI SCIREM QVI FIRMARE MEAM APVT VOS POSSEM FIDEM*
753 *SANCTIVS QVAM IVS IVRANDVM.* — **27** SED SCIN *QVOD VOLO*
754 *POTIVS FACIAS* hic iam deliberatiuae imago est. — **28** *EAS
AD MVLIERES HVC INTRO ATQVE ISTVC IVSIVRANDVM ILLIS
POLLICEARE* promittit quidem illa et commemorat, quan-
tam *hic* beniuolentiam faciat, *cum alia meretrix hoc om-
nino non faceret, ut de tali causa nuptae mulieri se osten-
deret, ut ad nuptam ueniret ea, quae amica quondam fuerat,
et iuraret se non recepisse uirum* post nuptias, quia turpis
766 esset apud nuptam meretricis ista purgatio. — **40** *QVALIS
SIM AMICVS AVT QVID POSSIM POTIVS QVAM INIMICVS PERI-
CVLVM NE FACIAS unum te moneo, ut temptes potius qualis
amicus sim, non qualis inimicus.*

2 immerenti *G* | inferre iniuriam *α* ‖ 5 purget *G* ‖ 7 receptas *F* (*Ter.*) ‖ 12 ab] in *G* ‖ 13 intemptato *codd.* ‖ 15 adduxit *Gα* ‖ 17 dixi *W.*: -it *codd.* | ⟨ex⟩ iureiurando *α* | pollicetur *W.*: -citus *codd.* ‖ 19 potius uolo *G* ‖ 20 deliberatiuae *Goetz*: -tiua (*add.* illa *F*) *codd.* ‖ 22 magnam faciens beniuolentiam *α* ‖ 27 esset *W.*: est *codd.* ‖ 28 INIMICVS *om.* *G* ‖ 30 siem *F*, si *G*

2.

767 **1** NIHIL APVD ME TIBI *DEFIERI PATIAR* prima pars
huius scaenae orationem tenet, ut nutrix puerum diligen-
ter nutriat *et alat*, postrema pars superioris controuersiae
*partem minimam. licet fidem fecerit patri Pamphili mere-
trix promisso iureiurando*, acrior puellae pater negat iuranti
credi oportere meretrici. qua fide perdita meretrix polli-
cetur tormenta de seruis. ita fit uerisimile *admissum Pam-*
768 *philum omnino non esse.* — **2** *QVIN QVOD OPVS EST BENIGNE
PRAEBEATVR hoc enim gratum est, si quid benigne prae-*
780 *betur.* — **14** *SIN AVTEM EST OB EAM REM IRATVS GNATVS
QVOD PEPERIT VXOR CLAM omni genere dicit errorem esse
sublatum. si enim ideo discessit uxor, quod suspicio est
Pamphilum ad meretricem commeare, haec apud illas pur-
gauit; sin uero ideo est iratus Pamphilus, quod clam peperit
uxor,* leuis causa est, quapropter discidium esse non po-
789 terit. — **23** NAM NVPTA MERETRICI HOSTIS EST *A VIRO VBI
SEGREGATA EST* quamdiu enim cum uiro est, potest intelligi
uirum cum alia non esse; nunc autem, cum discessio a
uiro facta est, meretrix continuo amari suspicatur a uiro.

3.

799 **1** EDEPOL NE MEAM *ERVS ESSE OPERAM DEPVTAT PARVI
PRETII* nunc Parmeno redit, qui missus in arcem fuerat,
uti amicum conueniret, qui nullus fuerat, sed *ut in prae-
sentia domo discederet*, ne uocem parturientis audiret. uidet
autem *nunc* de domo uxoris Pamphili exire meretricem.
quae cum esset ingressa, ut se purgaret, in digito eius

2 huius *om. G* ‖ 5 pater puellae *α* ‖ 6 meretrix] illa (*post* pollicetur) *α* ‖ 8 EST] sit *F* ‖ 9 si quid *Schoell*: sed quod *codd.* ‖ 10 EST *om. G* ‖ 14 est *om. G* ‖ 13 ⟨exequitur itaque uarias causas, propter quas, quia uanae uel⟩ leues sunt, discidium esse non poterit *α* ‖ 17 quamdiu — a uiro] in mutua mariti et uxoris societate non est mala suspicio, sed in eorum discessione aut haec meretrix aut ille adulter iudicatur *α* ‖ 18 discessio *W.* (*cf. α*): discessisset *codd.* ‖ 21 erat *α* ‖ 23 ne *post* parturientis *α*

anulus est cognitus, quem uitiatae Pamphilus puellae ra-
puerat et meretrici dono dederat. *quem cum cognouissent,*
respondit a Pamphilo sibi donatum, cognitumque est, quod
esset uitiator. nunc igitur egressa Parmenonem ad Pamphilum
816 mittit, ipsa autem quid actum sit narrat. — **18** *QVANTAM*
OBTVLI ADVENTV MEO LAETITIAM narratio haec est et intus
822 *actorum et gestorum antea.* — **24** *NAM MEMINI* ANTE MENSES
DECEM ex quo enim compressa est uirgo, decem menses
sunt, ut iure partus hic factus sit decem mensium. —
826 **28** ILLE ALIAS RES AGERE SE SIMVLARE *quod pudor esset*
828 *meretrici amatorem de stupro aliqua confiteri.* — **30** *NESCIO*
QVAM COMPRESSISSE ne amore hoc apud meretricem fecisse
829 *uideatur*, '*nescio quam*' *dixit.* — **31** *DVM LVCTATVR quo loco*
835 *positum tale uerbum est, notandum.* — **37** *VT QVISQVAM*
⟨*AMATOR NVPTIIS LAETETVR ut quisquam*⟩ *amatorum gaudeat*
838 *nuptiis.* — **40** INCOMMODE MIHI EVENIT *NVPTIIS FACTVM FA-*
TEOR maximum incommodum accepi, quod Pamphilus duxit
uxorem, confiteor; sed non mei meriti est, quod deserta
sum, unde ferenda haec sunt incommoda, *quae ex eo multa*
commoda percepi.

4.

841 **1** VIDE MI PARMENO *VT HAEC CERTA ET CLARA ATTV-*
LERIS uotorum iste metus est, ut, cum nuntiantur ea quae
uehementer cupimus, parum credibilia *esse* uideantur, dum
metuimus. ideo saepius quaerit et *ut confirmatum fieret,*
844 nuntii ordinem repetit, cum dicit **4** MANE DVM SODES . . .
SIC TE DIXISSE OPINOR INVENISSE MYRRINAM BACCHIDEM
ANVLVM SVVM *HABERE.* quibus rebus confirmatis rursus ex-

1 uitiator *α* ‖ 2 quem — cognouissent] quaesitum unde esset *F* ‖ 9 ut] et *β* | hic partus *α* ‖ 12 fecisse *W.*: fuisse *codd.* ‖ 13 quo *W.*: quod *codd.* ‖ 15 AMATOR — quisquam *add. W.* | amatorum *post* 16 nuptiis *G* ‖ 16 factis *F*[1], satis *G* ‖ 19 sunt ⟨mihi⟩*?* ‖ 21 Parmeno ⟨etiam sodes⟩ *Ter.* ‖ 22 iste metus *W.*: ista (scaena *add. G*) metuens *codd.* | ut *W.*: et *codd.* ‖ 23 uidentur *α* ‖ 24 ut *om. G* ‖ 26 ⟨apud⟩ bacchidem *α* ‖ 27 HABERE *om.* *G* | confirmatus *β*

848/51 ultat gaudio **8** QVIS ME EST FORTVNATIOR. — **11** *NAM*
NEQVE IN NVNTIO NEQVE IN ME IPSO BONI TIBI QVID SIT SCIO
nuntiabat haec esse gaudii quidem seruus, inuentum anulum
a Myrrina; nesciebat autem illud, quod Pamphilo illa
859 *sublata suspicio est, qua puerum credebat alienum.* — **19** VT
VOLVPTATI OBITVS SERMO ADVENTVS *TVVS* singula sunt, et
est sensus: ut uoluptati sit sermo tuus et obitus tuus et
aduentus tuus. 'obitus' autem accessus est ab eo quod
863 est obeo. — **23** EAM *QVOD* NOSSEM VIDERAM hoc est: non
864 sic uideram, ut nossem. — **24** *DIC VERVM meretrices formae*
865 *certum habere iudicium ⟨scit⟩: id⟨eo⟩ exigit ueritatem.* —
25 NVM QVID SVBOLET metuit, ne pater audiuerit aut suspi-
866 cetur aliquid de compressu. — **26** VT IN COMOEDIIS *OMNES*
OMNIA VBI RESCISCVNT quasi haec comoedia non sit: constat
enim in comoediis in postrema parte personas plurimas
poni *omnes quae agunt, sic errorem solui et ab omnibus*
870 *cuncta cognosci.* — **30** *IVRE IVRANDO MYRRINA SE FIDEM HA-*
BVISSE ut facilius, inquit, credi possit celare senem, finxit iam
Myrrinam iratam non esse, quod crediderit iureiurando, quod
875 *ego post nuptias non receperim.* — **35** EGO HVNC AB ORCO*
MORTVVM quoniam dixerat huic Pamphilus (*cf. v. 12—13*)
'ego Parmenonem sine munere dimittam, qui me ab orco
mortuum liberauit?', secum quasi haec cogitans loquitur,
878 *quemadmodum eum ab orco liberauerit.* — **38** *AN TEMERE*
QVICQVAM PARMENONEM PRAETEREAT QVOD FACTO VSVS SIET
ego potius, inquit, scio non aliquid posse praeterire, quod

α*[20] id est a Plutone, qui est deus inferni.

4 nescit *F* | autem *om. G* | illud ⟨esse gaudii⟩ *F* | pamphili *G* ‖ 6 OBITVS — uoluptati *om. G* ‖ 7 et *bis om. α* ‖ 8 tuus *om. β* | abscessus *α* | est ab eo *om. β* ‖ 9 obeo ⟨et obire⟩ *G*, ab eo ⟨is ire⟩ *F* | nosse *Gα* | uiderem *α* (*sic et infra*) ‖ 10 meretrices *W.*: -ce (a mer- *F*) *codd.* ‖ 11 scit *add. Schoell* (*cf. Don.*) | ideo *W.* (*nisi* id *retin.*) | exegit *G* | ueritatem *W.*: caritatem *codd.* (*cf. p.* 277, 12) ‖ 18 senex *F* ‖ 19 etiam *F* ‖ 21 MORTVVM] liberaui (*post* dixerat *β*) *add. codd.* | quoniam — liberauit] hic Pamphilus eadem repetit uerba (Pamphili *add. V*) et *α* | huic *W.*: hic *codd.* ‖ 23 loquitur ⟨ut querat⟩ *F* ‖ 24 liberauerit *W.*: -rat *codd.* ‖ 25 ⟨opus⟩ siet usus *G* ‖ 26 potius ⟨ego⟩ *codd.*

necesse est fieri, hoc est quod interdum non temere praetereat quod habet faciendi potestatem ⟨et⟩ necessitatem. —
879 **39** PLVS HODIE BONI FECI IMPRVDENS QVAM SCIENS ANTE HVNC DIEM *in nuntio, cuius causas nescio, plus hodie praestiti ignorans, quam aliquando profui sciens.*

2 et *add. W.* || 3 BONI] beneficii *codd.* (*gloss.*)

EVGRAPHI
COMMENTVM ADELPHORVM

β	*A* =	cod. Ambros. H 75 inf. s. X: prol.
	G =	cod. Sangall. 860 s. XV.

α	*B* =	cod. Vatic. Basilic. 19 H. s. X: prol.
	V =	cod. Leid. Voss. lat. Q. 36 s. X.
	S =	cod. Paris. lat. 16235 s. X: — III 5, 4.
	P =	cod. Paris. lat. 7520 s. XI : I 1, 44 — fin.

β = consensus codicum *AG* } aut omnium aut eorum qui exstant.
α = " " *BVSP* }

Faernus	= editio	P. Victorii cum emendationibus G. Faerni Veneta 1561
Lindenbr.	= "	Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623.
Westerh.	= "	A. G. Westerhovii Hagana 1726.
Zeune	= "	I. C. Zeunii Lipsiensis 1774.
Klotz	= "	R. Klotzii Lipsiensis 1840.

W. = Wessner.
* * * * *lacuna.*

Litteris inclinatis indicavi quae in sola rec. β exstant.

ADELPHOE

PROLOGVS

1 **1** POSTQVAM POETA SENSIT SCRIPTVRAM SVAM AB INI-
QVIS OBSERVARI eadem consuetudo prologi semel signata
apud Terentium perseuerat, uti magis maledictis aduersarii
respondeat quam quae sunt prologorum officia compleat.
'postquam *ergo* poeta sensit ab iniquis obseruari' ab ad-
3 uersariis, hoc est a Luscio Lanuino. — **3** IN PEIOREM PAR-
TEM QVAM ACTVRI SVMVS animaduertit iniquos *suos* aliter
rapere quod dictum a Terentio est, *id est* quam nos acturi
4 sumus *comoediam*. — **4** INDICIO DE SE IPSE ERIT ipse de
se uoluit indicium dare, uti uos iudices esse possitis, an
9 id quod fecit laudandum sit an uituperandum. — **9** IN
PRIMA FABVLA *hoc est:* in prima parte fabulae, ut Virgilius
(*Aen. IX 244*) 'uidimus obscuris primam sub uallibus urbem'.
dixi in alia comoedia et magis in Andria hanc fuisse con-
suetudinem poetis Latinis, uti crimen non esset aliquid
de Graeco transferre in Latinum, uerum illud esse criminis,
⟨si⟩ simul alteram contingeret uel si id diceret, quod iam
a Latino fuisset expressum. ergo quod adulescens quidam
meretricem eripit, de comoedia tractum uidetur, quae iam,
cum Graeca fuisset, a Latino translata est. sed haec pars
comoediae praetermissa est, ubi adulescens lenoni eripit
meretricem. quod si ita est, ut ille, qui transtulit, apud

3 aduersariis α ‖ 4 quam quae] neque α | ⟨quae⟩ compleat α ‖ 8 est *ante* a α ‖ 10 uoluit de se α | an *post* facit α ‖ 11 fecit *Goetz*: facit *codd.* | an] aut β ‖ 14 aliis comoediis *Faernus* ‖ 17 si simul alteram *Schoell* (*coll. p.* 3, 22): simulata α, simutata β | contingere (*ex*- ret *V*) α | diceret *Faernus*: -retur *codd.* ‖ 22 transtulerit α | apud] aliam α

comoediam Graecam hanc partem reliquerit, non uidetur a Terentio ullum crimen admissum, si id transtulit, quod
12 apud Graecos integrum manebat. ideo adiecit **12** EANDEM NOS ACTVRI SVMVS NOVAM, ut non iam sit hoc furtum, quod non a Latino dictum est, sed potius reprehensus hic locus est, qui est *per neglegentiam* praetermissus.* alia subinde proponitur quaestio, quod maledici homines frequentissime dicant Terentium adiuuari a nobilibus *et ingenio multorum comoedias eum scribere*: erat enim opinio, quod a Laelio et Scipione et *a* Seruilio adiuuaretur. sed hoc crimen ad gloriam reuocat et confitetur satis laudabile esse *se*
20 *quidem* talibus uiris placere. — **20** QVORVM OPERA IN BELLO hic Scipio est Africanus, IN OTIO Laelius sapientissimus atque iustissimus, IN NEGOTIO uel Philus uel Seruilius, *ut diximus*, quorum opera unusquisque 'suo in tempore' in necessitatibus suis usus est sine aliqua eorum superbia. *ita maxima gratia his omnibus debetur, ut potentes uiri sunt, quibus placere maximae laudis est.* deinde subiungit, cur officium suum non compleat, ut argumentum narret, quod senes primi ueniant argumenti continentes exposi-
24 tionem, et breuiter postulat audientiam **24** FACITE AEQVANIMITAS hoc est aequus animus *POSTEA AD SCRIBENDVM AVGEAT INDVSTRIAM.*

α*[6] 'reprehensus' autem interdum significat i t e r u m p r e h e n s u s.

I.

1.

26 **1** STORAX NON REDIIT *HAC NOCTE A CENA AESCHINVS* uidetur hic, quanta cura sit de filio cogitare, *deinde altera, an*

3 integrum] intactum α ‖ 4 hoc sit α ‖ 5 quod] quia α ‖ 8 nobilioribus α ‖ 9 eum *Schoell*: eius *codd.* ‖ 11 laudabile satis α ‖ 12 uiris talibus α ‖ 13 africanus est α ‖ 15 suo quisque (*pro* in) tempore *ante* quorum α ‖ 16 usus est *ante* in α ‖ 19 non *B*, *hic om. rell.* | ⟨non⟩ narret *AVS* ‖ 20 ⟨qui⟩ primi uenient *et* continent α ‖ 22 aequos animos ⟨ut habeatis⟩ α

filii metu an amore sint gubernandi. ac primo conquisitio est et interrogatio praecedens, quae duplex duplici sensu intelligi potest. nam nomen serui cum dixisset, possumus intelligere, quod non responderit, et ex hoc compererit, quod non reuersus sit filius, ut pronuntiemus per confirmationem 'non rediit hac nocte Aeschinus *neque seruulorum quisquam, qui aduersum ierant*'. rursus pronuntiatio altera esse potest, tamquam seruus *Storax* uocatus responderit et ipsum interroget '*non rediit hac nocte Aeschinus?*'
28 *eiusque consensu, quod non redierit, ingressus sit.* — **3** *PRO-FECTO HOC VERE DICVNT* *sine dubio uerum est quod commemorant.* — SI ABSIS VSPIAM *AVT IBI SI CESSES* ⟨si⟩ alicubi otiosus uiuas, melius est, ut eadem tibi eueniant quae *dicit* uxor irata *et* de te cogitat, *quam illa quae de te cogitant* parentes propitii, hoc est sancti et religiosi*. —
31 **6** *SI CESSES* ⟨*si*⟩ *alicubi amoris causa otiosus sis uel quiescas, uxor cogitat aut te amari aut te amare,* quae animo coniugali de marito suspicatur. *et haec cogitatio coniugis est, at*
35 *uero patris illa* **10** EGO QVIA NON REDIIT *FILIVS QVAE COGITO*
36 *ET QVIBVS NVNC SOLLICITOR REBVS.* — **11** *NE AVT ILLE* ALSERIT* *ne frigore forte graui affectus sit.* deinde thesis, quod
39/40 dicit **14** QVOD SIT CARIVS QVAM EST IPSE SIBI. — **15** *AT EX ME HIC NATVS NON EST SED EX FRATRE* quod supra prologus nuntiauit, quod argumenti partem senes, qui primi sunt, explicabunt. nam docet, quod hic adulescens in
43 adoptionem sibi a fratre sit datus. — **18** ET QVOD FORTVNATVM ISTI PVTANT VXOREM 'isti' qui duxerunt. —

α*[15] timent, ne absentibus filiis aliquid mali eueniat (*cf. Schlee*). dehinc a generali ad speciale transit.
*[21] id est mortuus sit (*cf. Bruns et Schlee*), quia morientes [frigent.

4 responderit} *sc.* seruus | compererit (*sc.* Micio) *Schopen*: coeperit *codd.* ‖ 5 reuersus *Lindenbr.*: -surus *codd.* ‖ 9 interroget] *sc.* Micio ‖ 12 IBI] ubi *G* | si *add. W.* | ⟨id est⟩ alicubi *α* ‖ 13 ut — quae] tibi euenire quod *α* ‖ 14 uxor irata *post* cogitat *α* ‖ 15 id est *α* | ⟨ut⟩ sancti *G*; et*?* ‖ 16 si *add. W.* ‖ 17 quae ⟨utique⟩ animo — suspicatur ⟨quod alteram amet ac illi sit soli bene⟩ *ante* 15 parentes *α* ‖ 18 haec *ante* 17 cogitat *codd.*, *transp. W.* ‖ 19 redit *α*

50 **25** *ILLE VT ITIDEM CONTRA ME HABEAT FACIO SEDVLO cle-
mentia et indulgentia mea facio, ut et ille diligat pariter.* —
51 **26** *NON NECESSE HABEO OMNIA* PRO MEO IVRE AGERE ius enim
patris est peccata corrigere filiorum. at hic per indulgen-
tiam dixit non necessario sibi hoc incumbere, ut omnia
peccata corrigat, sed aliquid de iure proprio obliuiscatur. —
52 **27** *POSTREMO ALII CLANCVLVM PATRE⟨S⟩ QVAE FACIVNT . . . EA
NE ME CELET CONSVEFECI ⟨FILIVM consuefeci⟩, inquit, filium
non me celare ea, quae alii faciunt patribus nescientibus.*
deinde iam thesis illa supponitur, uti non metu sed melius
58 amore liberi teneantur: **33** PVDORE inquit *ET LIBERALITATE
64 LIBEROS RETINERE SATIVS ESSE CREDO QVAM METV.* — **39** *NI-
MIVM IPSE DVRVS EST PRAETER AEQVVM ET BONVM* hic sermo
magis ex persona Demeae accipiendus est, *ut non Micio
de fratre dixerit quod durus sit,* ⟨*sed*⟩ *potius Demea com-
motus, quod durus semper appellatus sit, magis hunc* Mi-
cionem durum dicat praeter aequum et bonum, quod,
dum clementiam custodit circa filium nimiam, sic eum
in peccata prouocet, quod est quasi quoddam duritiae
genus, non sentire quid criminis sit, quid ad decus
65 perueniat. — **40** ET ERRAT *LONGE MEA QVIDEM SENTENTIA
QVI IMPERIVM GRAVIVS CREDAT AVT STABILIVS VI QVOD FIT
et* multum *quidem, sicut sentio*, errat Demea, quod credit
hoc grauius esse imperium *et magis stabile* quod ui con-
ficitur, quam illud quod per amicitiam copulatur. ut
illud *est* Sallustii (*Iug. 10, 4*) 'non thesauri neque exer-
citus praesidia regni sunt, sed amici, quos neque armis
69 parare neque pretio quisquam possit'. — **44** MALO CO-
ACTVS QVI SVVM OFFICIVM ⟨FACIT⟩ ut ostendat non rec-
tum esse *imperium* id quod ⟨ui⟩ comparatur, quam illud

1 item *Ter*. ‖ 2 ille ⟨me⟩*?* ‖ 8 FILIVM consuefeci *add. W.* ‖ 11 liberi *ante* amore *α*, *om. G* | teneant *G* ‖ 14 Micio] mihi hoc *G* ‖ 15 sed *add. W.* ‖ 16 ⟨qui⟩ mitionem *α* ‖ 17 dicat durum *α* ‖ 18 nimiam *ante* circa *α* ‖ 19 quasi *om. G* | duritiae] durum *G* ‖ 20 ⟨de⟩decus *α* ‖ 21 pertineat*?* | mea *post* sententia *G* ‖ 24 hoc] id *α* | et imperium *G* ‖ 27 sed] uerum *α* (*Sall.*) | armis cogere neque auro parare queas *Sall.* ‖ 28 ⟨comparare⟩ quiquam possunt *α* ‖ 30 ui *add. Lindenbr.*

quod amicitia adiungitur, quandoquidem quod oportet ⟨et⟩ ex persona sua est, id efficit non uoluntate, non sponte, sed ui *coactus. sed mala tam diu ista ⟨non⟩ efficit, quamdiu intelligit sciri posse, si aliter fecerit; ergo interim pauet et prospicit. sin autem sperat clam futurum esse quod facit, reuertitur ad ingenium, uti male faciat.* at uero ille, qui ex animo facit, ex beneficio uictus, non *ex* terrore compulsus uult multam referre gratiam *bene meritis; licet ita praesens sit, licet absens sit, id ex animo facit semper ac complet ea quae recta sunt.* hoc ergo ad patres potius pertinet, uti filii quod faciunt recte sua sponte faciant, non alieno metu *atque terrore*, quippe cum intersit inter dominum atque patrem: nam pater lenitate, dominus honoratur metu.

2.

81 **1** HEM OPPORTVNE iracundi hominis continuo pro-
nuntiata sententia est, qui salutatus resalutare noluit, *cum
et supra dixisset (I 1, 55—56) 'saluum te aduenire, Demea,
gaudemus'. et hic, quod frequenter dixi, domo discedente
quasi quaedam uidebatur esse profectio, ideo 'saluum te*
82 *aduenire gaudemus' dicit.* — **2** ROGAS ME *NO⟨BI⟩S VBI
AESCHINVS SIET QVID TRISTIS EGO SIM* interrogas me, quid
ego tristis sim, cum Aeschinum filium *non* habemus? deinde
84 sumpsit generalem accusationem **4** QVEM NEQVE PVDET
QVICQVAM NEC *METVIT QVEMQVAM* NEC *LEGEM* P*VTAT* TENERE
S*E* VLLAM. quoniam accusatores *constat* semper de praete-
ritis fidem facere, sicut *et* crimen apponere, apponit hoc
86 **6** NAM ILLA Q. A. H. F. S. O. M. Q. DESIGNAVIT. designare
proprie dicitur aliquid signatum legibus rumpere. deinde

1 quod *1. om. G* | adiungit (iungit *G*) *codd.* | qm̃ (= quoniam) quidem *codd.* (*recte?*) | et *add. W.* || 3 non *add. W.* || 4 scire *G*, *corr. W.* || 9 ex] ei *G* || 10 hoc ergo] *hic incipit cod. P* || 13 lenitate] uoluntate *Goetz* | honoratur metu] metu ualet *α* || 16 qui] q› *G* || 20 ME] ne *G* || 24 se tenere *G* || 25 VLLAM — 27 M. Q. *om. VS* || 26 sic *P* | apponere ⟨consuerunt⟩ *P* || 27 NAM — DESIGNAVIT *om. G* | dissign- *α*

positio ipsa est criminis, sed per augmentum. nam cum
lenonis domum uel cellam potius adulescens esset ingressus,
88 ut meretricem abduceret, hic exaggerans dicit **8** FORES
89 EFFREGIT *ATQVE* IN AE*DES* I*RRVIT* ALIENAS; **9** IPSVM DOMI-
90 NVM appellauit lenonem, deinde meretricem **10** MVLIEREM
dixit. et hoc quasi criminis genus probauit a testibus, quod
91 **11** OMNES CLAMANT INDIGNISSIME FACTVM *quod sibi multa
dixerint et quod opinione apud populum turpi sit collocatus.*
deinde adiecit comparationem, quod facilius uita possit
deprehendi ex hoc, quia eius frater ruri det operam nesciens, quod eadem meretrix ipsi adulescenti rapta sit. sed
omnis conclusio accusationis in Micionem, qui eius pater
est, retorquetur, quod ipse filium corruperit lenitate. —
98 **18** HOMINE IMPERITO N*VMQVAM* Q*VICQVAM* IN*IVSTIVS* defensionem parans ab ea parte coepit, quae obiurgationem
tenet, quia imperitus *homo* satis semper iniustus est: nihil
enim *credit rectum*, n*isi* q*uod* i*pse* f*ecit.* parat autem defensionem adulescentiae sciens meretricem raptam. *quod*
101 *uero dixit* **21** NON EST FLAGITIVM *MIHI CREDE ADVLESCENTVLVM SCORTARI NEQVE POTARE NEQVE FORES EFFRINGERE*
104 ⟨****⟩. — **24** *TV* ⟨*NVNC*⟩ *TIBI AD LAVDEM DVCIS QVOD TVNC
FECISTI INOPIA tu credis hodie esse gloriosum, quod tunc
propter inopiam fecisti*: non *enim* est laus ibi esse integrum
tibi, ubi nullus est amicus, qui *aut conetur uel* possit cor-
110 rumpere. — **30** ALIENIORE AETATE *POST FACIET TAMEN aetate,
quae esset aliena*, hoc est post adulescentiam. *deinde dum
molestiam senis uideret accusantis*, *quo eius iracundiam
sedare posset, dicit omnem sumptum filio a se subministrari
et sibi iam in adoptionem filium traditum, unde suam curam circa illum esse debere. at ille negat optime consulere,
quod* natura pater *non sit ei: illum enim consilio dicit esse*

2 esset] fuisset α ‖ 5 lenonem appellauit α ‖ 8 dixerint *W.*: -runt *G* ‖ 13 retorquetur ⟨et transfertur (-feretur *VS*)⟩ α ‖ 15 coepit (inc- *VS*) parte α ‖ 17 fecerit *G* (*recte?*) ‖ 21 *lac. sign. W.* ‖ 32 est laus α ‖ 24 nullus — corrumpere] non est possibilitas corrumpendi α ‖ 31 ⟨Tu⟩ natura pater α | illum enim *W.*: ille *G*

patrem. ut Sallustius *dicit* (*Catil.* 6, 6) ‘curae similitudine patres appellabantur’. postremo concludit, quod iam *ueluti* repetat filium, quem dedisset, *ut iam de ipso cogitat.* hac re territus discedit senex, cum iracundia tamen conqueritur, quod *omnino* alienus non sit *a* filio ac propterea co-
141 gatur de eo cogitare. — **61** NEC NIHIL* *NEQVE OMNIA HAEC SVNT QVAE DICIT non omnino, quod dicit, nihil est etiam, non tamen omnia, quae dicit, uera sunt. namque* ⟨*non*⟩ *nihil haec molesta sunt,* sed causam cumulare aegritudinis nolui, *si etiam me irasci dicerem. tali ergo natura homo est, qui etsi placetur, tamen irasci non desinat.* si *ergo* adiuuetur eius iracundia, pro certo fiet insania. nunc redit ad aestimationem an uere Aeschinus peccauerit, *quod meretrices uniuersas dilexerit, quod omnibus dederit, quod iam paene taedio meretricum promiserit se uxorem esse ducturum, unde iam adulescentiae temperatam uim credebat. nunc autem quasi ad meretricum amores uidetur esse reuocatus, quia nescit pater, quod non sibi meretricem rapuerit sed fratri.*

α * [5] per litoten aliquid (*cf. Bruns et Schlee*).

II.

1.

155 **1** OBSECRO POPVLARES *FERTE MISERO ATQVE INNOCENTI AVXILIVM* haec scaena uim concertationis tenet sine ulla specie controuersiae: tantum in dictis quaedam qualitas continetur. [hoc nomen significat de populo, socios, eiusdem
156 condicionis.] — **2** *OTIOSE NVNCIAM* HIC CONSISTE hoc intelligendum ad mulierem dici, quae sublata est, *ut secure*
157 *et otiose consistat.* denique adiecit **3** QVID RESPECTAS NIHIL

2 conclusit *G* ‖ 8 non *add. W.* ‖ 9 sed — insania] sed simulate ago, quia, si fratris iracundiam iuuarem, protinus insaniret α ‖ 10 ⟨iam⟩ me *G* | homo *W.*: ẽõ *G* ‖ 11 qui *Schoell*: quia *G* ‖ 12 nunc redit *W.* (*duce Lindenbr.*): nam credit (redit α) *codd.* ‖ 20 uim *om. G* ‖ 21 controuersiã *G* ‖ 22 hoc — condicionis *secl. W.* (*interpol. ex Phorm. I 1, 1*) | significat *om. G* ‖ 24 dici ad mulierem α ‖ 25 respicias *GPV*

PERICLI EST *NVMQVAM DVM EGO ADERO HIC TE TANGET.* —
158/59 **4** *EGO ISTAM INVITIS OMNIBVS eripiam uel tangam.* — **5** ITERVM
VT VAPVLET supra enim, cum meretrix raperetur, leno
160 uapulauit. — **6** NE TE IGNARVM FVISSE DICAS* *MEORVM*
MORVM ne facile te defendas, quod ignarus fueris meae
consuetudinis. breuiter mores suos ostendit et consuetudinem
liberalem, multa mala dicendo cum nomine, quod sibi esset
161 *inditum ex officio suo*: **7** LENO inquit EGO SVM. *sed* cum
audisset Aeschinus, illud potius intellexit, quod leno facilis
esset, qui plagis ac uerberibus subiceretur; ⟨nam⟩ magis
ad contemptum hoc nomen audiuit. ideo adiecit leno *AT*
162 *ITA VT VSQVAM FVIT FIDE QVISQVAM OPTIMA.* — **8** TV QVOD
TE *POSTERIVS PVRGES HANC MIHI INIVRIAM NOLLE FACTAM* tu
posterius fortasse sic te purgare incipies, quod nolles mihi
163 fecisse iniuriam. — **9** EGO HVIVS NON FACIAM intelligen-
dum *est*, quod quasi de ueste floccum carpserit *modicum-*
que abstulerit et sic intendens dixerit 'huius non faciam',
hoc est: nec huius paruuli te faciam, ac propterea: con-
temnam et despiciam, *ac meum ius potius persequar.* —
164 **10** *NEQVE TV VERBIS SOLVES VMQVAM QVOD MIHI RE MALE*
FECERIS ⟨quod⟩ tu mihi re ipsa ac ueritate noces, num-
165 *quam hoc uerbis solues.* — **11** IVS IVRANDVM DABITVR *IN-*
DIGNVM TE ESSE INIVRIA HAC quemadmodum sponsio fieri
solet ante iudicium, ita hic dixit: ius iurandum dabitur,
quod indignus fueris, qui hanc iniuriam mihi faceres, *licet*
167 *ego dignus sum, quod acceperim.* — **13** *ABI* PRAESTRENVE
174 ualde competenter. — **20** VERVM IN ISTAM PARTEM *POTIVS*
PECCATO TAMEN ut lenonem caederet seruus, non innuerat
adulescens: 'sed hanc' inquit 'in partem potius peccato;

α * [4] prodest enim absolutioni reorum inprudentia aut casus aut necessitas.

4 FVISSE *om. G* ‖ 7 nomen *G*, *corr. W.* ‖ 10 nam *add. W.* ‖ 11 leno ⟨sed talis qualis f · a · f · o · (e · *VS*)⟩*α* ‖ 14 mihi nolles *α* ‖ 15 facere *G* | ego ⟨te⟩ *α*; *non est Ter.* | intelligendum — faciam *om. VS* ‖ 17 dixit *G* ‖ 20 ⟨in⟩ re *G* ‖ 21 quod *add. W.* ‖ 23 ante iudicium fieri solet *α* ‖ 26 sim*?* ‖ 27 competenter] obsequenter *α* ‖ 29 hac (*ex* hanc *V*) . . . parte *α*

licet enim contra imperium meum feceris, tamen id fecisti
176 quod uellem'. — **22** ORNATVS ESSES *TVIS EX VIRTVTIBVS*
hoc est: obessent tibi mores tui. uirtutes hic* uitia collo-
178/80 cauit. — **24** INFORTVNIVM malam fortunam. — **26** *ANTE*
AEDES NON FECISSE ERIT MELIVS HVIC CONVICIVM ante aedes
*⟨****⟩ aliud ille leno⟨ni⟩ proposuit. at hic, quia nullam respon-*
sionem inuenire potuit satis idoneam, aequam omnibus apud
Athenas *ait esse libertatem*, ubi communis omnium erat
libertas: populi enim iussu respublica gerebatur, *⟨non⟩*
184 *patriciorum.* — **30** *SI SATIS DEBACCHATVS ES LENO AVDI NVNC-*
187 *IAM id est: furore agitatus es, uti Bacchae.* — **33** LENO
INIQVA *ME NON VVLT LOQVI* liquide ostendit, quam iniquus
188 ipse sit, cum dixerit **34** LENO SVM FATEOR sensus est:
sum quidem quod obicis, *sed* quamquam pernicies *sim*
communis adulescentium, quamquam periurus, nulla tamen
191 tibi a me facta est iniuria. — **37** *QVAE RES TIBI MALE*
VERTAT quod illud est (Verg. ecl. IX 6) 'nos illi — quod non
194 *bene uertat — mittimus haedos'.* — **40** NAM EGO LIBERALI
CAVSA *ILLAM ASSERO MANV* an liberali manu *an etiam liberali*
196 *causa*, ut eius ostendat libertatem? — **42** DVM EGO REDEO
LENO conclusit id quod conuicio dolorem pareret. cum
201 mora igitur pronuntiandum *est* 'leno'. — **47** *QVANDO BENE*
PROMERVIT *FIAT SVVM IVS POSTVLAT propterea quoniam mihi*
⟨bene⟩ fecit [*QVANDO BENE PROMERVIT* hoc est multa prae-
stitit mihi], *ideo postulat, ut quod sibi sit utile faciam.* —
202/4 **48** ARIOLOR *quasi* diuino uel uatem patior. — **50** MOX
CRAS REDI singula pronuntianda sunt: quod solent dicere

*α** [3] per ironiam (*cf. Bruns et Schlee*)

1 id fecissem *G* ‖ 3 ⟨pro⟩ uitiis *α* ‖ 5 melius ⟨non fecisse⟩ *G* ‖ 6 *lac. sign. Schoell sic fere expl.* conuiciari lege uetitum erat, unde dedecus; *idem* lenoni ‖ 8 fuerat *α* ‖ 9 agebatur *α* ¦ non patriciorum *Schoell*: petrici aĩorum *G* ‖ 11 id est *suspectum in rec. β* ‖ 12 liquide] satis *α* ‖ 14 obicis] dicis *α* | quamquam *bis*] etiam quod *α* ‖ 15 adolescentum *G* ‖ 18 ego ⟨an⟩ *α* ‖ 20 ⟨dicat⟩ ut *α* | ostendã *G* | liberalitatem *P* | redeam *G* ‖ 21 paret *GP* ‖ 23 propterea quoniam *W.*: positaquam *G* ‖ 24 bene *add. W.* | QVANDO — mihi *secl. W.* (*cf. Don.*) | mihi praestitit *α* ‖ 25 ut *W.*: id *G* ‖ 26 ariolor ⟨est⟩ *α* | uel] aut *G* | uatem patior] uaticinor *Lindenbr.*

207 debitores, ut non reddant quod debent. — **53** *ET* MVSI-
TANDA *INIVRIA* EST *ADVLESCENTIVM* tacenda *etiam* et animo
continenda, *ut illud est* ⟨****⟩.

2.

209 **1** *TACE EGOMET CONVENIAM IPSVM CVPIDE ACCIPIAT FAXO*
Aeschinus posteaquam uerberato lenone mulierem abduxit,
uehementer timuit, ne *leno ingemiscens plagis multa diceret*
et aliquo pacto hoc pater audiret. mandat igitur seruo, ut
lenonis iracundiam frangat. *seruus autem non solum istud*
promittit, uerum etiam quod libenter pretium sit accepturus
pollicetur et ita tantum abesse ut irascatur, uti gaudeat
216 *sibi pretium restitutum.* — **8** PECVNIAM IN LOCO *NEGLEGERE*
INTERDVM MAXIMVM EST LVCRVM '*in loco*' ubi oportet, ubi
ille, qui accepit, memor *esse pot*est. ideo inquit 'interdum'.
217 — **9** SI NVNC DE TVO IVRE *PAVLVLVM CONCESSISSES* hoc
est: non plurimum leno esses, ut intelligamus: si auari-
219 tiam temperares. — **11** *NE NON ISTVC TIBI FAENERARET*
lucro etiam emolumentum esset. — EGO SPEM *PRETIO NON*
220 *EMO* malo pretium, quam *contempto pretio spem.* — **12** NVM-
QVAM REM FACIES hoc est: numquam diuitias neque pecu-
niam quaeres. — NESCIS INESCARE *HOMINES* nescis iactare
223 praedam et maiora lucra captare.* — **15** QVASI *VERO*
VSQVAM TIBI SINT VIGINTI MINAE quasi aliquod emolu-
mentum apud te habeant uiginti minae, dummodo do-
224 mino obsequaris. — **16** *PRAETEREA* AIVNT TE PROFICISCI
IN CYPRVM hoc inicit seruus, tamquam audierit, quia
leno profecturus est Cyprum, uti meretrices inde uehat,

α*[21] et est 'inescare' decipere.

3 *fort. Verg. Aen. XII 657* mussat rex ipse Latinus *suppl.*, *cf. Don.* ‖ 5 postquam *G* | abduxit mulierem α ‖ 8 iram *G* ‖ 12 ⟨id est⟩ ubi α ‖ 14 NVNC *om. G* ‖ 15 si *om.* α ‖ 17 ⟨in⟩ spem α ‖ 18 contempto — spem] emam pretio spem, quasi, si id omisero, postea plura accepturus α ‖ 19 facias *G* ‖ 20 nescis — et] id est iactata esca ut in hamo α ‖ 22 quasi — minae *om. G* ‖ 24 obsequare *G* ‖ 25 tamquam] uel ante quam α | quia *om. VS* ‖ aduehat α

226 quod Cyprus Veneri sit consecrata. — **18** TAMEN HOC AGES
228 *cum redieris, hanc pecuniam exiges.* — **20** INIECI *HOMINI*
229 SCRVPVLVM* *inmisi* curam et sollicitudinem. — **21** *VT* IN IPSO ARTICVLO *OPPRESSIT* a r t i c u l i sunt in digitis, quorum nodo atque flexu ad actus facilis explicatio est. at si in ipso articulo quis aliquem teneat rigore confecto, cum flexura nulla fiet, nihil agi exinde potest. ita hic temporis articulum collocauit, quoniam oppressus actus suos dicit
231 implicatos. — **23** NISI EO AD MERCATVM *VENIO* hic 'eo' non uerbum est, sed 'eo ad mercatum' hoc est: illuc *ad*
233 *mercatum.* — **25** NVNC DEMVM VENIS uerba sunt *haec*, quae dici possunt, si ad mercatum leno ierit et post rediens exigere pecuniam coeperit, *ut ei opponatur, quod nunc ueniat,* cur *ipse* passus sit, *quia nescio ubi fuerit, ut melius sit perdere quam nunc expectare tam diu aut*
238 *postea hoc persequi post reuersionem.* — **30** *PER OPPRES-*
239 *SIONEM per inprudentiam.* — **31** VNVM HOC HABEO unum possum *tibi* praestare, *quod uide quemadmodum placeat,*
242 *antequam in periculum de toto uenias.* — **34** *MINAS DECEM pollicerer tibi* minas decem de toto posse conradi, hoc est cum labore expediri: ut libenter possit accipere *totum,*
243 dimidium pollicetur. — **35** ETIAM DE SORTE *NVNC VENIO IN DVBIVM MISER* leno enim supra (*II 1, 46*) dixerat 'tantidem *emptam* postulat *sibi tradier*': haec quasi sors est. *ita lucrum in uenditione habere cupiebat.* nunc cum decem minae offeruntur, *quasi de sorte* in dubium uenit, an pos-
246 sit tantum accipere, quantum dedit. — **38** INSVPER *ETIAM* DEFRAVDAT postquam uerberauit, etiam fraudem facit. —

α * [s] id est dubietatem

1 consecrata] dicata (dedic- *P*) α ‖ 2 INIECI] inmisi α ‖ 3 curam⟨que⟩ α ‖ 10 faciles *G* | ac *G* ‖ 6 confectum *G* ‖ 7 fiat *G* ‖ 8 ducit α (*recte?*) ‖ 10 ad mercatum] aduerbium α ‖ 13 apponatur *G*, *corr. W.* ‖ 14 ⟨omisso hoc negotio⟩ cur passus sit ⟨aliubi ire⟩ α ‖ 15 aut *W.*: an *G* ‖ 16 postea ⟨aut tum persequi⟩ *G* ‖ 17 hoc ⟨nunc⟩ *G* ‖ 19 toto *W.* (*cf. infra et II 4, 14*): dote *G* (*sic et l. 20 codd.*) ‖ 22 ⟨cum⟩ dimidio *G* ‖ 23 enim *om. G* ‖ 25 inuencione *G*, *corr. W.* | nunc] nam α ‖ 28 defrudat α postquam — 306, 2 facta *om. G*

248 **40** VT⟨VT⟩ HAEC SVNT FACTA quomodocumque haec sunt facta, *propter* quod *plagis* uerberatus sum, *antequam ad litem ueniam,* peto *meum* mihi reddatur, quanti empta est
250 *meretrix.* — **42** *SCIO TE NON VSVM ANTEHAC AMICITIA MEA scio a me nihil honoris tibi ante exhibitum: si haec feceris*
251 *uel praestiteris, dices et gratum me et memorem.* — **43** SEDVLO FACIAM sine dolo *faciam.*

3.

254 **1** ABS QVIVIS HOMINE *BENEFICIVM ACCIPERE GAVDEAS* Ctesipho gaudet uehementer, quod ei sit rapta meretrix. *haec* oratio exultantis est. '*abs qui*' *autem* abs quo. *maximum autem gaudium est abs quocumque homine accipere beneficium: uerum enimuero id iuuat, si is bene facit, quem bene facere aequum est, uti frater* †*rapiens quilibet auxi-*
256 *lium ferat.* — **3** O FRATER FRATER* *non dubito, inquit. quoniam, quidquid magnifici dixero, tua uirtute superatur.*
259 *ita* sensus *totus sic plenus* est **6** *FRATREM HOMINI NEMINEM*
258 *ESSE PRIMARVM ARTIVM MAGIS PRINCIPEM.* — **5** *HANC ME REM PRAECIPVAM HABERE PRAETER ALIOS ARBITROR* nemini homini magis esse fratrem principem artium maximarum.* haec autem omnia tamquam praesente dixit fratre, cum absens esset. denique postea a Syro quaerit ubi sit.

α*[14] anadiplosis est.
259 *[19] quod uero ait **6** NEMINI HOMINI, pleonasmos est: significat enim 'nemo' non (ñ *P*, *om.* *VS*) homo.

4.

265 **1** VBI EST ILLE SACRILEGVS rediens domum Aeschinus simulato furore procedit, ut leno metu libenter accipiat

1 facta ⟨id est⟩ α | quomodocumque *P*, postquam *VS* ‖ 2 quod] quia α ‖ 3 est empta α ‖ 5 si *W.*: sed *G* ‖ 7 ⟨id est (*om.* *VS*)⟩ sine dolo ⟨mendaciis uolens lenonem decipere⟩ α | rapta sit α ‖ 10 et est oratio exultantis α | ⟨pro (id est pro *VS*)⟩ absquo⟨uis⟩ *ante* Ctesipho α ‖ 13 fr., qui licet rapiens ? ‖ 16 ⟨et⟩ est sensus α ‖ 19 maximarum ⟨quam mihi⟩ α ‖ 21 esset] sit α | 22 ⟨En⟩ rediens *G* ‖ 23 leno *Schopen*: ille *G* (*prob. Zeune*), illo α

quicquid offertur. — NVM QVIDNAM EFFERT morem expres-
sit auari lenonis, uti, licet audierit minas, oculos tamen
intenderit in manum debitoris, *num aliquid ferret, quod*
269 *non aspiceret.* — **5** VEREOR *CORAM IN OS TE LAVDARE* uehe-
menter confundor praesente te aliquid *de te* dicere, ne magis
adsentandi* gratia uidear facere, *quamquam tibi gratus*
271 *sum.* — **7** AGE INEPTE *QVASI NON NORIMVS NOS* Ctesipho,
inquit, stultum est, quod laudare desideras, quasi nostros
273 animos nesciamus. — **9** *VT SI OMNES CVPERENT TIBI* NIHIL
POSSENT *AVXILIARIER* quoniam alii puellam leno uenderet
275 et tibi nullum posset esse auxilium. — **11** PAENE EX PA-
TRIA si enim illa discederet propter paruum pretium, paene
278 et tu amore in exilium pergeres *illam sequens.* — **14** NAM-
QVE HIC PROPERAT CYPRVM insultandi modo dictum, quo
lenoni omne reddat. ecce iam beneficium incipit esse, *quod*
281 *totum accepit, siquidem erogat, ut totum accipiat.* — **17** HO-
MINEM IMPVRISSIMVM malum, ut saepe (*cf. Eun. II 2, 3*) docui.

α * [6] id est adulandi

III.

1.

288 **1** OBSECRO MEA NVTRIX *QVID NVNC FIET* haec scaena
aestus habet et querelas, quod mulier parturiat, quam com-
pressit Aeschinus, et ob hoc non uenerit, quod rapuerit *a*
lenone meretricem fratri. *quaeritur ergo quid fiat, ab ea.* —
289 **2** MODO DOLORES MEA TV OCCIPIVNT PRIMVLVM* *tu mea,*
290 *mihi primum incipiunt dolores.* — **3** *IAM NVNC* TIMES *QVASI*
NVMQVAM ADFVERIS ⟨*NVMQVAM*⟩ *TVTE PEPERERIS* facile illam
solatur, quia uirum experta sit et pepererit et parturienti

*[22] MEA TV haec pronomina beniuolentiam audientis mercantur. PRIMVLVM uero aduerbialiter ait.

1 offert *G* ‖ 3 debitoris *om. G* (*recte?*) | num *W.*: ne *G* | ferret *W.*: ferrorū *G* ‖ 4 ⟨id est⟩ uehementer α ‖ 6 facere uidear α ‖ 11 auxilium esse (ferre *VS*) α ‖ 14 quod leno *G* ‖ 19 oppressit *G*, compr- (*post* Aesch-) α ‖ 20 ob hoc] hodie α ‖ 24 peperis *G* ‖ 25 quia] quae α | ⟨ut⟩ et α | peperit *codd.*

295 affuerit. — 8 E RE NATAE* *MELIVS FIERI NON POTVIT QVAM FACTVM EST erae* uitium oblatum est, *inquit, ab adulescente uirgini: ex hac* ⟨*re*⟩ *nata alia, quae nobis intulit laborem.* melius tamen illud *natum,* quia uitiator est is qui optimo est ingenio, qui nobili genere et animo natus est, ut in hoc erubesceret facto, ut eam uxorem duceret quam ipse
298 uitiasset. *ita* adiunxit 11 ITA POL EST VT DICIS *SALVOS NOBIS DEOS QVAESO VT SIET.*

α * [1] id est dominae

2.

299 1 NVNC ILLVD EST *CVM SI OMNES OMNIA SVA CONSILIA CONFERANT ATQVE HVIC MALO SALVTEM QVAERANT AVXILII NIHIL AFFERANT* haec scaena conquestionem tenet, quia *Geta* seruus uiderit Aeschinum rapere *a lenone* meretricem eumque suae dominae uitiatorem, qui promiserat se eam ducturum uxorem: ignorat enim seruus, quia non sibi, sed fratri Aeschinus rapuerit, ⟨et⟩ arbitratur dominam relictam. ingemiscit igitur et conqueritur apud adulescentem fidem esse mutatam. sed praesentes mulieres sunt, quae cum audierint seruum, et ipsae dolore pereunt, et post efficitur deliberatio, an proferendum sit quod uitiata puella sit *et aliquibus indicandum,* uti coactus legibus adulescens eam ducat uxorem *Aeschinus*: etsi hic partes ambae essent indicandae, ut suis locis tractabimus. nunc de conquestione ducemus exordium: 'tale est malum, ut, si omnes *consilia conferant et huic malo quaerant salutem, subuenire non*

3 uirgine ex hac natalis quae *G*, *corr. Schoell* ‖ 4 is *ante* uitiator α ‖ 5 ingenio est α | hoc *om. VS* ‖ 6 facto *W.*: -ū *codd.* ‖ 7 ⟨dum hoc⟩ adiunxit *post* ut dicis ⟨receperat enim aliquo modo animum⟩ α | ITA — EST] uerum est pol *G* ‖ 11 conquestū omnem *codd.*, *corr. W.* ‖ 12 uidit α | eumque] qui α ‖ 13 uitiator est ⟨et⟩ α | uxorem ducturum α ‖ 15 rapuit α | et *add. W.* | arbitratus *et* derelictam α ‖ 16 igitur *ante* dominam α ‖ 17 mutatam esse fidem α | sed] et α | quae cum audissent seruum et ipsae dolent *G* α; *add. G ut var. lect.* quae cum adiurent (*pro* audierint) et ipsae dolore eo pereunt ‖ 19 sit *2.*] esset α ‖ 21 essent indicasse ad indicandum *G*, indicandae essent α ‖ 22 ut *om. G* | ⟨in⟩ locis *G*

304 *possent.'* post subiunxit **6** HOCCINE SAECVLVM *O GENERA*
SACRILEGA HOMINEM IMPIVM primum saeculis detraxit, deinde
homini: quemadmodum laudauit Virgilius (*Aen. I 605—6*)
'quae te tam laeta tulerunt saecula? qui tanti talem ge-
306 nuere parentes?' — **8** QVEM NEQVE FIDES *NEQVE IVSIVRAN-*
DVM hae conquestiones partes sunt, quia a nullo reuocatus
sit Aeschinus nec quia iurauit nec quia promisit nec quia
misericordia flecti debuit nec quia iam partus uidebatur
310 esse uicinus. — **12** VIX SVM COMPOS ANIMI* '*compos' est*
manente mente. denique adiunxit ITA ARDEO IRACVNDIA. —
313 **15** *SATIS MIHI HABEAM SVPPLICII* DVM ILLOS VLCISCAR *MODO*
sufficienter mihi erit plena uindicta, si modo illos puniam
ac persequar. exprimit post iracundiam suam, †*dum per*
se non ad singulos dat uniuersis quas adipisci posset exi-
320 *geret.* — **22** ERAM HOC MALO INPERTIRE *dominam hoc malo*
322 participem facere. — **24** OPPIDO OPPORTVNE ualde. —
324 **26** ANIMVM RECIPE spiritum resume: *interrogationibus a*
respondente sensus profertur ille, qui plenus est. est autem
integer talis, qui gemitum erumpet 'ei mihi! *prorsus peri-*
mus! actum est! iam Aeschinus alienus est ab nostra fa-
milia! amare coepit aliam!' breuiter summam proposuit.
ac primum quaeritur de fide, an constet admissum. ille
respondet se uidisse. rursus et ipsa conqueritur *illa sibi,*
quod primum Aeschinum constat alienam habere, car⟨p⟩itur-
que Aeschinus, quem minime sperauerit deseruisse uitiatam,
in quo spes sitae erant atque opes, qui iurabat se numquam
sine hac unam diem uicturum, qui puerum in gremium
patris esse positurum et rogaturum, ut eam uxorem du-

α *[9] id est: uix sum apud me. c o m p o s siquidem est suae uoluntatis effector, unde et i m p o s.

1 possunt *G* | post subiungit *VS*, *om. G* ‖ 3 laudauit Virgilius] laudatiue α ‖ 8 iam *om. G* ‖ 12 sufficit *G*, *corr. W.* ‖ 13 post *om. G* | *fort.* cum dicit poenas se non solum a singulis, sed ab uniuersis quos adipisci posset exigere ‖ 16 ⟨idest⟩ participem α | ualde ⟨opportune⟩ *Goetz* ‖ 17 ⟨id est⟩ spiritum α ‖ 19 qui — erumpet] gemitu irrumpente α ‖ 23 respondit *G* ‖ 24 caritur quod *G*, *corr. Schoell* ‖ 28 et *ante* 27 qui *G*, *transp. W.*

335 *ceret.* — **37** ERA LACRIMAS MITTE hinc iam deliberationis
propositio est, cum dicit '*porro* prospice *ad hanc rem quod*
opus est, an patiamur istud an narremus *cuipiam*'. una
337 pars subiungitur, non esse narrandum **39** MIHI QVIDEM NON
PLACET. huius rei argumenta illa sunt, quod primum Aeschi-
num alienum animum constat habere circa istam: si palam
339 prolatum fuerit, negabit continuo fortasse, hoc est **41** IN-
FITIAS IBIT: tunc continuo puella haec periclitabitur fama
et uita omnium ueniet in dubium. sin autem confessus
fuerit adulescens se uitiasse ac propterea cogetur ducere
uxorem, utile non est dare illi puellam, cum aliam diligat.
unde sine dubio quacumque ratione necessarium fuerit con-
342 ticescere. deinde subiungitur altera pars: **44** MINIME GEN-
TIVM inquit NON FACIAM, potius PROFERAM. cuius rei ar-
gumenta haec sunt, quod peiore loco res esse iam non
potest: est enim indotata. secunda ei praeterea dos quae
esse potuisset, est ablata uirginitas. sed si negabit Aeschi-
347 nus uitiatam, facile, inquit, reuincetur: **49** TESTIS enim,
inquit, MECVM EST ANVLVS QVEM AMISERAT. et certe, quo-
niam ego conscia mihi sum a me hanc esse culpam amotam
— non enim corrupi eam neque pretio pudicitiam puellae
uendidi —, facile uindicabo et me et illam indignam illa.
hoc argumento persuasit rem esse proferendam. ita con-
350 sentiens seruus dixit **52** QVID ISTIC ACCEDO VT MELIVS
352 DICAS. — **54** NOSTRO SIMVLO FVIT SVMMVS si parum istuc
est, etiam nos maxime coluit.

3.

355 **1** DISPERII CTESIPHONEM AVDIVI haec scaena inlusio-
nem habet, qua utitur seruus, uti dominum possit fallere.
Demea tamen opinionem comperit, quod filius suus inter-

5 placent *α* ‖ 6 constat alienum habere circa istam (*vel* -um) animum *α* | palam ⟨ergo⟩ *α* ‖ 8 ⟨in⟩ infitias *P²VS* ‖ 9 et uita *W.*: uita (uicta *VS*, uiciata *G*) est *codd.* | omni *G* | cogitur *α* ‖ 12 fuit *α* ‖ 18 reuincetur *W.*: -citur *GP*, dinoscitur *VS* ‖ 21 corrupi eam *W. cum Schoellio*: corruptam *codd.* | pretio] precipuam *α* ‖ 22 illa *Lindenbr.*: -am *codd.* ‖ 25 si *W.*: sed *codd.* ‖ 29 tamen] iam *Schopen*

fuerit raptioni. grauiter ferens ad domum properat: ingemiscit
enim, si fuerit etiam ipse corruptus '*uah disperii, si ille qui
alicuius rei est etiam ipse corruptus est*'. 'disperii' ualde perii.
357 — **3** SI ILLVM POTEST QVI ALICVIVS REI EST ETIAM ILLVM AD
NEQVITIAM ADDVCERE si potest frater etiam illum corrum-
362 pere, qui alicuius est spei. — **8** DE GREGE ILLO EST de
364 illis, qui corrumpunt et qui corrupti sunt. — **10** OMNEM
REM MODO SENI seruus dicit uniuersa seni esse narrata,
hoc est cui rapta sit meretrix, et senem laudasse consi-
lium. laudauit et filium, quod pro fratre laborauit. —
369 **15** ARGENTVM ADNVMERAVIT ILICO quod lenoni daretur. —
370 **16** IN SVMPTVM in id quod necessarium esset sumptibus. —
375 **21** *EST INEPTA* ATQVE ABSVRDA mala et indecora. —
376 **22** PISCES CETEROS PVRGA DROMO ut senem Demeam possit
in iracundiam suscitare, fingit imperare se seruo, uti pisces
ceteri purgentur. et hic abundantiam declarauit 'ceteros',
377 quasi aliquos iam ipse purgauerit. — **23** CONGRVM ISTVM
IN AQVA SINITO LVDERE moueri: non enim piscibus aptus
est ludus. ita et Virgilius (*Aen. VIII 632*) 'ludere pen-
dentes pueros': et illic enim infantibus nullus est ludus. —
380 **26** SALSAMENTA HAEC STEPHANIO *FAC* MACERENTVR PVLCHRE
'macerentur' proprie positum: quicquid enim salsum est,
aqua infunditur, ut madefactum salis amaritudinem per-
390 dat. — **36** INEPTA LENITAS PATRIS ET FACILITAS PRAVA
quae non apta est ⟨lenitas⟩ et mala facilitas, qua in luxuriam
diuitiae suggeruntur, ista conficiunt quae reprehendis. —
396 **42** AVT NON SEX TOTIS MENSIBVS certum numerum posuit
pro incerto, et tamen istius numeri conduplicatio fre-
quenter est collocata. sic et alibi (*Eun. II 2, 46*) 'sex ego
401 te totos, Parmeno, hos menses quietum reddam'. — **47** ABI-
GAM HVNC RVS 'hunc' conuersus paululum pronuntiat, uti

2 uadij sperij *G* | ille *W.*: illum potest *G* ‖ 4 QVI — potest *om. P*[1]*VS* ‖ 8 dicit *om. VS* ‖ 14 PISCES — DROMO] **** *VS* | demea *GVS* ‖ 16 habundancia *G* ‖ 20 puero sed *codd.* | enim *om. G* ‖ 22 enim *om. G* ‖ 23 in aqua (-am *G*) funditur *codd.*, *corr. W.* ‖ 24 facultas α (*sic et infra*) ‖ 25 lenitas *add. W.* | et *om. G* ‖ 26 suggeruntur *W.*: suo (suae *VS*) ger- α, conger- *G* ‖ 28 conduplicatio *G* ‖ 31 hunc *W.*: huc *codd.*

consilium sumpserit mentiendi, uti Demeam mittere possit.
ad uelamen autem talis consilii fingit illum rus disces-
sisse admodum iratum, qui fratrem male tractauerit, quod
rapuerit meretricem, quod corruptis moribus uiuat, quod
409 oblitus nominis ac familiae luxurietur. — **55** LACRIMO
PRAE GAVDIO 'lacrimo' uerbum est et 'gaudio' quasi quae-
dam causa est, unde lacrimae oriantur; nam saepe etiam
414 ex gaudio contingit quod euenit ex dolore. — **60** DENI-
QVE INSPICERE TAMQVAM IN SPECVLVM VITAS OMNIVM IVBEO
itaque filius meus plenus est praeceptorum, uti cotidie om-
nium uitas inspiciat tamquam in speculum, ut ex aliis ad
uiuendum sumat exemplum. et 'inspicere in speculum' noua
419 est elocutio. — **65** PORRO adhuc alia narrare cupierat
Demea, uerum seruus taediosus, ne ea quae nollet audiret,
420 respondit non esse sibi otium nunc auscultandi. — **66** PISCES
EX SENTENTIA NACTVS SVM hoc *est* mandatum mihi, ut
pisces curem: ut quasi dicat, qualis fuerit sententia, in
422 agendis rebus tale officium perimplere. — **68** NAM NOBIS TAM
FLAGITIVM EST QVAM ILLA DEMEA NON FACERE VOBIS QVAE
MODO DIXTI nam pari modo flagitium credimus, si pisces non
recte curentur, quemadmodum uos flagitium ducitis, si non
recte *et* honeste quidem uiuatis: haec sunt enim, quae supra
dixit. denique ad inridendum Demeam dicit se ad similia
425 praecepta esse monitorem, cum seruis dicit **71** HOC SALSVM
EST HOC ADVSTVM .. ILLVD RECTE ITERVM SIC MEMENTO, et
426/27 separatim pronuntiandum **72** SEDVLO ⟨MONEO⟩. — **73** PRO
MEA SAPIENTIA pro meo iure. refert similitudinem omni
genere: 'quemadmodum tu inspicere ⟨tamquam⟩ in specu-
lum ⟨in⟩ uitas omnium iubes, ita ego in patinas'. adhibet
etiam sententiam quasi iudex, ut dicat ista sibi displi-

1 ubi *Schoell* ‖ 2 tali consilio ⟨uti⟩ fingat *α* ‖ 6 et gaudeo *P*, gaudeo et (*ante* lacrimo) *G* ‖ 11 ⟨si⟩ ut *α* | ⟨omnibus⟩ ex aliis *VS* ‖ 13 cupiebat *VS* ‖ 14 audire *α* ‖ 15 nunc ⟨mihi⟩ *α* ‖ 17 fuerat *G* ‖ 18 tali officio *G* ‖ 19 quomodo dixi *codd.* ‖ 21 dicitis *G*, ducit et *α* ‖ 22 enim *om. G* ‖ 23 dixit *Lindenbr.*: dixi *codd.* | ad *Lindenbr.*: aũ (*vel* aũt) *α*, *om. G* ‖ 24 seruus *α* ‖ 26 PRO MEA SAPIENTIA *post* iure *codd.*, *transp. W.* ‖ 28 ⟨enim⟩ tu *α* ‖ 30 etiam *om. G* | sibi ⟨equidem⟩ *α*

430 cere, quae Demeam fallant: dicit enim **76** INEPTA ESSE
HAEC QVAE FACIMVS SENTIO, et tamen dicit sibi necessi-
tate morem gerendum, quando id uult frater. memor est
locutionis: supra enim frater dixit (*V 3, 16*) ‘quando ego
438 tuum non curo, ne cura meum’. — **84** ESTNE HEGIO TRI-
BVLIS NOSTER aduenit conuentus iam a Geta seruo: dolor⟨e⟩
est commotus, quod ea omissa meretricem rapuit. ‘tribu-
lis’ autem significat ex eadem tribu, hoc est ex eadem
441 curia. — **87** NE ILLIVS MODI IAM MAGNA NOBIS CIVIVM
PENVRIA EST bonae uirtutis hominem cum uideret, dixit
huiusmodi homines iam in ciuitate non esse. igitur ‘talium
443 uirorum et ciuium magna nobis est inopia’. — **89** HAVD
CITO MALI QVICQVAM ORTVM EX HOC SIT PVBLICE ita hic
iustus, ita semper est integer, ut nihil mali ex hoc pu-
blice nasci posset.

4.

447 **1** PRO DI INMORTALES FACINVS INDIGNVM GETA QVID NARRAS haec scaena accusationem tenet: reus enim efficitur adulescens, quod uitiarit uirginem. quamquam in coniectura res esse potuisset, tamen, quoniam nemo negat, non accusatio per coniecturam conficitur, sed potius per qualitatem: idem enim uitiator puellae, cum ad matrem puellae uenisset, promisit se eandem quam uitiauerat uxorem esse ducturum. nunc dicitur, quod, cum rapuerit meretricem, reus sit iniuriarum. in hac scaena accusatio sola est et defensio nulla. habet etiam partem potius admixtae deliberatiuae: nam postea idem hic qui accusat et petit, uti adulescens eandem ducat uxorem. et omnis illa superior accusatio ad hoc tendit, ut uxorem potius ducat uitiator,

1 quae] qui *codd.* | fallat *α* | enim *om. G* ‖ 2 faciunt sentiunt *codd.* ‖ 3 gerendum *Lindenbr.*: gerere *codd.* ‖ 4 supra ... dixit] ***memoria lapsus est Eugr.*** ‖ 5 hegio estne (ego *add. α*) *codd.* ‖ 6 aduenit ⟨Hegio⟩*?* | dolore *Lindenbr.* ‖ 7 ea] *sc.* Pamphila ‖ 18 coniecturā *α* ‖ 19 nemo *om. G* ‖ 20 efficitur *VS* ‖ 23 cum *ante* reus *GP*, *om. VS*, *transp. W.* | rapuerat *α* ‖ 24 fit *α* ‖ 26 postea idem *W.*: post eandem (eadem *α*) *codd.* | qui] quia *P*, quae *VS*

quam reus sit. ergo indignitate rei commotus primum hoc
quaerit a seruo an uerum sit, cum dicit 'Geta, quid nar-
448 ras?' ille confirmat dicendo **2** SIC EST FACTVM. ita com-
probata res est. fit exaggeratio EX ILLA FAMILIA TAM IN-
450 LIBERALE FACINVS ESSE ORTVM. — **4** HAVT PATERNVM ISTVC
DEDISTI hoc quod fecisti non est tui patris neque generis
452 aut familiae. — **6** NIHILI PENDIT contemnit, non curat. —
454 **8** NISI FACIANT QVAE ILLOS AEQVOM EST HAVT SIC AVFE-
RENT hic uersus declarat magis petitionem esse hic quam
accusationem, ut sit subtilis oratio cum accusatione ad
462 aliud uenire disponens. — **16** MAIOR FILIVS TVVS AESCHI-
NVS hinc narratio incipit accusationis, in qua multa denuo
dicuntur, quo facilius reus constitui possit. nam dictum
est 'maior filius', ne alius sentiretur, dictum et nomen
proprium 'Aeschinus', dictum etiam illud quod contigit 'qui
fratri adoptandus datus est': ex his enim omnibus signan-
dus fuerat ille qui fecit. deinde summa generaliter pro-
463 ponitur **17** NEQVE BONI NEQVE LIBERALIS FVNCTVS EST
OFFICIVM VIRI. deinde adiungit personae commendationem
eius, cuius filia uitiata est. deinde ipsa propositio est
466 criminis **20** FILIAM HVIVS VIRGINEM VITIAVIT. et quoniam
non hoc intendebat, — non enim facti quaestio est —,
467 ⟨adicit⟩ **21** NONDVM AVDISTI DEMEA QVOD EST GRAVISSI-
MVM: dicit hoc, quod uirgo uitiata est, graue non esse, quod ueniam adulescens mereri poterat ex amore, ex uino et adulescentia: illud est quod purgari non potest, quod ad matrem uirginis uenit, quod lacrimans orauit, quod fidem dedit, quod iurasset illam se uxorem ducturum. haec sunt quae in accusatione ponuntur. deinde quod uirgo ex compressu grauida facta est, quod nunc iam hic mensis est decimus: cumulus enim accedit ad accusationem, si eo tempore deserit adulescens puellam, quo iam

3 ⟨at⟩ ille *α* ‖ 4 ex ⟨hoc (ex- *add. VS*)⟩ aggeratio *α* ‖ 8 equū ē haut *G*, equo ne ista ut *α* | SIC] se *G* ‖ 14 est] quod *α* ‖ 20 propositio est *W.*: proposicōm *G*, -sitio *α* ‖ 22 non *om. G* ‖ 23 adicit *add. W.* ‖ 26 non *om. G* ‖ 28 iurauit *Lindenbr.* | 29 accusationē *α* ‖ 31 mensis hic *α* ‖ 32 quo iam] qñ (= quando) *G* (*recte?*)

pater esse potest, cum uicinus est partus. ac deserendi
causam non solum in adulescente arguit, sed ipsum factum
iam proponit, quod psaltriam rapuerit: est enim tempus
breue id amatori esse cum meretrice. fit cumulus, quod
adiecit 'parauit sibi psaltriam, quicum uiuat' (*v. 30—31*),
ut hoc perpetuum sit, et adiunxit quod intendebat. —
478 **32** PRO CERTON TV ISTA DICIS Demea audita accusatione
de fide quaerit. — MATER VIRGINIS IN MEDIO EST ad rem
confirmandam testem adhibet accusator ipsam uirginis
matrem, et 'rem ipsam' dixit uterum mulieris. ad postre-
mum adiunxit et seruum Getam, de quo facile ueritas
480 possit inquiri, ut a testibus res probetur. — **34** VT CAPTVS
SERVORVM EST NON MALVS quemadmodum [mali] esse possunt
serui. ['sicut est captus seruorum' sicut est condicio seruorum.]
483 — **37** IMMO HERCLE EXTORQVE ille dixerat 'uinci' et solas
catenas pro poena adiecerat: ideo adiecit 'extorque'. —
484 **38** POSTREMO NON NEGABIT CORAM IPSO CEDO quo facilius
ueritas manifestaretur, adiecit seruus 'coram da Aeschinum:
486 cum praesens fuerit, non negabit'. — **40** MISERAM ME DIFFEROR
DOLORIBVS opportuno tempore dolor⟨e⟩ parturiens exclamat,
quo facilius Demea uitiatam puellam possit agnoscere. —
489 **43** ILLA NVNC HAEC IMPLORAT tametsi Iunonem Lucinam
ad partum implorare uideatur. hic iam petitio illa suppo-
nitur, uti non ex ⟨ac⟩cusatione reus constituatur Aeschinus,
sed ut cogatur quam uitiauit ducere uxorem: quod dicit
491 HAEC PRIMVM VT FIANT DEOS QVAESO. — **45** VT VOBIS
494 DECET Graeca locutio est. — **48** COGNATVS MIHI ERAT di-

2 solam *G* ‖ 3 iam *Schopen*: tamen (*ante* factum *α*) *codd.* | enim] autem *Schopen* | breue tempus *α* ‖ 4 amores *α* | meretrici *α* | sit *G* ‖ 5 adicit *α* | quacum *G* ‖ 7 certone *α* | istaec *P* ‖ 10 uterum mulieris *Schopen*: ut (et *G*) eorum mulieres *codd.* ‖ 13 mali *secl. Goetz* ‖ 14 sicut — seruorum *secl. W.* (*cf. Don.*) | sicut *1.*] sic *G* | sicut est *2.*] *in* id est *corr. P*[1], *om. VS* ‖ 15 ille *W.*: -a *GP*, -am *VS* | uinci et] uincerat *G* ‖ 17 cede (o *supra* e) *P*, tedio *VS*, cedebat *G* ‖ 18 Aeschino (*om.* da) *G* ‖ 19 ME *om. G* ‖ 20 opportuno — facilius *om. G* | dolore *Lindenbr.* | parturiens *W.*: -entis *α* ‖ 24 ex accusatione *W.* ‖ 25 quam *Lindenbr.*: qm̃ *G*, quod *α* ‖ 27 locutio est *W.* (*cf. Hec. IV 2, 24*): solucõ ẽ *G*, solacione *α* | ⟨postquam⟩ cognatus ⟨meus⟩ *codd.*

cit sibi necessitatem maximam, ut uirginem defendat, si deserta fuerit, ex hoc, quod multa caritas sibi fuerit cum
500 puellae patre. — **55** SED DEMEA HOC TV FACITO CVM ANIMO COGITES quoniam Demea sententiam petitioni talem dederat, ut fratrem se diceret conuenturum, iam hic amplius agit, ut persuadeat aliud fieri non debere propterea, quoniam nobiles uiri quanto clari sunt, tanto plus debent omnia iusta complere, si uolunt famam integram sui nominis continere. qua re et persuasione impetrauit quod
505 uoluerat senex. denique data est sententia **60** FIENT QVAE
507 FIERI AEQVVM EST OMNIA. — **62** NON ME INDICENTE HAEC FIVNT supra (*I 2, 59*) enim dixerat ex lenitate patris Aeschinum in periculum esse uenturum, quod etiam nunc
508 dicit **63** VERVM NIMIA ILLAEC LICENTIA PROFECTO EVADET IN ALIQVOD MAGNVM MALVM.

(5.)

511 **1** BONO ANIMO FAC SIS SOSTRATA Hegio senex ingressus domum uidit parturientem puellam. eius matrem consolatur promittens se conuenturum Micionem patrem Aeschini et coacturum, ut*i* uitiatam ducat uxorem ille qui uitiauit. —
514 **4** SI EST FACTVRVS VT SIT OFFICIVM SVVM FACIAT ordo est: conueniam Micionem, ut faciat officium suum, ⟨si⟩ est facturus officium.

IV.

1.

517 **1** AIN PATREM HINC ABISSE RVS haec scaena deliberationem tenet, quid faciat, quemadmodum hic manere possit, cum pater rus iturus sit, et quid respondeat patri,

2 quod] cum α | fuerit *2. W.*: -rat *codd.* ‖ 6 agi α ‖ 8 ⟨ingenui⟩ sui nominis *G* (*recte?*) ‖ 9 quā rē α ‖ 16 BONO ANIMO] *noua scaena non incipit in codd.* ‖ 18 eschini patrem α ‖ 21 si *add. Zeune* ‖ 22 officium] *hic desinit cod. S* ‖ 23 abisse hinc *G* ‖ 24 hic meare possit *post* missus (*pro* iturus) sit α

519 si se non inuenerit apud uillam. — **3** QVOD CVM SALVTE
EIVS FIAT ITA DEFATIGETVR dummodo saluus sit. reperitur
autem consilium, ut hoc se defendat, quod ab amicis re-
531 tentus sit. cui opponitur **15** INTERDIV quidem SED SI HIC
PERNOCTO, quid causae dicturus sum? huic rei consilium
reperit seruus et pollicetur tamen facile se patrem lenire,
535 quod eius nouerit mores, cum dicit **19** LAVDARIER TE
537 AVDIT LIBENTER FACIO TE APVD ILLVM DEVM. — **21** LVPVS
IN FABVLA in prouerbio *dicimus*, cum ipse aduenit de quo
loquimur.

2.

540 **1** NE EGO HOMO SVM INFELIX in itinere cum quaerit
fratrem Demea, cognouit a mercennario in uilla non esse
544 filium. irascitur in Syrum et commouetur. — **5** QVID HOC
MALVM INFELICITATIS ordo 'quid hoc infelicitatis?', et 'ma-
547 lum' interiectio est, sicuti saepe docui. — **8** PRIMVS PORRO
OBNVNTIO hoc est malum nuntium uel accipio uel aliis
554 perfero. — **15** NON HERCLE HIC DVRARE QVISQVAM SI SIC
FIT POTEST hoc consilium sumpsit Syrus ad purgandum
quod in uilla non erat filius, quod reuersus sit idem adu-
lescens iratus et uerberauerit se, propter quod ipse auctor
fuerit Aeschino ad rapiendam meretricem. fingit igitur *se*
556 uerberari. — **17** QVID ILLE GANNIT quid ille obmurmurat?
560 dicit se igitur uerberatum. — **21** NON TV EVM . . . PRO-
561 DVXISSE AIEBAS hoc soluit **22** FACTVM̂ VERVM VENIT POST
INSANIENS. deinde conqueritur, quod uerberauerit qui eum
564/69 nutrierit. — **25** ⟨PATRISSAS⟩ patri similis es. — **30** NON
EST hoc iracunde pronuntiandum, tamquam referat gratiam
pro dolore, quod negat fratrem domi esse. denique hoc
570 animo dicit etiam illud **31** SCIO VBI SIT VERVM HODIE

2 fiet *α* ‖ 3 defendit *G* ‖ 5 sum dicturus *α* ‖ 6 et *Goetz*: sed (set *P*) *codd.* ‖ 9 IN] ex *α* ‖ 11 conquerit *α* ‖ 14 ordo — infelicitatis *om. G* ‖ 17 quisquam *post* fit *G* ‖ 21 fuit *G* ‖ 23 igitur] itrū *G* | tu ⟨igitur⟩ *codd.* ‖ 25 illum *α* ‖ 26 PATRISSAS *add. Westerh* | patris *α* ‖ 27 hoc *Westerh.*: hic *codd.*

573 NVMQVAM MONSTRABO. — **34** NOSTIN PORTICVM APVD MA-
CELLVM HANC DEORSVM falsum in locum mittit longe posi-
576 tum, ut circumeat ciuitatem. — **37** SACELLVM sacer locus,
ut Virgilius (*Ecl. III 9*) 'sed faciles nymphae risere sa-
578 cello'. — **39** ANGIPORTVM uicus angustus et breuis. sed
584 hic genere neutro positum est. — **45** PISTRILLA EX AD-
585 VERSO pistrinum. — **46** LECTVLOS IN SOLE ILIGNEIS PEDIBVS
586 hoc est pedibus de ilice. — **47** VBI POTETIS *vos* in sole,
quo locus conuiuii senibus in sole esse possit. uel quod
Cicero (*pro Quinctio 18, 59*) dixit 'numquam ad solarium
587 fuit'. — **48** SILICERNIVM particulae sunt inferiarum, quae
mortuis dantur. alii intellegunt 'silicernium' quod iam
senectute curuus silices cernat.

3.

592 **1** EGO IN HAC RE NIHIL REPERIO QVAM OB REM LAVDER
†ingratus Hegio cum gratias ageret, quod Micio promit-
teret se daturum operam, uti filius suus illam duceret uxo-
rem quae uitiata fuerat, dicit non iuste se laudari propterea,
quia magis officium suum facit, non alii praestat, cum
601 peccatum suum corrigat. — **10** SI ITA AEQVVM CENSES
AVT SI ITA OPVS EST FACTO expetiuerat Hegio, uti ad
mulieres Micio pergeret et haec eadem illis praesentibus
polliceretur. uerum dubitatione utens pollicetur Micio. hoc
ut plenius fieri possit, persuadet Hegio, quod illae miserae
alterum solacium calamitatis habere non possint, nisi hic
polliceatur: 'omnes enim, quibus res minus secundae sunt,
nescio quo modo sunt suspiciosi; omnia quae fiunt ad

4 facile *codd.* ‖ 5 sed] et *?* ‖ 7 inligneis *P*, ligneis *G* ‖ 8 ⟨ex⟩ pedibus *GP*; inlignis (iligneis *V*) *add.* *α* ‖ 9 quo] qui *Westerh.*, quod *Schoell* | conuiuii *W.*: cōuij *G*, c̄ui *P*, *om.* *VS* ‖ 15 ingrediens *? nisi forte nonnulla exciderunt* ‖ 17 dicit (*sc.* Micio) non] dum *α* | laudari se *α* ‖ 20 OPVS EST FACTO] omnium (-ni *G*) facta *codd.* | expetiuerat *Schopen*: -rant *codd.* | ⟨rogat⟩ uti *G* ‖ 23 ut *Westerh.*: in *codd.* | posse *G* ‖ 24 possint *Schopen*: posset *codd.* | polliceatur hoc *G* ‖ 25 omnibus *α* ‖ 26 sunt *om.* *α*

contumeliam suam magis fieri putant. quoniam minimum possunt, semper se credunt contemni. ergo placabilius est, si ipse coram pollicearis et te purges'.

4.

610 1 ⟨DISCRVCIOR ANIMI⟩ deliberatio est, quid faciat adulescens: conuenit enim puellam eius quam uitiauit. ab ea comperit, quod cognouerit Aeschinum meretricem rapuisse, cum utique rapuerit fratri. opinio est, quod sibi potius rapuerit. deliberat quid agat, quod tanta suspicio de se inciderit, quod Sostrata puellae mater credat sibi rapuisse Aeschinum meretricem, hoc quod audierit ex anu
624 quadam. — 16 NE QVID DE FRATRE GARRVLAE ILLI DICEREM continui me, ne aliquid dicerem de fratre illi mulieri garrulae, hoc est uerbosae et loquaci. nunc deliberatio
625 ipsa supponitur 17 NVNC QVID FACIAM DICAM FRATRIS ESSE HANC. sed non oportet indicari, ne fiat palam: mage celari possit fortasse. illud metuo, an credant quod fratri rapui, quippe cum egomet rapuerim, ego argentum soluerim, ad me abducta domum sit. reperit consilium, ut ad illas pergat et se purget.

5.

635 1 ITA VT DIXI SOSTRATA FACITO haec scaena narrationem tenet ⟨a⟩ patre inuentam: nam cum ingressus promisisset mulieribus se acturum esse, ut Aeschinus uitiatam ducat uxorem, egreditur pater et uiso filio errorem hunc componit, quod a nescio quo adductus sit aduocatus, uti

2 posse *α* ‖ 4 deliberatio] *in G nova scaena non incipit* ‖ 6 cognouit *G* | ęschinus *α* ‖ 8 deliberat ⟨enim⟩ *α* ‖ 9 incesserit *G* ‖ 14 FACIAM] agam (aut agam *V*) *post* DICAM *α*, *ante* DICAM *G* ‖ 16 rapuit *P*[1]*V*, -uerit *G* ‖ 17 soluerem *α*, -rit *G* ‖ 18 adducta *α* est domum *G* ‖ 20 dixti *α* ‖ 21 a patre inuentam *W*. (*duce Schop.*): patrem inuentum *codd.* ‖ 22 ut *om.* *α* ‖ 24 a quodam (*om.* nescio) *G*

illa puella cognato suo nuberet, atque illa diceret esse nescio
quem uitiatorem, cui dari eam oporteret, ut animus adu-
lescentis perspici posset. mox aperit ueritatem et dicit,
ut iam praeparet se Aeschinus ad uxorem ducendam. —
641 **7** NON EQVIDEM INSTAS QVOD SCIAM non quidem postulas,
647 quod sciam. deinde ipse, quod supra dixi, narrat **13** HA-
650 BITANT HIC QVAEDAM MVLIERES PAVPERCVLAE ... **16** VIRGO
651 CVM MATRE ... **17** HIC MEVS AMICVS qui me adduxit ILLI
652 GENERE EST PROXIMVS ... **18** HVIC LEGES NVBERE COGVNT
657 HANC, de quo ille contra **23** COMMENTA ⟨MATER⟩ EST hoc
est mentita est ESSE EX ALIO VIRO NESCIO QVO PVERVM
NATVM NEQVE EVM NOMINAT PRIOREM ESSE ILLVM NON OPOR-
TERE HVIC DARI. deinde omnia adulescens defendit, quod cum
uitiator sit, is eam potius debeat ducere uxorem. contra
670 pater **36** QVA RATIONE ISTVC inquit QVIS DESPONDIT QVIS
672 DEDIT ... **38** CVR DVXIT ALIENAM? huic respondit filius AN
SEDERE OPORTVIT DOMI VIRGINEM TAM GRANDEM, ut ueniret
nescio unde cognatus? et quasi arguit patrem, quod haec
magis debuerit dicere. contra ille stultum uocat filium,
siquidem haec omnia aduersus illum ⟨dicere debuit⟩, cui
uenerat ipse aduocatus. deinde, quasi res ista tota aliena sit,
monet filium, ut discedat. tunc ille lacrimis prodidit amo-
rem. pater cum quaesisset, ille narrare cupiens petit, ut audi-
ret. tunc pater omnia scire se dicit, obiurgat leuiter, quod
681 celauerit se. — **47** ITA VELIM ME PROMERENTEM AMES ita
esse, me ut merito ames: multi enim necessitate amant
ac propterea indigne. hoc est enim quod uult, ut pro
685 merito se amet pater. — **51** IN QVA CIVITATE TANDEM TE

1 atque] et α | illa] *sc.* mater | nescio esse α ‖ 2 ⟨et⟩ ut *G* ‖ 3 prospici *codd.*, *corr. Westerh.* ‖ 4 praepararet α ‖ 5 instas *G*, istam α | quod ⟨quidem⟩ α | postulas *G*, p̰opuli (*pro* pep-) α ‖ 9 proximus est *G* ‖ 10 commentae (-ta *G*) s̃t *codd.* ‖ 11 mentitum *codd.* | est *om.* α | ESSE *om. G* ‖ 12 nominant α, -nauit *G* ‖ 14 ⟨quod⟩ is *codd.* ‖ 15 inquit istuc *G* ‖ 19 dicere ⟨facere⟩ *G* ‖ 20 dicere debuit *add. W.* ‖ 21 res — sit *W.* (*duce Zeunio*): restituta aliena sunt *codd.* ‖ 25 uellem α | ⟨ut⟩ me *G* | pro merito α ‖ 26 esse *W.*: est *G*, est et α | ut] aut α ‖ 27 enim *W.*: inte α, *om. G*; certe *Schoell* | ut *om. G* ‖ 28 amet se *G*

ARBITRARE VIVERE honesta obiurgatio, ut et ueniam det
692 et tamen corrigat. — **58** QVOD QVIDEM IN TE FVIT quantum in te fuit, perdidisti et illam et gnatum, quod tacuisti, quod non prospexisti: factum est enim uel fortuna uel interuentu meo, quo ego rem curaui, ut promitterem te
695 eam uxorem ducturum. — **61** NOLLEM CETERARVM RERVM TE SOCORDEM nollem in ceteris rebus te negligentem. deinde promittit quod sit ducturus uxorem. at ille parum credens
708 fidem poscit, quam rem pater firmat. — **74** SI FRATER AVT SODALIS ESSET QVI MAGIS MOREM GERERET ita hic lenis est pater, uti hoc nec frater nec sodalis gereret, itaque admodum fratrem praetulit aut sodalem, quoniam
711 frater semper fiducialiter agit, sodalis obtemperat. — **77** NE FORTE IMPRVDENS ID FACIAM QVOD NOLIT SCIENS CAVEBO dabo operam, ne quod nolit pater faciam insciens: ⟨sciens⟩ uero inspiciam et prouidebo.

6—7.

713 **1** DEFESSVS SVM AMBVLANDO haec scaena accusationem tenet, quod adulescens uitiauerit uirginem et nunc meretricem rapuerit. defenditur a patre. huius ⟨accusationis⟩ exordium
721 sumitur **3** FERO AD TE FLAGITIA BONI ILLIVS ADVLESCENTIS .. CAPITALIA ⟨capitalia⟩ crimina sunt, quae capitis poenam
725 merentur. deinde species criminis sic proponitur **7** HOC
728 PECCATVM IN VIRGINEM EST CIVEM; deinde quod **10** PVER NATVS sit. primum, ⟨ut⟩ in omnibus propositionibus, adsensus traditur, exinde leue docetur esse quod ille com-
733 putat crimen. — **15** SI NON RE IPSA TIBI ISTVC DOLET

1 arbitrare te *G* | et *om. G* ‖ 2 corrigit *GP* ‖ 3 et *2. om. G* ‖ 4 non *Schopen*: tu *codd.* | enim est *α* | uel *1. om. G* ‖ 5 interuentu *W.*: euentu *codd.* | quod *GV* ‖ 6 nolim *α* (*sic et infra*) | CETERARVM] harum *codd.* ‖ 9 firmat] formę *α* | SI FRATER *om. α* ‖ 11 ita quemadmodum *codd.*, *corr. W.* ‖ 13 semper *post* sodalis *α* ‖ 14 insciens *codd.* ‖ 15 sciens *add. Schopen* ‖ 17 DEFESSVS — AMBVLANDO] Ibo illis dicam nullam esse in nobis moram (= *IV 7, 1*) *G* ‖ 18 tenet *om. G* ‖ 19 accusationis *add. W.* ‖ 24 ut *add. W.* | propositionis *α* ‖ 25 doceatur *α* ‖ 26 SI] iam *α*

SIMVLARE CERTE EST HOMINIS si non rei ueritate tibi dolor
736 est, debes saltem effingere. — **18** CETERVM PLACET TIBI
FACTVM MICIO uideris si curasti rem male gestam, quod
effecisti, ut et uitiatam uxorem duceret: interea tibi hoc
factum complacet? huic respondetur: 'non mihi quidem
placuit, si mutari possit; nunc tamen, quia non ualeo mutare,
necessario placet, quippe cum uita hominum sic se habeat,
quemadmodum iactus est tesserarum: si enim illud quod
opus est non cadit, hoc iam consilii et artis est corrigere
747 quod miserit casus'. — **29** MERETRIX ET MATER FAMILIAS
ERIT VNA IN DOMO nescit enim, quod non Aeschino rapta
sit meretrix, et arbitratur ambas in domo futuras. —
752 **34** RESTIM DVCTANS SALTABIS genus saliun⟨di⟩ dicit, tractum
hoc a Troianis, qui cum funem tenerent et equum intro-
759 ducerent, sic saltabant. — **41** VXOR SINE DOTE VENIET
Demea uolens enumerare facta concludit, quod uxor ueniat
domum sine dote, quod intus sit meretrix, quod sumptuosa
sit domus, quod adulescens luxu sit perditus, quod deliret senex, ut si uelit ipsa Salus seruare numquam possit
familiam.

V.

1.

763 **1** EDEPOL SYRISCE egreditur seruus uino languidus
et nomen ita pronuntiauit, ut ebrius demonstraretur. —
765 **3** OMNIVM RERVM SATVR plenus est omnium rerum. —
770 **8** DIS QVIDEM DEMEA ESSES diues: ut sit declinatio hic
dis, huius ditis.

1 hominis est *G* | re *α* ‖ 2 debes *Westerh.*: -et *codd.* | effingere *Schoell*: et (ut *α*) fingere *codd.* ‖ 3 MICIO] mihi si *codd.* | rem] ēē *G* ‖ 4 effecisti *W.*: et (te *G*) fec- *codd.* ‖ 5 quidem *om.* *G* ‖ 6 nunc] non *α* ‖ 8 quemadmodum] sicut *G* ‖ 12 et *om.* *α* ‖ 13 saliū dicit (-et *α*) *codd.*, *corr.* *W.* *duce* *Westerh.*; saltus dicit *Schoell* ‖ 14 cum ⟨tum⟩ *G* ‖ 16 demea ⟨erit⟩ *α* ‖ 18 luctus *α* ‖ 24 ⟨·i·⟩ diues *G*

2.

776 1 HEVS SYRE ROGAT TE CTESIPHO VT REDEAS puer missus a Ctesiphone adulescente ignorans patrem praesentem seruum Syrum reuocat et dicit se missum a Ctesiphone. ut autem cognoscit pater intus esse filium, uehementer irascitur. introire cupiens tenetur a seruo, sed
783 impetu facto ingressus filium intus esse cognouit. — 8 EDEPOL COMISATOREM HAVD SANE COMMODVM PRAESERTIM CTESIPHONI comisatores dicuntur, qui post cenam ueniunt ad laetitiam et ad uoluptatem. 'ergo nunc nouum comisatorem Ctesiphoni misimus patrem, qui irasci habeat'. —
786 11 ATQVE EDORMISCAM HOC VILLI alicubi iaceam et hoc uinum digeram dormiendo: diminutiue namque uinum 'uillum' dixit.

3.

787 1 PARATA A NOBIS SVNT ITA VT DIXI SOSTRATA haec scaena controuersiam tenet, pacta et conuenta ⟨an⟩ rata sint. qui adoptatum filium habebat, pactus est, ut ipsum, qui in adoptionem dederat, ⟨ut⟩ curaret suum tantummodo. inuentus alter filius apud eum qui adoptauerat cum meretrice redempta. adeo qui adoptauerat reus fit. hic per finitiuum statum responsio efficitur; quia ille dixerat (*v. 13*) 'cur recipis meum?', respondetur (*v. 18*) 'communia esse amicorum omnia', alienum illum non esse sed communem. huius igitur accusationis exordium est ab exclamatione sumptum, posteaquam comperit Demea adulescentem in
789 domo fratris esse 3 EI MIHI QVID FACIAM QVID AGAM QVID

3 reuocat syrum (*om.* seruum) *α* ‖ 4 autem *om.* *α* | cognoscit *Zeune*: -at *codd.* ‖ 5 seruo ⟨suo⟩ *α* ‖ 9 comisat- *P*, comesat- *V*, comessat- *G*; *sic et infra* ‖ 10 qui irasci de habeat *G*, quus rari habeat *P*, cuius rari habeat /// *V* ‖ 11 VILLI] uini GP^2, uni P^1V ‖ 12 namque] enim *α* ‖ 15 an *add. Zeune* | irata *PG* ‖ 16 habebat *W.*: habeat *α*, -uit *G* | ipsum] *sc.* curaret tantummodo ‖ 17 qui *W.*: quem (*add.* admodum *G*, *recte?*) *codd.* | ut *add. W.* | curaret *ante* quem *α* | suum *om.* *G* ‖ 19 adeū (-a *α*) *codd.*; *an* ideo*?* | fit *W.*: sit *codd.* ‖ 21 esse sed] esset (-e *G*) *codd.* ‖ 23 est ab exclamatione *W.*: fit (*om.* *α*) clamationis *codd.*

794 CLAMEM. defensionis illud exordium est **8** TANDEM REPRIME
IRACVNDIAM ATQVE AD REM REDI. propositio est criminis
796 **10** DICTVM HOC INTER NOS FVIT — EX TE ADEO EXORTVM EST
— NE TV CVRARES MEVM NEVE EGO TVVM RESPONDE. haec
799 propositio legis est. crimen sic proponitur **13** CVR NVNC
APVD TE POTAT CVR RECIPIS MEVM CVR EMIS AMICAM MICIO.
802 conclusio **16** QVANDO EGO TVVM NON CVRO NE CVRA MEVM. —
803 **17** NON AEQVVM DICIS licet finitiuus colligatur status, argu-
mentum tamen qualitatis est causam non esse iuxta haec
quae in pacto sunt collocata, propterea quia amicorum sunt
807 uniuersa communia. — **21** PRIMVM SI TE MORDET SVMPTVM
FILII QVEM FACIVNT iam hic non ex pactione quaestio est,
sed ex eo, quod corruptis moribus uiuit, quod bona con-
sumit. cui rei affertur defensio, quod de suo sumptus faciat.
quamquam hic incidit illa quaestio 'semper in corruptis
filiis illa consuetudo est, quae timetur': etenim proposuit
820 **34** MITTO REM CONSVETVDINEM IPSORVM. hoc purgatur ita,
quod aetate ista faciant et facile possit corrigere, cum ad
821 maturitatem aetatis accesserint. — **35** MVLTA IN HOMINE
DEMEA SIGNA INSVNT EX QVIBVS CONIECTVRA FACILE FIT
quod facile adulescentes corrigi possunt, dicit inesse in
eorum moribus indicia melioris disciplinae et probat hoc
ex consuetudine, quod fit ex aetate correctio. nam cum
duo unam rem faciunt, quod ille qui adulescentulus est
impune facit, ille qui grandior natu est crimen admittit:
825 hoc enim dicit **39** NON QVO DISSIMILIS RES SIT SED QVO
IS QVI FACIT. probat de moribus, quod facile corrigi pos-
sint, qui sapiunt, iam in loco uerentur, iam intelligunt,
quod iam liberum ingenium habeant, quod facile reduci
possint ad integram disciplinam. nunc incidit alia quaestio

4 TV *om.* α ‖ 5 est legis α ‖ 8 finitiuum -- statum α ‖ 10 pacta *codd.*, *corr.* *W.* ‖ 11 PRIMVM] principio *Ter.* | TE MORDET] temporis est *codd.* ‖ 15 incidit *Schopen*: incedit *codd.* ‖ 16 consuetudo illa α ‖ 19 accesserit α ‖ 20 ⟨o⟩ demea *G* | facile coniectura *G* ‖ 21 dixit α ‖ 23 correctio nam *W.*: correctionē α, -tio *G* ‖ 25 qui] cum α | est *om.* α | QVO *2.*] quod *G* ‖ 27 probat *W.* (*cf. l. 22*): orabat *codd.* | possunt *G* ‖ 28 qui] quae α | querentur *codd.* ‖ 30 nunc] huic α

'hodie qui in luxuria uiuunt, quemadmodum correcti, licet perditis malis moribus, diligenter res suas administrabunt?' purgauit istud similiter etiam consuetudine a proprio more senectutis, quod haec aetas magis hoc uitium habeat, quod diligentius faciat homines res suas curare: ergo etiam illos
839 aetas acuet. — **53** EXPORGE FRONTEM in rugas enim contrahitur per iracundiam, cum laetitia fuerit, porrigitur et
841 extenditur. — **55** DE NOCTE CENSEO tantummodo hoc ago, ut nocte dones, dummodo hodie praebeas hilaritatem.

4.

855 **1** NVMQVAM HIC QVISQVAM TAM BENE SVBDVCTA RATIONE AD VITAM FVIT Demea cum animaduertisset mores suos castitate duros, integritate ⟨in⟩tolerandos laudem non mereri, uiuendi consuetudine mutata hoc doctius facere dicit se propterea, quoniam haec apud homines consuetudo est. est ergo huius scaenae qualitas an iuste faciat, quod mutet consuetudinem. sumptis autem consuetudinis rationibus, quod nemo hominum ita subducta ratione et collecta uixit, ut non aliquid aut sua re aut aetate muneretur, dicit nunc sibi attendere, siquidem in senectute iam decurso spatio dimittit uitam praeteritam propterea, quia nihil melius clementia et facilitate esse cognouit, quippe cum frater in otio duxerit uitam, in conuiuiis, ab omnibus laudetur, omnium famam iustam honestatemque mereatur, contra hic seuerus, tristis, agrestis, parcus, truculentus et tenax

2 perditus *α* | res suas diligenter *α* ‖ 5 ⟨ut⟩ res suas curent *α* | etiam *om. G* | ⟨quod⟩ illos *codd.* ‖ 6 contrahitur *Westerh.*: porrigitur *codd.*; colligitur *Schoell* ‖ 8 ago hoc *G* ‖ 10 HIC] ita *Ter.* (*om.* TAM) ‖ 11 ⟨enim⟩ cum *G* ‖ 12 castitati *α* | intolerandos *Westerh.* | mereri *Westerh.*: -retur *codd.* ‖ 13 consuetudine *W.*: -do (sed con- *G*) *codd.* | hoc] nunc*?* | dicit se *Schoell*: de se (*ante* facere *α*) *codd.* ‖ 16 consuetudinibus rationis *codd.*, *corr. Zeune* ‖ 18 dicit *W.*: licet *codd.* ‖ 19 actendat *G*, utend (= dit) *α*, *corr. W.* | iam *Westerh.*: tam *codd.* ‖ 20 uitam] ut cuā *G*, ut tam *α* | praeterita *codd.* ‖ 22 dixerit *α* | ab omnibus *om. G* | laudaretur *codd.*, *corr. Zeune* ‖ 24 ⟨cum⟩ hīc *G* | parcus ⟨et⟩ *G*

esse dicatur, laborem susceperit, ut uxorem duceret, educauerit liberos, laborauerit primum, ut patrimonium quaereret, aetatem triuerit. efficitur quasi duplex uita, et comparatio ita, ut laudetur una, uituperetur altera, et hoc non tantum ex uero sed ex iudicio populi. est ergo quasi per thesin ista propositio, quaenam mala condicio uitae sit, utrum quae ex iudicio populari mala sit ⟨an⟩ illa quae ignoscit et labitur, ut merito hic et iuste consuetu-
877 dinem uitae uoluerit immutare. — **23** AGE NVNC IAM EXPERIAMVR PORRO CONTRA HAEC ETIAM QVID EGO POSSIM nunc iam confirmat consilium, an possit implere uolun-
879 tatem. — **25** MAGNI PENDI POSTVLO diligi et amari. —
880 **26** NON POSTERIORES FERAM hoc est: non posterior habe-
881 bor. — **27** DEERIT ID MEA NIHIL REFERT sedulo patrimonium quaeram, unde producam uitam.

(5.)

884 **3** IAM NVNC ⟨HAEC⟩ TRIA ADDIDI PRAETER NATVRAM expressit mores, non uoluntates, et expressit sic bonitatem, quando et quid dixerit memorat et de se quid dixerit indicat. —
887 **6** ATQVI SYRE HOC VERVM EST memor personae suae laborat fidem facere, ut credi possit quam bonus sit.

6.

894 **6** ⟨CVI DOMINVS CVRAE EST ITA VTI⟩ TIBI SENSI GETA ex operibus, ut tibi cura sit, sensi: domino enim est opti-

1 suscipit *codd.*, *corr. Westerh.* | educauerit] dotauerit *α* ‖ 3 terreret *codd.* (*propter* quaereret) ‖ 4 ⟨fit⟩ ita *?* ‖ 5 ex uero sed *G*, ex uos & *P*, ex uobis *V* | quasi *om. G* ‖ 6 tesin *codd.* | quoniam *G*, quae *α*, *corr. W.* | condicio *W.*: iudicio (*om. V*, uite *add. G*) *codd.* ‖ 7 utrumque *codd.* | malo *α* | an *add. W.* ‖ 11 nunc iam *bis codd.* | confirmato *α* | an *G*, ytā *P*, *om. V* ‖ 13 habebor *Westerh.*: haberi *codd.* ‖ 14 sedulo *W.*: sed do *codd.* ‖ 15 productam *α* ‖ 16 IAM NVNC] *nova scaena non incipit in codd.* | addidi (-dit *α*) ⟨et⟩ *codd.* ‖ 17 uoluntatem *?* | et *W.*: sed *codd.* | expressit sic] expressisse *α* ‖ 18 dixit *1. α* | indicat *Westerh.*: iud- *codd.* ‖ 21 CVI — VTI *add. W.* ‖ 22 cura sit] curasse *α*

896 mus seruus, cui curae dominus est. — 8 AFFABILIS hoc
est benignus, qui obtemperare ob bonitatem possit. —
898 10 PAVLATIM PLEBEM PRIMVLVM FACIO MEAM praestando
paulatim multitudinem mihi cogo fautorem.

7.

899 1 OCCIDVNT ME QVIDEM DVM NIMIS SANCTAS NVPTIAS
STVDENT FACERE erat moris, uti, cum nuptiae agerentur, simphonia canerent. uerum adulescens cupidus nuptiarum festinat, ut uolens ducere uxorem contemnat illam reli-
902 gionem in nuptiis. — 4 TVVS HERCLE VERO ET ANIMO ET
NATVRA PATER quoniam animo pater Micio uidebatur, qui adoptauerat, hic utrumque sibi uindicauit 'et animo et
905 natura'. — 7 TIBICINAS ET HYMENAEVM est autem haec
911 uox, quae in nuptiis dicebatur. — 13 IAM LEPIDVS VOCOR
miratus senex sibi lepidi nomen imponi et ex natura se inridens, quod iusserat, ut maceria dirueretur, secum loqui-
912 tur 14 FRATRIS AEDES FIENT PERVIAE. sed rursus redit ad
913 laudem sibi dictam 15 QVID MEA EGO LEPIDVS INEO GRA-
914 TIAM. — 16 IVBE NVNCIAM DINVMERET ILLE BABYLO VI-
GINTI MINAS Babyloni milites stulti dicebantur. alii intelligunt Babylones diuites esse. et hic sensus ille est: ut Micio Babylo sit, qui uiginti minas dederit pro meretrice, quae rapta est, ego nunc iam lepidus uocor; Micio licet uiginti minas dederit, hoc tamen nomen ⟨non⟩ accepit,
923 ego sine sumptu laudor. — 25 SIC SOLEO hic mentitur,
⟨cum⟩ consuetudinem sibi praestandi dicit.

2 qui] et *α* | optemperari *α* | ob] propter *α* | benignitatem posset *G* ‖ 4 mihi *Zeune*: me (*ante* multit- *α*) *codd.* ‖ 5 OCCIDVNT] *in G nova scaena non incipit* ‖ 6 erant mores *codd.*, *corr. Schopen* ‖ simphonie *G*, uti ⟨sinphonia⟩ *α* ‖ 10 Micio] mihi *α*, *om. G* ‖ 12 haec *post* 13 dicebatur *α* ‖ 14 et ex *W.*: et *α*, ex *G* | se inridens quod *W.*: in se rediens quo *codd.* (in *et* i *ol. sscr.*) ‖ 18 iam nunc iube *G* | babil- (*sic semper*) *codd.* ‖ 20 ⟨ergo⟩ ut *α* ‖ 21 dedit *α* ‖ 20 ego *Westerh.*: ergo *codd.* ‖ 23 nomen *post* accepit *α*, *om. G* | non *add. Zeune* ‖ 25 cum *add. Zeune*

8.

924 **1** IVBET FRATER VBI IS EST haec scaena deliberantis
personam habet: deliberat namque Micio, an prouecta aetate
ducat uxorem. ac primum uidet dirui maceriam: quaerit
causas: responsio est 'iubet frater'. quamquam quidam in-
telligunt ipsum Micionem dicere, ut quasi, cum audisset
925 quis iussisset, rursus interroget 'iubet frater?' — **2** ET ALIIS
926 OMNIBVS hic initium persuasionis est: nam subiungit **3** QVAM
MAXIME VNAM FACERE NOS HANC FAMILIAM COLERE ⟨ADIV-
VARE⟩ ADIVNGERE, quod utique pertinet ad matrem puellae,
929 uti Micio ducat uxorem. huic narratio supponitur **6** PRIMVM
930 HVIVS VXORIS EST MATER. laudatur persona **7** PROBA ET MO-
DESTA. †ergo ne persuasionem eius filius ille teneret ac pater
931 suum repeteret, adiecit illud NATV GRANDIOR ... **8** PARERE
932 HAEC IAM PER ANNOS NON POTEST. hic ab honesto **9** NEC
QVI EAM RESPICIAT QVISQVAM EST SOLA EST. deinde persua-
933 sio est ab eo ⟨quod⟩ deceat et a uoluntate **10** HANC TE AE-
QVVM EST DVCERE. — ET TE OPERAM VT FIAT DARE hoc ⟨ad⟩
934 adulescentem, ut et ipse patrem cogat. — **11** SI TV SIS HOMO
HIC FACIAT si etiam accedas ad id quod cupio, continuo
936 consentiat pater. — **13** FIERI ALITER NON POTEST pars
938 utique deliberatiuae, an necesse sit. — **15** EGO NOVVS
MARITVS repugnatio: ab inhonesto argumentum ponitur, an
944 turpe sit uxorem ducere et iam anum ducere. — **21** ETSI
HOC MIHI INEPTVM ET ABSVRDVM hic affectu, quo cogebatur,

2 namque] enim *α* ‖ 3 ⟨et⟩ quaerit *G* ‖ 6 iussisset *W.*: iussit sed *codd.* | interroget *W.*: intelligit (-gi *V*) *codd.* ‖ 7 est persuasionis *α* ‖ 8 nos unam familiam facere (*om.* hanc) *G* ‖ 11 laudabitur *G* ‖ 12 ergo ne (*om. α*) persuasionem eius (-ne ei *α*) ... ac pater suam (suum p- *α*) repetet (*P*, -tens *G*, resumeret *V*)] *coni.* ne uero persuasione Micionis filius illius (*i. e.* Aeschinus) timeret, ne pater (*i. e.* Micio) suam rem peteret; *cf. Don.* ‖ 15 persuasio est *Schoell*: -one *codd.* ‖ 16 ab ea (*ante* pers-) *α*, *om. β* | quod deceat et a *W.* (*cf. Hec. IV 2, 1*): de ea tua *β*, tu *α* | uoluptatem *α* ‖ 17 ad *add. W.* ‖ 18 ipsum *α* ‖ 19 cedas *α* ‖ 20 consentiet *G* ‖ 21 deliberatiuae *W.*: -ua ẽ *codd.* ‖ 22 repugno *α* ‖ 24 ET *om. α* | affectū ⟨est⟩ quod *α*; effectum est ut (cogatur respondere) *Westerh.*

947 respondet se uxorem ducturum. — **24** HEGIO EST HIS COGNATVS Demea ut mutatis moribus bonitatem suam possit exprimere, multis multa donare efficit: nam cogit, ut Hegioni ager donetur. et hic quasi deliberantis est species: nam primo ab honesto 'cui donatur?' ei, qui proximus sit mulieribus, qui nobis sit affinis, qui pauper sit: quod
948 adiungit **25** BENE NOS ALIQVID FACERE ILLI DECET. deinde
949 an fieri possit, an magnum sit: **26** EST inquit AGELLI .. PAVLVLVM QVOD LOCITAS FORAS. deinde †consedet a dictis eius cui persuadetur, quod uitium commune est senibus, quia ad rem in senecta attenti sibi sunt. ab inhonesto hoc
958 celatur **35** SVO SIBI GLADIO HVNC IVGVLO ipsum suo gladio interficio, quia ipse hoc dixit, unde nunc uincitur.

(9.)

rursus aliud praestaturus ⟨est⟩ munus seruo, quod uult Syrum esse liberum. implentur deliberatiuae partes, quamquam meriti sui partes ipse seruus exequitur, quod a puero ambos sedulo curauerit, docuerit, monuerit, quod bene praeceperit. huic rei per irrisionem adiungitur etiam illud, quod obsonauerit cum fide, quod adduxerit scortum, quod conuiuium parauerit et — id quod rem firmauerit —
969 quod hanc psaltriam hodie nunc emerit. — **12** DENIQVE HIC VVLT FIERI ne uideretur heredi inuidere, quod manu mittat seruum, ⟨adiecit⟩ 'denique uult filius fieri liberum seruum': qua re confirmata liber efficitur. adiungitur aliud munus: uult enim congeminare de beniuolentia, ut et uxor Syri libera fiat. merito illud adiungitur, quod prima mam-

2 ut *om.* α ‖ 4 detur *G* ‖ 5 ei *W.*: etiam *codd.* ‖ 6 nobis sit *Schopen*: nobilis id *codd.* ‖ 7 deinde ⟨inquit⟩ *codd.* ‖ 8 an *2.*] ad α | sit] hic *G* ‖ 9 foris α | consedet] consuadet *Schoell*; *an* consulit ? ‖ 11 qui α | sint α ‖ 14 est *add. W.* | ⟨parmenoni⟩ seruo *codd.* | quod — liberum *post* partes *codd.*, *transp. W.* (*duce Westerh.*) ‖ 16 meritis partes suas se *codd.*, *corr. W.* ‖ 20 ex id *G*, et hic *V* | rem firm- *W.*: confirm- α, firm- *G* ‖ 21 nunc] hic ? | emerit ⟨sed (s̄ *P*, sunt *V*)⟩ *codd.* ‖ 22 mittat *P*², -it *rell.* ‖ 23 adiecit *add. W.* ‖ 25 De⟨mea⟩ beniuolentia⟨m⟩ *Westerh.* | ut et] autē α, ut *G* ‖ 26 primum (*om.* mammam) α

mam dedit nato puero, ut iam quasi nepotis gratia illa
accipiat libertatem. adiungitur 'argentum a me accipito',
quod quasi beatus propter nepotem etiam ipse illam libe-
979 ram faciat. — **22** SI ... TV TVVM OFFICIVM FACIES tunc
omnia recte gesta uidebuntur, si officium tuum compleas
et huic aliquid dones, ne iniqua libertas sit ⟨aut⟩ in pau-
981 pertate sit ille qui manu missus est. — **24** ISTOC VILIVS
sine ⟨istoc: timet⟩ enim, ut istuc reddat. ut Plautus in
Curculione (*II 1, 28*) 'uenire poteris intestinis uilius', hoc
984 est absque intestinis. — **27** QVID ISTVC QVAE RES TAM
REPENTE MORES MVTAVIT TVOS quaeritur causa, cur subito
985 consuetudinem mutauerit Demea. — **28** QVOD PROLVVIVM
⟨proluuium⟩ dicitur ultra naturalem mensuram alicuius
986 rei abundantia. — **29** VT ID OSTENDEREM nunc iam ad
declarationem u⟨en⟩it sententiae, quod non recta uita est
ea quae ex bonitate et clementia largiendo laudem quaerit,
sed illa melior est, quae peccata reprehendit et non par-
990 cit criminibus et integritatem ubique custodit. — **33** QVIA
NON IVSTA INIVSTA PRORSVS OMNIA EXSEQVAR nunc autem
ob haec omnia uobis uita mea inuisa est, quia non aequa-
994 liter et iusta et iniusta persequar. — **37** ET OBSECVNDARE
IN LOCO ut oportuit, iudicis sententiam declarauit. tum
adiecit 'in loco', uti diuersa quae faciat reprehendens per
genus etiam in loco obsecundet et foueat, quemadmodum
hic conuersatione mollior uisus est Demea, qui durus antea
uidebatur, et Micio parum probabilis, qui uidebatur tenere
bonitatem. denique ⟨con⟩sensus ab omnibus commodatus

1 ut iam *W.*: etiam *codd.* | quasi ⟨iam⟩ *α* || 2 accipito a me *α* || 3 beatius *α* | illam *W.*: ut *codd.*; istam *Schoell* || 4 TV — 8 enim *om. G* || 6 aut *add. W.* || 8 istoc timet *add. W.* | ⟨ne⟩ redeat *codd.* || 9 uilius] uehas *codd.* || 11 causa cur] cur suos *α* || 12 pluuium *G*, propluuium *P*[1] *V* || 13 proluuium *add. W.* || 15 uenit sententiae *Schoell* (*duce Zeunio*): uitae sententiam *codd.* (ae *ol. sscr.*) || 17 est *om. α* | et] ƚ *G*, *om. α* || 18 integritate ullaque custodit sed (custos đs *α*) *codd.*, *corr. W.* || 20 ob *Zeune*: in *codd.* || 22 iudices *α* | sententia *G* | tum *Zeune*: cum *G*, dum *α* || 23 per genus] porrigens *α* (*unde* corrigens *Westerh.*) || 24 foueat] iuueat *G*; iuuet*?* || 26 et] ita *Zeune* || 27 consensus *W.*

995 uidetur esse rectori **38** TIBI PATER PERMITTIMVS TV SCIS
997 QVID OPVS FACTO SIT. — **40** IN ISTA FINEM FACIAT optime monuit, ut et ueniam tribueret praeterito delicto et iam de futuro terrere uideretur, ut in ista meretrice finem luxuriandi faciat. denique ita laudatus est ISTVD RECTE quod et ueniam tribuisti et admonuisti, ne peccet amplius, istuc recte. uidetur tamen quasi quaedam ⟨in⟩ omissione praeteritorum esse reprehensio, ut cetera illa quae persuaserat recta non esse uideantur, uel in manu misso Syro uel in libertate data mulieri uel in munere Hegioni tradito uel in suasione, ut ipse uxorem duceret, ut hoc consilium, quod nunc dictum est 'in ista finem faciat', solum Micio laudasse uideatur, cum dixit 'istuc recte', tamquam 'superiora non recte'.

1 esse *om. G* | promittimus *codd.* ‖ 3 et *2.*] haec *α* ‖ 4 in ista] his *α* | meretrici *α* ‖ 6 quod — recte *om. G* ‖ 7 in omissione *W.*: amissione *codd.* ‖ 13 cum *om. α* ‖ 14 superiora] sua *α*

ADDENDA ET CORRIGENDA.

p. 24, 18 *lege*: denique ipse adiungit HEM REPVDIATVS REPETOR. deinde continuo *etc.*

p. 32, 25 *pro* ideo *coni.* is uero *Kauer*.

p. 38, 6 *in appar. lege*: desideret *F* | si non *etc.*

p. 78, 3 *post* sententiam *dele* .

p. 81, 5 *lege* 'gaudio', ipsumque

p. 100, 25 *lege* ingratam, enumeratque

p. 100, 28 *lege* possit quod

p. 112, 18 *fort. scrib.* denique ista ⟨tarditas⟩ sic expressa

p. 138, 14 *post* intelligitur *dele* :

p. 152, *lege* cod. Laudun. 467

p. 190, 11 *post* detraho *dele* ,

p. 195, 1 *lege* dicturam

p. 214, 14 *lege* aliquid

p. 215, 8 *lege* HABERET

p. 230, 18 *lege* opponit

p. 240, 27 *lege* lenoni

p. 251, 4 *lege* utile, ut illa

p. 252, 6 *lege* affuturus est rogabitque

p. 252 *in appar. adde*: 4 tuas *et* est *Ter.* ‖ 6 rogauitque *codd.*, *corr. Westerh.* ‖

p. 256, 19 *lege* inquit. et recte

p. 272, 10 *lege* retineo *et in appar. adde*: retineo *W.* (*cf. lemma v. 10 sqq.*): cont- *codd.* (*cf. etiam p. 27, 4 appar.*)

p. 273, 5 *post* attendi *dele* ,

p. 273, 23 *lege* ingemiscit

p. 274, 11 *lege* perderem

p. 274, 17 *lege* OBIECTVS

p. 276, 22 *lege* FACIAM

p. 300, 1 *lege* ⟨pro⟩positio (*cf. Ad. III 4, 17; V 3, 8; al.*)